uocantibus. et antequam dicamus presto sit
ipso nos verbum sit in ore nostro et in cor
de nostro Suscipe ergo tam citum quam de
siderabas remedium Memor fui inquit
dei et letatus sum Memoria eius prom
ptus et paratus Memor esto et tu dei
et letare O quam vile medicamentum. o
quam facile remedii genus. O quanta me
dele magnificentia. o quanta medicine
velocitas Non solum cohibet tristicias
et compescat merores si in memori
am venit deus. sed et letitiam prestat.
Vis et alios de huiusmodi medela au
dire sermones Si conuersus ingemueris
ad dominum tunc saluus eris
Videte gentibus sociatam salutem A
tibi quoque Et adhuc loquente te di
cet assum Et iterum Dic anime mee
salus tua ego sum Nichil inuenimus
medium. inter supplicatorem et mise
rantem Non auri. non argenti. non
monilium munera. nec aliquid eorum
quibus homines flecti ad humani
tatem solent Sed et zophonias
cum dicat ex persona dei indignantis et
irati desolabo vias tuas ita ut
nemo prorsus incedat per eas et
deficient ciuitates eorum. quia
non erit qui habitet in eis. et cum
congressionibus vtatur comminationibus. et
in desperationem adducat. et ad terrores
tenebras supprimat. Continuo
etiam melioris spei reuocat lumine
et deiectos rursum suscitat animos
et repetat demos Primo dixi time
te me et suscipite correctionem. et
non exterminabo vos ex oculis meis

Sed et adhuc hilariori sermone procedens etiam letiora promittat dicens
In illo tempore dicit dominus Confide syon non
dissoluantur manus tue. Dominus deus tu-
us in te potens saluabit te et super-
ducet tibi letitiam. et renouabit te
in karitate sua Et congregabo o-
mnes contritos et saluabit eos qui
afflicti sunt. et eos quos expulsi fuiant
renouabit. Hec quidem et sancti ante
dixerunt. Hec et nos in notis gerimus
Hec et sermo noster annuntiat si tamen nos
suscipiatis viam prudentie. sicut ait
sapientissimus Salomon. et non velut
in profundum malorum descendentes
contempnatis. Nec per impietatem tribula-
tiones vel molestias incurrentes ab-
sorberi a nobis in temptationibus vnde
amen Circulus eternum quidem est fre-
quentiam rerum. et erudire nos vult
per contraria deus ut sicut deus omnia
in sapientia fecit et creauit. ita cum
ita per sapientiam gubernet et cor-
rigat. secundum inscrutabilia atque inue-
stigabilia iudicia sua vniuersa di-
spensans Simus ergo et nos ei cu-
re inter cetera prouidentie eius o-
pera Mouentur namque omnia ut ita
dixim circa eum qui inmobilis est. ipse
enim semper et in omnibus idem est inmobi-
liter stans atque dispensans ea que
cottidie diuersis et modis et rebus
et causis per exitus varios transeunt
Et hec est doctrina dei antiqua et im-
mobilis quo pronuntiatum est tenebras
esse latibulum eius Tenebre namque
occurrunt oculis nostris cum dispensationem
eius conamur aliquid intueri. vt for-
te in enigmate tamen et per speculum
atque in figuris possimus aduertere
Et hoc ne arrogantia nostram recipiat
dat. ut accepto ex parte intellectu sa-
pientie et veritatis dei. per hoc ipsum
quod nichil sumus. nosmetipsos cogno-
scere possimus Et sciamus nos nichil
aliud debere nisi ad ipsum conuerti et sple-
ndore eius illuminari. ut per inequalitatem
rerum que videntur et commutantur ad in-
tellectum nos transferat inmobilitatis
atque eternitatis sue Vnde si ut diximus
nichil est inmobile. nec equale
vel in semetipso consistens. aut vsque
ad vltimum sibi simile permanens
Non letitia semper permanet. non
tristitia perseuerat Non diuitie vel
paupertas. non fortitudo. non infirmi-
tas. Non humilitas aut potentia
non presentia. non futura. Non nostra
non aliena. non parua. non maxima
nec quecumque illud est quod aliquis ex-
cogitauerit. inueniet in iugi equa-
litate durare Inequalitas et com-
mutatio agit omnia et miscens se per
singula. mouet et vertit vniuersa ita
ut magis auris fallacibus firmitatis
aliquid credi possit. aut lenibus que
stabiunt in glacie quam humanis
prosperitatibus Grandes namque fluctus
sub inuidia permutat infelicitatem
nimiam iniqua reuelat Ecce quidem
mira arte diuine sapientie temperatur
ut nec afflictorum dolor absque reme-
diis fiat. nec rursus successus pro-
sperorum perpetuitate ipsa effrenaciores
agant Denique nostri prudentes et in
aduersis eruditi. et velut aurum
in fornace purgati et dicunt. Bonum
michi quia humiliasti me Ecce enim in
hec humilitas peperit. ut discam
iustificationes tuas Vides ergo quomodo
facti ad deum in humilitate confugi-
unt. et per dolores ac tribulationes di-
uina beneficia promerentur Anima
namque cum in laboribus fuit et in an-
gustiis. cum hostiliter vrgetur a carne
tunc ad dominum refugit. et agnoscit
vnde debeat auxilium poscere Cum sibi
alienum et iniquum senserit mundum

Audi plato

tuo parentem et proximum inuenieret de
um. Propterea ergo sursum respiciamus
fratres in omni tempore et in omnibus afflicti
omnibus nostris spem requiramus a deo
Neque in prosperis negligentes tu
rem eius. nec in aduersis desperan
tes spem Memores simus et in tran
quillitate tempestatis et tempesta
te gubernatoris Nec deficiamus
in tribulacionibus nec efficiamur servi
nequam adulantes domino suo cum
mitis et placidus est. declinantes
et refugientes cum castigat et cor
melior ripit Cum papue sit sepe labor
melior
otio. et remissione correptio. visita
tio negligentia. et emendacio venia
Dicam breuiter. nec propter miserias cor
ruendum est. nec propter prosperitates su
perbiendum Et ideo subiecti sumus
deo et inuicem nobis ac terrenis po
Deo testatibus Deo quidem propter omnia.
nobis autem inuicem pro caritate
propter quietem atque et disciplinam
principibus. et hiis sapiue tamen mi
tes sunt vel benigni Ne forte mu
tatam eorum clementiam assiduitate ve
me cosmiam. et pro asperitate co
rum et imitacione propositi nobis rei
efficiamur aput deum. volunt tamen
tranquillitatem turbauerimus sedi
tionem uentorum. et lumini tenebras
ac melli miceriuus absintium Est
naturaliter etiam hoc in legibus situm spon
tantium et utili promissione signa
tum. ut sic servi iubentur dominis o
bedire et uxores viris et domino
eclesia. et discipuli pastoribus et ma
gistris. ita etiam omnibus sublimio
ribus potestatibus subditi sunt Non
solum propter iram sed et propter conscienti
am Quippe qui et tributa pen
dant. et odio haberi legem iram
facere non debeant Ceterum demum
ad bonum agendum xpiani non metu
gladii purgentur nec potestatis timore
sed potius laudibus prouocantur Sic
enim dicit sermo diuinus Vis autem non
timere potestatem. fac quod bonum est. et
habebis laudem ex illa Regula ergo
quedam fabrilis terrena quae uite hominum ap
posita quod rectum fuerit contingat. quod
uero curuum est et superfluum recidat
at resecet Sic sol unus est et illu
minat quidem sanos oculos. amplius uero
excecat infirmos Vis ut aliquid etiam
de nostris audeam dicere Vnus est xpc
et aliis in ruinam. aliis positus est
in resurrectionem In ruinam sine du
bio gentis incredule. in resurrectionem
uero populi credentis Et aliis quidem est
lapis
petra offensionis. et scandali hiis vi
delicet qui non cognouerunt nec intellexerunt
sed in tenebris ambulant. uel ydola
adorantes. uel legem dei usque ad literam
solum intelligentes. nec illuminati per
fectius aspicientes. aliis uero lapis est
angularis. qui omnem structuram con
iungat et colliget et petra fundamenti
super quam prudens quisque edificat
domum suam Vel etiam lapis ille mar
garitha. quem distracto omnibus que
habet comparat optimus quisque negocia
tor regni celorum Nos ergo cum actus
nostros discuti nolumus et emendare se
ueritate iudicis incusamus. tale
aliquid pati uidemur quale si quis in
agone positus et laborem certaminis
perorrescens. agonothetem queritur
oneret Aut si quis in corpore suo tu
mentis et sulfuratis uulneris cauos
introspectus hiis recessus Medicum
qui ad uulneris dimidandum ablihibz
ferri rigorem. impium clamitet et
crudelem Nec multum ad eos dicta
sunt quod potestatibus etiam inuiti obtem
perare cogimur. ut sponte subiecti
sunt. et necessitatem voluntatem habeat faciat
nobis pauper ego pastor ad pretiosum

gregis adhibeo commonitores. cuius quia
pastoralis; discipline lex est. et gau
dere in prosperis actibus nostris. et tri
stari nobiscum potest in adversis. Cum nec
non nobis qui potestatibus presidet. Iam
enim nunc ad nos sermo convertitur
quia nolumus inequales quos videri
ut subditos quidem leges ac discipli
nam obedientie doceamus. vere non ul
potentie cedamus. ne non utamur ea
libertate qua xpistus nobis uti in
celestibus dedit. Sunt certe illis quos
magis consule quos monemus nos at
magis despicere ac negligere videamur
Curiorum utique maiorem curam habere
dignum est. quanto ad multorum perniciem
pertinet si quod errat a nobis. et rursum
multorum saluti utique consulit in
quibus nos iusticie et clemencie exti
titis tenaces. Sed ergo dignitatis pu
tas ne patinum ut ueremus agam
nobiscum. Ensapitis ne liberta
tem tibi. et libenter excapitis quod lex
xpisti sacerdotali nos iure subiciat po
testati. atque ipsius tribunalibus sub
dit. Dedit enim et nobis potestatem. dedit
principatum. multo prestantiorem principa
tibus vestris. Aut nunquid iustum vobis
videtur si cedat spiritus carni. si a terre
nis celestia superentur. si divinis pre
ferantur humana. Sed patienter ipso
accipite libertatem nostram. Scio te o
mnem esse gregis mei. a xpisto in summum
pastorem admonitam. et a sancto spiritu
consignatam. Scio te me sacra alta
ria ad venerationem subici manibus
sacerdotis. Scio te bene tanta cultum
fide quam tua. sed nostra predicatione
servare. Scio te ex eodem lumine
quo nos illuminari. et ideo brevius
quidem in arte. sed liber est sermo
Cristo connexus. immo in xpisto regio
que sunt humilia dispensans. Ab eo
tibi in homines iure nema potestas
mortis indulta est. Et gladius tibi

datus est. non tam ut operis quam ut
commiseris. que in velut depositum
quoddam, intrumentum et impollutum
restitues commendanti. Imago est
in te dei. Vita solum illa que ab hominibus
habetur in corde. vim et hec que a te
etiam manibus fiat ministrari. Hic
commissa est dispensatio. sed dispensa
tionis fructus ac meritis alibi te
expectat in illo loco sancto ad quem
omnes pergimus. Vid ergo in huius
uite sive carcere. sive stadio. sive
umbra. parum aliquid lusimus me
mento semper quod una natura tibi est. ea
demque substantia cum omnibus qui tibi
subiecti sunt. Tu tuum amicum esto ad
deum non tantum dicat te mundo. quia dominari
tibi xpistum gloriare. Nulla tibi sit
societas cum diaboli mala. Oderunt
semper tyrannos legitimi principes. Il
le tyrannus fuit ab initio et in con
spectu omnipotentis rebellavit. Ille homi
cida fuit ab initio. Ille primum homi
nem per prevaricationem deceptum in hab
ite miserias exulem dedit. et mor
tem quam deus non fecerat per peccatum ille
primus invenit. Tu vero o homo dei me
mento a quo factus es. a quo in digni
tatis quantum positum est. et quanti
beneficii deo debitor es. Cum tibi
dedit legem ut sciebas dare leges.
qui tibi dedit prophetas ut et deum
agnosceres et futura spes. et imi
tari possis clementiam dei. In hoc
enim precipue in se homo dignitatis ima
ginem portat in quo potest facere bene
possibile est tibi si dominus. si tu non
cellationem sed imitationem cupias fieri
deus. Alii ad hoc venerunt. vendentes
omnia bona sua. et pauperibus pro
rogantes. alii membra sua morti
ficantes que sunt super terram propter
xpistum mundo se crucifigentes. alii
deo filios vovent. Non enim dubi

to quod notum tibi sit abrahe sacri
ficium qui promissum unicum obtulit
deo quod ad primus susceperat a deo Ante
autem nichil horum expetimus sed pre his
omnibus clementiam uestre et misericordiam erga
subiectos · quibus delectatur deus ma
gis quam omnibus ceteris · Hoc munus precipuum
offer deo · hec oblatio tua sit immacu
lata per quam erga te similem inuenias pro
pter clementiam dei Misce terrorem man
suetudine · tempera spe minas Mul
ta autem et benignitate correcta sunt
Erubescere solent homines apud bonos
principes in notam uenire delicti Cer
te semel quis ueniam consequitur · quo
iterum pudore peccabit Sed etiam si
non fiat · nequaquam tamen impediat a li
beralitate pios animos tuos incorrectus
nec ceteris aditum miseracionis excludat
ingratus Paciencie et mansuetudinis
bonum · nec tempus immutet · nec pote
ncia inutilet nec necessitas corrumpat nec
insolentia exultet · nec malorum
hominum improbitas defatiget Sur
sum semper respice · deo misericordi
am feneraria Omnis unusquisque penituit
quod deo aliquid commendauit apud quem
cum multo fenore sit retributum comme
dati Reddit enim bona · non hec que
nostra sunt · sed pro istis illa que sua
sunt Nisi forte eciam in presenti ali
quis remuneretur · dum ceteros ad simile o
peris pietatis hortatur Adhuc paruum
est mundus iste preterit · et thaberna
culum hoc soluitur · Redimamus ergo tempus
et per hec que pretereunt illa que perma
nent comparemus Unusquisque nostrum
est in peccatis · et contra hec multa nobis
debita contrahit Indulgeamus ergo ·
ut indulgeatur nobis · remittamus ut
remittatur nobis Vides quod in ewangelio
debitor quidam offerens multorum talen
torum quod cum a bono et clementissimo
deo indulgenciam fuisset debiti con
secutus · quod adeptus fuerat in maiori
ipse non prestabat in minimo

Pro quo indignatus paterfamilias
quod fecerat perfecit Omnibus expedit omni
homini · misericordiam prouenire iudicandum Ar
bitror exoratum te optime princeps
atque ueniam facias nobis addo eciam
clementissime Potest fieri ut totius
urbis huius magne populus prosternetur
ad sacerdotibus precipue ac senioribus et omnium
ad uenerandam caniciem · quam puto eciam
angelos uereri Cum his mecum sacerdoti
bus per quos creditur nota supplicatores
quas nostras ad cornua celestis altaris im
poni Sed puto sufficere aut adhuc ali
quid maius temptabimus Audet enim me cogit
dolor · Ipsum tibi adhibeo christum · qui semet
ipsum exinaniuit · ut nobis hominibus
loqueretur Ipsius impassibilis tibi adhi
beo passiones Offero tibi ad intercessionem
crucem eius · et clauos quibus sacrosancte
confixe sunt manus Sanguinem que pro
totius mundi salute perfudit · sepultu
ram · resurrectionem · atque ascensionem eius
ad celos · Adhibeo tibi istud altare ad
quod communiter omnes accedimus in quo typum
salutis nostre hodie ipsum ore quo nunc te de
precor celebramus Meam adhibeo ad
mitigandum te eciam sacrosancta illa
misteria · per que uirtutibus celestibus socia
mur · Et cuius unius horum sufficeret
pro omnibus tamen hiis da nobis et tibi gra
tiam et uniuerse ecclesie que in domo tua
est · et ueniendo huc conuenimus quod uo
biscum precipue supplicat · etsi nobis conte
dit uerbi ministerium uel etatis prerogatiua
uel priuilegio sacerdotis Tu ergo qui
pro salute omnium nostrum uincentibus in hoc
solo pater te nunc uinci · et michi locum
uince clementia Ecce quantos tibi obtu
li patronos et aduocatos supplica
tionis mee · in conspectu dei et sanctorum
angelorum et regum celorum · Honora
fidem meam quam exquiris et ueneraris
qua ego credidi · et que michi credi
ta est · ut et tua fides in maioribus

et perfectioribus honoret a deo. In su
ma aut zeru habes et tu in celo do
minum. qui talis erit erga te iudex qualis
et tu extitis erga eos quos iudicas. a
quo omis et in preti et in futuro ~~ma~~
~~nentes~~ speramus. Per dominum nostrum ihesum
xpm inuente secum et regnante cum
spiritusancto in secula seculorum Amen.

Incipit liber Sextus eiusdem
de reconciliatione et unitate
Monachorum :- in forma

Lingua mea pollicita alac
ritas et homini legere totem
nimio zept sanctus lege
Iter tedinum tunc. sed
parat ad uba proferendum
dum haec dum adusio se membra certarent
dum sanctum et venerabile corpus dimide
retur ac scinderetur in partes. cum pene os
sa mea dispersa essent secus infernum
et uelut crassitudo terre aratro pessi
mo disrupta sulcis profundioribus
scinderetur. cum indiuisibilem et inscisa
bilem tunicam xpi que desuper fuat contexta
per totum dirumpens inimicus et scinderes
haec nobis inuestris age pualuissi. quod
per illos facere non potuit qui crucifixe
rant ihesum Cum michi haec ita essent. et
ego posui custodiam ori meo. et labiis
meis silentium dedi. Certum quod uide
bar consequens esse prius ope phie pur
gari debere mentem. et ita demum aperi
os et attrahere spiritum. atque eructare uer
bum bonum et loqui dei sapientiam per
fecte inter perfectos. Hic enim michi ordo
spiritualis uidetur sermonis. Sicut secundum
sententiam sapientissimi Salomonis omni
rei tempus est. Multo magis et loquendi
et silendi tempus est. cuius temporis nos neque
latuit intellectus. Propterea ergo ob
mutui et humiliatus sum. et silui ab
omni bono. et uelut nubes quedam
supposita cordi meo. radios sermonis
obtexit. et dolor meus renouabitur.

die ac nocte. Ante oculos enim adduce
bam dissensionem ac discidium fratrum et
mite atque animo habescebar. Consue
bar in uigiliis. in ieiuniis. in ora
tionibus et lacrimis. callus iam genibus
inheserat. Infligebam ubera pectori et
gemitum de profundo cordis ac de ar
chanis uisceribus longa protrahebam.
Per uigiles quoque noctes cogitationum se
dicione ducebar. nec sollicito sibi itine
mens pergebat ad deum. Quam auulsi
one et abscissione fratrum lamentaret
in tristes. Desiderabam enim et intenden
tibus ac pendentibus oculis requirebam
unde concupisceres secundum illud psallen
tium chorum et glam offerentium deo in
ecclesia cupiens aspicere illos qui in le
ge domini meditantur die ac nocte et
exultationes dei sunt in gutture eorum
Certum ad christum et commotiorem melioris
uite ceteris omnibus uiuunt legis dei
atque euangelii xpi tanti predicatores
in quibus ipse quoque habitus prefert uirtu
tis insignia. Hunc sutum caput in co
tis et orientibus comis et quantum suf
ficit ad tonsis pedes nudi. et apposto
licis similes. indumenti militas.
arrogantiam seculi superbiamque condem
nans. Zona ipse sibi neglectum preti
ciosior parcimonia cohibens uestimenti
quantum euagari non sinat. sed ut inina
salte membra de medio. Incessus or
dinatus. oculus non oberrans. Numquam
ridentes. sed placide subridentes et
magis ut intemperantiam risus cohi
beant. et comprimat subridendo
Sermo cum bone prolatus aut sile
tium uerbo precosius. laudando non ni
mius. et quantum adhortationi sufficiat
magis quam adulationi. Increpatio col
laudatione gratiosior. Tristicie ac
leticie mensura iustissima. uel certe
commodissima utrorumque temperamentum
Lenitas cum austeritate. Libertas cum
uerecundia. ita ut alterum non impediat

de corp

exaltus sed altum ornet exaltus Misa
tur bis et secede ad secretum utrumque agen
dum mensura ut in alto ceteris consulant
qui visione proficiunt in alto per spiritum
sanctum de misteriis illuminentur Et nullo
hominibus et in hiis deo vigilant Commu
nes vita sine quibus nec agentes
secreta nec non absque animi durantes fir
mitatis affectu Et quod maiora omnibus sunt
et clariora in paupertate divites ni
chil habentes et omnia possidentes
In humilitate gloriosi in infirmitate
fortes Unde coniugibus filiorum
patres eorum qui non ex carne sed ex deo na
ti sunt Cuius labor divitie qui
humiles sunt pro celestibus Nichil
habentes in mundo et super mundum vi
dentes Cum in carne positi ex car
nem vivunt quorum pars deus propter
regnum pauperes et propter paupertatem reges
Isti me cum presentes essent magnum fa
ciebant et clarum Isti sunt omnes
mea substantia Isti mee divitie isti vo
luptas et delitie mee Propter horum
ergo absentiam et aversionem affligeba
tur anima mea et nonnullis torquebatur
excruciata suppliciis propter istos ego
lugens et contristatus ingrediebar propter
istos cum ceteris omnibus bonis a quibus
silui etiam a sermone cessavi Cum al
tercavit dilectus et converterunt ad me
dorsa sua et non faciem et effecti sunt
grex pastore liberior uti ne dicam inso
lentior in pastorem Cum quidem conver
sa est in amaritudinem vitis vera
quod bis purgata fuit ab agricola prius
ut fructum plurimum afferret si maneret
in vite vera Amici ergo mei et pro
ximi mei adversum me appropinquaverunt
et steterunt Et pene divisi sunt xpi a
matores dei et amatores xpi Adi
sunt nos invicem cepimus prelitare me
tiri et propter nimiam dilectionem nimia
odia cepimus exercere et ut angula
rem lapidem in nobis struimus edi
ficium destruximus propter pacem moven

bella et pro eo quod exaltatus est in ligno
nos ad solum deducti sumus et pro eo qui
sepultus est et resurrexit pro nobis in
morte dilapsi sumus Hec autem
quod nunc preteriti admisistis ista letitie cum
nunc retexemus tristitia Iuvat ista re
texere iuvat horum omnem penitus abole
memoriam iuvat hec etiam damna
re silentiis non forte ob hoc solum remi
niscamur ut experti pigeat et refugiat
animus ut mens huiusmodi perhorre
scat exempla Et sic in languoribus
postquam convaluit eger libenter a medico
initia morbi sciscitatur et causas egri
tudinis perscrutatur per quas languor
irrepsit ut delinquo se ab huiusmodi
occasionibus cautius et diligentius ser
vet ne rursus in eadem incidat mala
ita etiam a nobis recordatio habetur
preteritorum ad cautelam et munimentum
futurorum Unde nunc abiit abscessit au
fugit dolor et tristicia et gemitus cum
facti sumus unum quod sumus deum unius
Cum unitate concordi unitate venera
mur qui dei sapientiam predicamus in qua
mundi stultum est Cum spiritum dei agnitum
non in dissensione sed in pace qui unum
spiritum in unitate potamus Cum in uni
tate unum et sentimus et loquimur quod dici
sumus sic in die honeste ambulemus
Cum unum habemus xpm sine dubio
ne errenus et hostium ut ab eo ite vimus
ovile claudamus quod unius pastoris oves
sumus regentes nos non in vasis pasto
ris inepti nec extimantes greges
nec prodentes eas lupis vel agentes
ad pascua sed animam suam ponentes pro
ovibus suis Cum exemplum habemus eius
quod pro nobis passus est pro eo ut et nos
invicem compatiamur et in unitate ora
portemus qui corpus sumus capiti proprio
sit quod connexum et colligatum per omnes
iuncturas subministrationis crescit in
templum dei in spiritu Cum enim quod facit
omnia et commutat atque convertit co

mutauit etiam luctum meum in gaudium nobis et dirupto sacco precinxit nos letitia Nos ergo tu illius ordinis qui tristezunt tristibus et adiusis precentiam silentium deponamus et proferamus inde primum sermonem immo potius pro gratiarum actione deo ubi meus vitiatam iugulemus Hec enim a nobis offerri dona aptius est et digna quam aurum argentum quam donaria quam gemmis preciosis ornamenta distincta Hostia hec legali illa hostia dignior et primitorum oblatione sacratior quod placebit deo super uitulum nouellum cornua producentem et vngulas Gratior incenso composito holocausto nobilior Super milia agnorum pinguium acceptior quibus imbuebatur uel imitabatur primitus israel ad incarnalibus uittis adumbrabantur hostie spiritales Hanc ego iugulo vitiatam deo Hec ego dona offero quod in sola derelinquit. hi sole sunt diuitie mee Cetera enim relinquere suasit mandati religio et spiritualis admonitio ut vnam preciosam margaritam pro omnibus commutarem si quando forte efficiar possim negotiator regni celorum qui corruptibilibus et paruis magna et numquam corrupenda mercarer Sufficit ergo hec mi sola ubi possessio qua et plus ubi sufficit aliquis et opto si faueat et iuuet diuina sapiam hanc semper excolere possessionem In hijs me agris et nouualibus exercere Cristus segetibus colligere frumenta et facere panem hominis confirmantem et ex istis vineis primere vinum quod letificet cor hominis Cristus possessionis fructibus opto exhibere dominum et donare nos primum animos et nostros dominum nostri nos fratres et conseruos meos tu deinde opto et cecos et claudos et

mancos et debiles resicere inquit suggerent ubi possessionis ubertas ut pro eorum salute retributorem spes in regno dei Tantum est ut adesse dignetur sapia dei et efficiatur nobis secundum Salomonis verbum vite tocius comes et consiliaria et confabulatrix et ut precedat vias nostras et foueat nos Hanc etenim si habeam consortium sperno omnia et despicio que deorsum sunt quia de terra sunt neglego cuius quando maiorem ubi dei amore constringor et in illud omnis affectus mentis mee transfunditur quo ad dominum dicitur Dic inquit salomon sapientiam sororem tuam esse et quia honorauit eam et complexus sum ut potui et quero ab ea pro meritis capiti meo donare gratiam et ipsam hic delitias ipsam hic luce illuminante cor hanc mi opto fieri frenum quo refrenem furorem quo cohibeat inuidia quo compescatur cordis tristitia quo sopiatur ignis libidinum quo odiorum restringat insania quo amicitiarum federa moderentur Hec me diuitem pauperem facit hec pauperem magnanimum reddit Hec me recte credentibus sociat Hec lapsis porrigere manum suadet et infirmis compati et ualentibus colletari Cum hac et peregrinus a patria fieri equanimiter fero hec locorum mutationem animum non facit commutari Hec mi discernit et diuidit mundos et ab alio quando abstrahit ad aliud non deducit Hec me dextris armis sinistrisque communit hec me in prosperis effici non patitur et contradere non sinit aduersis spem subitiens in omnibus hi utique numquam confundit dum malorum precium preditus futurum beatitudo contemplatur Hac ego nunc ergo intente me inutilem seruum suum ego nos meos et

¶ et commutate ad earum suum ¶

cosermos et fres ad hac mesaz eius
inuito. et exhibeo nobis opulentas
eius laudabiles dapes. et psites vobis
pheniez ac spalez crateem Nec est
in hoc eius conuiuio simile inuenie-
bus quib in inistis carnis destrite
dis dapibus et ipe destruendo diste-
dis nent. et inexplebilit semper
explet. Nunc usq ergo fres tacui.
sed nuq semp tacebo Sustinui sc
ptiens. s nuq semp sustinebo Na
zacharie quid soluit silentiu editus
iohes in lucz Nec em ult dignu erat
precon uocis tacere. cu uoce ipe gemi-
set. Sed utriq conuenies fuit. ut sicut
no credenti deuotis ptu uicta e lin
gua. ita uoce porecta resoluit vincla
sermois Nota est ergo nox et luc:
na ubi pausor et solis Nunc aut
linguam resoluit. et exaltat uocem
uel tube consptus ut et congregatio
et reconsiliationis letitia. qui filij di
qui dispersi erant congregati sunt
in vnu. et in domu dei conuenit. i
cosensu Et in vna uictuaz edificati
omis coeunt iugente et coaptante spi-
tu sancto. nec iaz ult in vnitate co
stelatis ulla inico subintroeundi a
pit locus. Iam no fucamus ab altu-
ro. nec malis mris insultus in uice
Nunc ia iudas et isrl ponit sibi pri-
cipatu vnu et ilrlm et samaria
ad illa vna q in supnis est irlm
congregant. z tendunt Iam no e
paulus. nec appollo. nec cephas. pro
quibus vnus aduersus altem inflet
pro alio. sed omia et in omibus xc
Cum ergo iam et me habetis et v:
bum non ab inuito extorquetis.
proloquar ut possu. q iubetis Et
proloquar gratiaru actiones. et va
comonitionis. quoq quis digne
loquet potencias dni. et auditas
faciet auditibus omi laudes eius.
qui fecit utruq vnu. s medius

paries sepis resolutus est et destructus
qui liberati sumus cu iam essemus pa-
bola ingentibus et comotio capitis
in pplis. Intm nos afflixisti dne.
quatu sufficiet bonu pacis p dissidijs
intelligere dram. et p odiorum inimi:
citatez docuisti nos caritatis bonu O
incredibilem atq inestimabilez me:
dicina Dolore inflixisti ut qd bom:
esset sanitas nosceres. ut aduersis tua:
rent adusa. discissi sumus. s itm co:
puncti sumus Cum to diffusius segrega:
ti sumus tanto ardentius et constrictius
adunamur Velut siquis arboris ra:
mu in aliaz ptem vi detorqueat
et inflectat. cu forte remiserit co
tinuo in id qd fuat ad uiris pectus
recurrit. et nac poris obtinet locum
atq ostendit q violent quid decli:
nat fuit. no tn redierit inolonter
Cuius digne gras referat deo. q
ultra ia no exigimus mais aduersus ocu:
lu. nec oclj despiat manu Cu no
insurgunt pedes aduersus caput. nec
caput alienos a se deputat pedes
No amplius ledentes q ipi ledunt
ex inquietudine et inobedien. per q
ius pphas q soluit. s ia eadem mui:
tem prose cogitat membra. et agun:
tur omia diuinis legibus Et est iam
eccla unu corpus. et vnus spus
sicuti vocati sumus in vna spe voca:
tionis nre Et ppterea pplus pauper
laudabit te domine. Fuimus effectus
ex paupe. qui magnificati magnifi:
centiaz tua sup nos Ut etia hec sc:
bant in generatione alteram. et ut po
sis nunciet. quia ubi habundauit
pctum sup habundauit gra. Cum
sparsa sunt grana. s ascenderunt
spice qui oues lugebamus. et nunc
sumus pastores Et ut ego uoui su:
scepimus etiaz illu pastore omi.
qui p spom quid assumit est. et ac:

cepit talentum numulariis erogandum
Et gregis ei cura commissa est. et in
sacerdotium unctus est. et manus eius
consummate sunt. etiam si adhuc dicat (dicitur)
curam gregis suscipere et conseruat ad
huc sub modio lucernam. quam mox
certus sum quod super candelabrum ponet
ut omnibus amicam que intrat eciam domum
uideat lumine magnum illuminent qui
sciunt omnium uirum. Adhuc enim nunc mon
tes colles quod considerat adhuc fluenta
fluminum preciatas et perspirat loca. in
quibus insidiis occurrat luporum. ut
in tempore opportuno tenorem baculum pasto
ralem. pascat gregem rationabilem per
cum magistro et domino pastorum. in loco
uidi collocauit eum uidant et uim u
bi di reficiens pabulis. et super a
quam refectionis educauit spiritus sancti
inundationibus rigans. Hec ergo
futura et speramus et oramus. Michi
autem iam tempus est ad ea quod diximus
etiam uerba commonitionis adiungere. que
quod potero breuiter explicabo. Eundem
puerum pene a nobis uidemus exhib
ea que nos commonemus in uerbis. Oppor
tunit ergo fratres non interdum inherere. ne
gratiam concordie necesse separationis indi
gnitate maculari. cum quidem per
concordie et unanimitatis donum. cum
essemus grex pusillus et paruus. in
debamur ingentibus et numerosis gregibus
exequari. immo non quibusdam etiam
preponi per gratiam spiritus sancti. Cum quidem
in aliis alius decor uel in paruis
uel etiam in magnis officiis et donis
nostri non gregis hec erat incomparabile
et singulare munus quod in omni pa
ce et in omni quiete degebat. ita
ut fortassis etiam arche noe comparari
posse uideretur. que sola potuit totius
mundi diluuium inconcussa superare
Nunc quidem muti sumus etiam nos ho
mines esse et non potuisse perpetuo effu

gere aduersarii inuidiam. ut languoris
illius quod omnes pene opprimit et anxios
effici cepimus. sed quamuis omnis labes nos
quoque contingens peruaserit et uexare ita ut
optimam illam et laudabilem prinam
concordie et unanimitatis hereditatem quam
soli cepisse preceteris uidebamur. non po
tuerimus in finem usque seruare. tamen non
parum eam in hoc si tamen et miseriarum
habenda est comparatio. hec differentie
uidemus. quod et ultimi (inter) medicinam in quem
hanc labem et primi pene emendare
potuimus. Cum infirmari quidem natura
humane commune est. cito uero requirere me
dicum et adhibere curam uigilantis et pru
dentis est sensus. et per gratiam domini illu
minari quod nobis prestitit plura. quam
uel petere uel sperare potuimus. Nos
enim non eos suscepissemus qui pro ca
tholica fide et uerbi dei ueritate ceruices
suas minantibus gladiis subiecerunt
nec inimicos eius iudicassemus. qui per
conspirationem fidei fratres se et consangui
neos designabant. licet parum quid
de paterna successione inter se disci
scent. et non hostili dissidio sed simul
tate ferina. Contencionem quidem eorum
simultatem quod minime laudamus. sed di
uinum zelum confessionis quod suscepimus
considerantes hoc quod fraterne caritati pre
ferimus dissensiones. in quibus
pax fidei et pietatis ueritas constat.
propterea ergo suscepimus ut pietatis
predicatio. et cultus piorum consortio
ac societate proficeret. et in tantum fu
rati sumus furtum caritatis. non ut
domesticos fugaremus. sed ut socio
rum multitudine cresceremus. Vos
uero multo rectius meo spiritu feruentes
omnem licet relinquentes intellectum
ad solum spiritum confugistis. uel pristi
norum simplicitati. et uerbis in sibi
libus concedentes. Nos autem qui

hec solum ipsius dicimus · si quis uero in omnibus
absque ullo prorsus offendiculo de tri
nitate senciat · sed de una saltem aliqua
ex tribus persona · minus aliquid aut in
firmius dicere audeat equum atque idem dici
esse in una persona · quod et in trinitate
peccare Vna enim divinitas trinitatis
et unum in utroque piaculum impietatis
admittitur · Propterea uero patiebantur
dissensiones maiores antiquorum · in quibus
manebat fidei concordia · et in quibus
eadem confessionibus forma constabat · et ex
ita paratum est ad concordiam huius quod de
unimente venirent · ex uno atque eodem
sentire de deo · Erat et contrario in il
lo paratum est ad discrepanciam ex diu
sitas fidei · Vnde enim rex et masue
tus quisque secundum prophetam bellator effi
citur · ad se uidelicet per patienciam fidei
de trinitate sentire · qui etiam deo infert
dampnum suo casu · Nobis enim omnes
est deus · id est si omnes nos possessio
eius efficiamur per fidem · Hic ergo
nos etiam in ipsa dissensione habemus
aliquid amplius ceteris · et rursum in
conditione nobilius ita ut facile
possit emendare culpam suam qui et
utroque latere laudabiliter tegitur · Sed
quoniam ipsa per se uelo atque pacis non suf
ficit ad cautelam · digna ei adhi
beamus auxilia · Ipsum ingenitum
filium dei ipsum eius verbum ac sa
pientiam invocemus et precibus ac
lacrimis imploremus · et mente ac
cogitatione teneamus · Illud ante
omnia considerantes · quod nichil tam
bonum nil preclarum · nil tam excel
sum · quam substantia ac natura dei
Nisi forte quis etiam super substanciam
eius uelit intelligi · quod in semet
ipso esse quod est · et quo cetere omnes
creature secundo loco susceperunt esse ·
quamuis ille a deo uel per deum
prime sunt Angelicas dico ce
lestes quam uirtutes que prime suscipi

pientes splendorem lucis eius et ue
ritatis atque illustrate · eadem ipse
lux efficiuntur · perfecte claritate ful
gentes · In tanta ergo ineffabili et
excelsa dei natura nichil tam proprium ·
nichil tam fixum intelligere possu
mus · quam pacem et quietem · Nec
enim dissensio ulla in natura dei · quam
nec dissolui posse sencienda est · sed
tamen unitatis et concordie in semet
ipsa habere · et impertiri creatis ceteris
estimanda est · ut etiam hoc ipso nomine
nuncupari se deus aliquando uelit · id est
pacis et caritatis · Nam et Johannes
dicit · quia deus caritas est · Pau
lus de unigenito dicit · quia pax no
stra est · De angelis uero quid dicam
in quibus qui dissentire ausus est
et extollere supra mensuram · atque in
conspectu omnipotentis dei rebellare
ita ut super nubes ponere sedem suam
cogitaret sicut ait propheta · dignas
arrogancie sue et dissensionis
penas dedit prolapsus ut esset tene
bre condempnatus · imo ut uerius
dicam a semetipso tenebre effectus
Ceteri uero qui in suo ordine et loco
permanent · nil tam proprium possident
quam pacem et unanimitatem · nichil tam
student quam ut unum sint · ex unita
te trinitatis exempla sumentes · No
uimus et ipsa trinitas unus deus est
tam unitate uoluntatis quam et uni
tate substancie · Dei itaque est pax
et eorum qui approximant et coherent
deo · Contra uero deo dissensio et bel
lum quod sine dubio eorum est qui alie
ni et auersi sunt a deo · qui simul
deo et paci aduersantur · dissensionibus
gaudentes et perturbationibus gratu
lantes · Cuius quidem et princeps eo
rum atque auctor dyabolus · tam
ipse malorum fecunditate a semet
ipso discordat quam etiam alios ex
habundantia sui in arma disse

siomb instigat et ad bella furoris ipel
lit Ozmia ille homicida erat ab ini
tio et sedet in insidys in occulto ut i
terficiat innocentem et ut sagittet i
obscuro omne corpus ecclie. du singu
los quosque callidis obscuris que consilys
decipit Et ex prius quibusque occasiom
bus locum sibi introeundi in animos
eorum primo subtiliter facit. tum deinde ve
lut occupata iam statione totus im
mergit sicut fieri solet in obsidione
murorum Si exigua pars unius anguli
fuit irrupta. continuo per singulos
irrepentes omnis introibit atque ur
be obtinebit exercitus Satis ydone
um ut opinor ad unanimitate et pace
diligendam et dissensiones et discidia
fugienda hucusque puocauimus exemplo
ad utique omnis anima que ymaginem
in se dei gerit imitatione debeat gau
dere diuina ut nobilitate generis sui
esse maxima ostendat. dum de supe
rnis trahit exempla viuendi. et ad
similitudinem se celestis conuersationis
instituit ~~Tamen~~ Demum respiciamus et
in celo sursum et in terra deorsum secundum
commotionem diuina. et consideremus to
tius creature federatissimas leges.
Cum celum et terra ac mare atque omnis
iste mundus cuncta que dei elementa mag
fica. per que eciam virtus dei tacite
predicatur donec inter se in pace sunt et
quiete. et prosus nacione sue timore finiat
nec ~~item~~ aduersus alterum insurgens
statute pacis vincula dissoluit. quibus
ea opifex omnium sermo dei prime condi
tionis legibus iunxit. stat mundus et
pulcritudine sua ac decore profulget
Nec quicquam aliud exquiri potest quod
splendori eius et gratie conferri aut
exequari queat Simul aut ut a pa
ce et quiete destitit. protinus eciam mundus
esse desistet Nec alia ex causa quam
sui dissensione ac propria elementorum
seditione solueretur Hunc ergo meum
tocius mundi intuere si videtur ordi

nem pacis. quid aliud celum nisi aeri lucem
tre prestet calore Aer non imbribus terra
foueat et animantibus cunctis uitam tribu
at respiratus Terra non fructus et vi
ctum super eam uiuentibus materno quo
dam prebeat famulatu Cum non iste
perpetuitates temporum paulatim suas vi
cissitudines immutates et austiora que
que non frigoris uel caloris sensum. et per
partes mortalibus inferentes ut non de terre
subita. sed eciam delectare sensi reparata
videantur utilitati simul voluntati que
ministrantes quod eciam dies et nox equis
sibi inuicem portionibus succedentes opi
bus alia. alia ad quietem fessis morta
libus mancipata. vel quod mare inter ter
minos suos definita statione cohibetur
et pacifica suis appulsione coniunctum.
copias suas affluenter humanis usi
bus prebet Cum non de sole dicam ac
luna et stellarum fulgore et multitu
dine. que omnia ordine cursus sui imo
bili obseruatione custodiunt Cum etiam
de perhennitate fontium Quid de fluentis
fluminum certis statutis que terminis contenta
itinere pergentium Cum eciam animantium tam
diuersa genera sibique contraria. quorum alia
agrestia et fera. alia mansueta et vi
cina hominibus exigunt uitam. et alia
quibus hominum pacienter obsequia. alia
non ipsam sui feritate delectantur. Cum ergo
hec omnia ita se habeant. et certis que
busque de causis quas nouit ipse qui
vniuersa dispensat. in hanc compagem
concordia que cuncta constructa sint. quid
aliud oportet ex hiis omnibus intelligi si
commitium. nisi quod pax et vnanimitas per
hec omnia humano generi ostenditur
et predicatur Si non dissensio aliqua
se huic materie generet. et sedicionem qua
libet solutorem sui meditetur. vel si di
uino nutu aliquis ex ista compage mo
ueatur. et ad peccantium pietum atque
impiorum penam. si vel mare eff
uestat. vel terra quatiatur. vel per
niciosus imber et pestifer decidat

De tocius pacis vniuersi

aut sol subtracta sui luce refugiat
aut aer ardoribus excandescat. aut
ultra mensuram sui natura ignis ex
estuet. exciduum sine dubio mundi et
status vniuersitatis putatur. et bonum
pacis executorum seditionum subuertitur. ut
omittam populos et urbes et regna. exer
citus quoque innumerosos. ut omittam domos
coniugia. que omnia per pacem et con
cordiam constant. per dissensiones uero
soluuntur et pereunt. Ad istum veniam

de scismate

et de populo illius vos misijs commone
bo. de dispersione eius et captiuitate
in qua et nunc sunt. et erunt adhuc
Certus bethlem ex hijs que de eis predica
ta sunt. Et ostendam eorum mala que
et yosipus diligenter agnoscitur. et que
fuit horum omnium malorum causa. ut ex
aliorum correptionibus nos quod bonum
habeat concordia agnoscamus. Do
nec isti deum inter se pacem habebant. et
ad deum vnanimes ingemiscebant. e
gipti fornacis ferree ponderibus
pressi. et tribulacionibus suis in se
metipsos collecti. interdum enim et tri
bulacio optimum quoddam est salutis
remedium. populus sanctus dicebatur. et
proprius domini. et genus regale ac sacer
dotale. et huiusmodi appellacionibus
decorabantur. Sed et magistratibus et
ducibus agebant tunc qui agerentur
ipsi a deo. precedente eos columpna
ignis et nubis die ac noctu. Cede
bat eis fugientibus mare. celestium
esurientibus manna ministrabat. po
culum petra sicientibus exhibebat.
bellantibus protensio sola manu
um victoriam dabat. et triumphos
sola oracione capiebant. Transire volen
tibus fluminum sistebantur fluenta
cognati maris imitata famulatum
et prebebat elementa seruicium. hosti
les muri tubarum solis clangori
bus utebantur. Egipti enim ubera
et decem famosissimas plagas
ad eorum graciam illatas pretermisi
misi. et voces dei ex monte au
ditas. et duplicem legislacionem. aliam
in littera aliam in spiritu. totamque innumera
et inmensa quibus tunc etiam contra
naturam suum honoratus est israhel. Post
ea uero quam egritudine cepit dissensi
onis urgeri. et in partes secti sunt. et
vnusquisque quod placitum erat in oculis
suis faciebat. et statuerunt sibi regem
non per deum et principem non per consilium
eius. postea quam ieroboam et roboam.
postea quam factiones et seditiones. post
ea offendere cepit puer ad seniorem
ignobilis ad honoratum, quod fit et quod
patimur lamentacio nos docet. Iheremie
lamentantis eos et plangentis de capti
uitate babilonie. Simul et histo
ricum docent. quo magnificus ille et
admirandus murorum ambitus subrui
tur atque subuertitur. Urbs preclara et
opinatissima prosternitur. sanctifi
catum templi destruitur. Ornamenta
et donaria delubri sacratissimi pro
phanis manibus diripiuntur. sancta
sanctorum pollutis pedibus conculcantur
et illa que etiam sanctorum oculis inuisa
fuit et pedibus inaccessa. impiorum
et pollutorum diripientium conculcabantur.
Senes non miserebantur. iuuenes absque
respectu trucidabantur. Matronis et vir
ginibus nil pudoris. nil verecundie ser
uabatur. Altaribus non solum alienus
ignis. verumetiam hostilis adhibebatur
stillabat sanguinis flumina. non hostia
rum religionis sed hostili crudelitate pro
fusa. nec arietum sed hominum cruore ma
nantia. Nazarei in terra prostrati
ululatus pro ymnis audiebantur. Et
ut ex ipsis aliquid lamentacionibus Iheremie
loquar. filij syon honorabiles et
exornati auro. delicati. et malorum
nescij vias nouas et asperas abierunt
et vie syon luxerunt. quia non erat
qui veniret ad diem festum. Sed et
paulo ante manus mulierum mi
sericordium coxerunt filios suos. in

Immanitas mulierum tempore obsidionis Jerusalem

edia scilicet obsidionis urgente etiam co-
mederunt fructum ventris sui. et dulce
solacium liberorum factum est solacium famis
Videtis qui sint exitus dissensionum et
qui dissidiorum fructus. Aut nescitis
quia nos hec scripta sunt in quos
fines seculorum devenerunt. Ego denique
quotienscumque librum istum Ieremie accipio
in manus. et lamentacionibus eius intendo.
lego enim frequencius lamentaciones Ieremie
quotiens in secularium successibus videor.
ut commonear per lectionem quod immineat
nisi observando et lacrimis replear. et
vox in ipsa includitur. tamquam ante oculos ad-
ducto quod gestum est. et tamquam lamentante
lamentare me credo. Hec non iam que
eis novissima acciderunt. propterea quod
pastorem suum noluerunt oves morbide
et in rabiem verse cognoscere. propterea quod
extendentes christi in hominem manus
in deum scelere suo piaculum commiserunt
propterea quod viderunt pendentem vitam suam
et non crediderunt. Quis digne lamente-
tur. aut quis pro merito exponat. Pre-
sens exitus docet. et captivitas eorum
subiecta romanis. Quomodo quis potest
enarrare clades. Carmina libri conscribi
de eorum miseriis possunt. Nisi quod unus
liber est universus orbis terre quod vasti-
tates eorum quotidie calamitates protestantur
testatur et ulciorum ad fundamenta usque
destructio. Cumque nec ingressus quibus-
cumque eis conceditur nisi forte ad hoc solum ut se
deplanctum et lugeat desolacionem eorum
et ulterius prorsus nusquam appareat. Cum ergo
tam gravia et tam perniciosa habeamus
dissensionis exempla. et tantorum ma-
lorum causa sint. quod vitanda quis dubi-
tat. Unum est aliquid adhuc gravius. si
post curatam tristiciam et degustatum pa-
cis bonum. rursum in eandem quis dissen-
sionis vergat insaniam. et quod dicitur so-
let ad proprium vomitum revertatur. adeo ut
quod etiam imperiti quique et indociles
periculis soleant erudiri. et extreme le-

vitatis sit semper ut de malis ad bona
ita etiam de bonis ad mala transferri
et velut aura fatali fatali huc atque
illuc permutari. Puto enim quod illos quod quia
in dissensione permanet spes aliqua
future concordie relevet. et multum his
consolationis future emendacionis expectacio. Hii
vero qui frequenter ad concordiam redeunt
et rursum in dissensiones et iurgia
dissolute devolvuntur. cum aliis omnibus que
perdiderunt bonis etiam spe correctio-
nis exuti sunt. Similis est enim apud
illos ut videas discordia et concordia
nec in alterutro magis heret dum ad utrumque
fatale devolvuntur. Nemo sane me
existimet dicere quod omnem pacem dico am-
plectendam esse. Scio enim sicut multas
discordias esse utilem. ita aliquibus
perniciosam esse concordiam. Sed
illam dico pacem que in bonis et pro bono
est. et deo nos sociat. Et ut breviter
de singulis dimittam ita videtur quod nec
nisi in mensura sua aliquod bonum dicatur
nisi si eam excedat et evadat. Quod est nec
plenitatem omnibus sociari. nec per pravi-
tatem ab omnibus discordare. Similiter et
enim et remissio inutilis est. et pertinacia
improba. Certum est enim quod adversum
impietatem et ignibus et ferro et po-
testatibus et legibus pro veritate debemus
obviari. tamen ne fermento malicie pol-
luamur et consensum prebeamus in ma-
lis. Nec quicquam ita pertimescendum est
quam ne aliud quod timeamus quam deum. et
per timorem perdamus fidem et veritatem. Ubi
vero causam tristicie afferunt suspicio-
nes levitate et superflui metus.
ibi melior est fervore patientia
et asperitate lenitas. Dulcius nam-
que est et utilius ut in communi corpore
permanentes instruamus nos invi-
cem tamquam alterutrum membra. Instru-
amus autem eo modo quo apostolus dixit
in spiritu mansuetudinis. Vero per super-
biam nec per imperium velut tyrannidem
putantes libertatem nostram. Sed tamen

Ad pacem

fratres et equales commonitoribus nosmet
ipsos et cohortatoribus provocantes. Eu-
het ergo iam se habeant fratres amplectamur
nos invicem et complexemus et cum
omni caritate et sinceritate mentis in
concordiam redeamus. Imitantes illum
qui medium parietem sepis solvit et per
sanguinem suum pacificavit non solum que
in terra sunt sed et que in celis. Di-
camus ad religiosissimum hunc et mitissimum
patrem et mansuetissimum pastorem: ele-
va in circuitu oculos tuos et vide con-
gregatos filios tuos. Ecce vides quod opta-
bas quod desiderabas die noctuque ut in
senectute bona novissimis vite dierum
tempus. Ecce omnes convenerunt ad te et
sub alis tuis requiescunt et altare tuum
circumdant. Quorum tu lacrimis absterse-
rant ad leticiam revertuntur. Gaude et
letare pater optime et indulgentis-
sime et dic etiam tu nobis: Ecce ego et
pueri mei quos mihi dedit deus. Adde
et illam dominicam vocem congruentissi-
mam tibi: Quos nobis dedisti michi servavi
et non perdidi ex eis quemquam nisi ali-
quis ex eis filius perditionis. Sed
omnes maneamus unanimes in uno spi-
ritu unanimes collaborantes in fide
evangelii unum sentientes armati
scuto fidei precincti lumbos in veritate
unum solum scientes adversum dyabolum
bellum et adversum eos qui sub illo
militant. Nec timeamus eos qui pos-
sunt corpus occidere animam autem ni-
chil facere possunt. Timeamus autem
eum qui potest animam et corpus perdere in
iehennam ignis. Servantes bonum
depositum quod a patribus suscepimus
adorantes patrem et filium et spiritum
sanctum, in filio patrem, in spiritu
filium intelligentes in quo bapti-
zati sumus in quem credimus cum con-
fessi sumus dividentes autem com-
ginamus et iungentes autem dividamus.
Non tria unum dicentes
nec enim in substantia nomina

nominamus id est unam solam subsistentiam
sentientes ut scilicet divinitatem nec in nomini-
bus sint et non in rebus. Et rursum di-
cimus tria unum non secundum subsistentiam
sed secundum substantiam divinitatis unitatem
in trinitate venerantes et trinitatem
in unitate confitentes. Tota ergo tri-
nitas adoranda quia tota regalis
est. Unius enim potestatis et unius glorie
super mundum super tempora. Increata
invisibilis et comprehensibilis
investigabilis. Que quo ordine
apud semetipsam sit ipsa sola cogno-
scit. A nobis autem simpliciter et equaliter
adoratur. Sola enim est inter sancta
sanctorum universam creaturam in ex-
celsioribus habens. Et ipsa quidem primo
velavit divinitatem reliqua non coequabilem
creaturam secundo contegit velamento post
illam non rursum secundo velamine nos
dirimit a celestibus. Hec nos sen-
tientes fratres et confitentes eos qui
huic fidei adversantur alienos ha-
beamus a veritate et pestilentes pu-
temus. Et siquidem possibile eos nul-
la invidia. Si vero insanabiles sunt
refugiamus et vitemus ne forte mor-
bi eorum contagiis maculemur. Ne
non tam maiorem sanitatem illis trada-
mus quam illorum nos egritudine capi-
amus. Pax autem dei que superat omnem
mentem custodiat corda vestra in Christo
Ihesu domino nostro cui est gloria et po-
testas in secula seculorum. AMEN.

Incipit liber septimus de gu-
dinis vastatione cum pater
Episcopus reticeret:

QUid laudabile plurimis
tibus ordine quid in-
excellentis lingua le-
gi iustissime serm-
entem cuius pro-
vocatus sermonis spiritum tedente Quod
intermittentes caput festinatis ad

pedes Quod derelinquitis aaron pro
ducatis eleazar Non patior excludi
fontem et profluere torrentem Solem
abscondi et stellam ostendi Canitiem
sede et iuventutem legere permutare
Sapientiam vetere et impietatem audi
ri Nec enim minus rapidus imber
lenem et quieto utilior fuit Ille n
quidem nimio ferens impetu silvas se
cum ac rura pariter trahens etiam dam
nosus agricolis existit Hic vero le
niter infusus et ad interiora terre gre
mia descendens fecundum fructibus
despitem parat vel etiam letioribus
spiritibus maturari segetes sinit Ista
et in verbis non continuo quod multe elo
quentie est etiam multe sapientie est.
quia quidem eloquentie aura parum
quod delectat auditum Simul vero ut
desinit sonus loquentis et pectus
desinit audientis Hec autem que sensim
in medullas ipsas divini descendit
eloquij et dilatato ore replet spiritu
et ope doceatur. qui non obtemperat uer
bo. Exprobrabit. Hoc et xpus erit
illi in gloria si sociatus efficiatur pas
sionum xpi. Etiam si samaritanus audi
at. etiam si demonium habens. illud
audiet homo. quod ingestum est deo. Im
mo non et multa adhuc desunt. etiam
si multa paciatur. Nunquid et ace
to ac felle potatus est. Nunquid coro
nam spineam gessit. Nunquid sceptri
calamum tenuit. Nunquid circumdatus
est coccinea clamide. Nunquid et
nunquid clauis. nunquid latrones
dextra leua que confixi. et potentium
insultatio. Sed opportebat in hoc ph
habere domum. in quo plus patien
tie in contumelijs habeat. Nichil
hac institucione precelsius. nichil

hac philosophia que in xpo est cla
rius. Quid enim potest teneri qui nu
dus est. Que inquis opulentia vinci
potest magis quam xpianam philosophi nu
ditas. Onagrus quidam est in deserto
remissus. et libiet ridens quam multi nos
urbium. et integra exactorum non audit.
Unicornis est quidam animal quod sine legi
bus viuit. de quo ait. Nunquid no
let tibi seruire unicornis. aut alli
gabis eum ad presepe. aut sulcum in
gium accedet. Sed et si ab omnibus que
in terris sunt excludatur. tunc etiam aptat
sibi alas sicut aquila. et reuertetur
in domum eius qui fecit eum. id est ad
domum perget. Dicam adhuc aliquid
breuius. Duo sunt in celo que tene
ri non possunt. deus et angelus. Ter
cium non est in terra. xpianus philosophus.
Velut quidam incorporeus est viuens in
carne. incircumscriptus est in corpore.
In terra celestis est. incorruptus im
passibilis est. In omnibus cedit. in om
nibus vincit. preter unam libertatem.
Et in eo magis vincat. in quo omnibus
aufferre et quod nolentibus cedit. Quam
ergo philosophiam xpianam noster sermo
descripsit. age nos quoque aptemus nos
metipsos in huiusmodi institucionibus
contemplemur. ut si forte ueniant
ad nos qui oderunt nos gratis. et
qui tota die impugnant nos. inue
niant nos etiam si non perfectos
in disciplina. at certe in tali exer
citio meditantes. ut uel propositum
reuereantur. si nondum perfectiorem operibus
pertimescunt. Quid enim omnino est quod
pati homo per honorem potest. preme
ditemur apud nosmetipsos semper
et ipsum nos probris odiencium con
futemus. Impitos nos et insipientes
appellabunt. unam sapientiam nouimus
timorem domini. Quia initium principium

sapiencie timor est domini et finis ubi audire omnia et timere dominum hec salomo qui est sapientissimus dicit. Si ideo hanc a nobis seculi sapientiam querunt pauli ad eos sermonibus respondeamus quia stulticiam fecit deus sapienciam huius mundi. Quia nec prius potest quis sapiens effici apud deum nisi stultus fiat in hoc mundo. Si paupertatem et penuriam exprobrabit iste sunt divitie mee. Istud me non solum gloriantem sed et arrogantem fecit. Videor enim michi hoc audire ab initio. quia vestigiis illius incedam qui propter nos pauper factus est. ad omnes esset. Atque utinam exuere me possem etiam istis corporis pannis quibus circumdari videor ut nudus effugerem formas seculi que retinent et revocant pergentes ad dominum. Verum autem etiam grave istud corporis indumentum citius deponerem ut leniore induerer et puriore. Patria hac domo fugitivos vocabunt. pro una de nobis sentiunt iniuriosi sunt habemus enim nos patriam manentem. Est nobis ulla in hoc mundo domus. Ipsi ut video non sunt hospites nec peregrini super terram sicut patres nostri. Non nos laudo gloriantes de huius mundi proprietate. Videte ne de illa vera patria decidatis. et illius peregrini et alieni inveniamini. cum nos tunc invenimus cupimus et optamus. Senectutem nobis in fragilitatem corporis si exprobrent doceamus eos. quia non omne quod materie corporali deest. vel senecta temporum vel thabo infirmitatis absumitur est. Aliis siquidem ex ea etiam cogitatio futuri iudicii et eterne spei sollicitudo consumpsit. ut etiam nos parva aliquid gloriemur. Audimus

enim paulum dicentem. quia caro et sanguis regnum dei possidere non potest. Quo ergo michi thauruas carnes nutrire et corpora pinguia arvinas distendere ac ferociorem corruptele materiam preparare. Si autem michi. Quid si nos ipsos qui peritis sedibus aliquis depellat et a docendi cathedra excludat. Non contristamini hoc illum qui ad hoc initiis adductus est. Si enim nos edocet quam magnopere remedium sit quod tam indigne et imprudenter expetitur. Quid deinde quis utique si secundum christum sapit. qui evangelii cupit esse discipulus. de primatibus lites movebit. Habens christi regulam que deus in finibus platenda decernit. Quis ubi inde etconrio propter primatus moveantur omnia et perturbentur. atque orbis terre bellis ecclesiasticis quatiatur. ita ut pene iam discipuli christi pro quibus dominus maiestatis crucifixus est. omnes pro dei nomine et nomine novo nuncupati sunt. hunc his nominibus censeantur. Nos autem qui presumimus non utique ex locorum sed morum nobilitate in notescere debemus. nec urbium claritate clari effici magis quam fidei puritate. Si quod est infelicius diligenter notamus. Quis ad dextram sedeat quis ad sinistram quis in medio. quis et quis excelsior. quisque considedat humilior. vel quis precedat. quis aut sibi mediat. Quorum omnium observatio quam plurimos coetuum dei ecclesiis gravavit et multos in initio papicavit. atque in hedorum sinistram partem detorsit. Non solum ex plebe verum etiam ex ipsis doctoribus et magistris. qui cum doceant isti ipsi hec ignorant. Sed etiam si nos ab altaribus prohibeant excludant. scio aliud altare cuius typum gerit altare hoc quod habetur in terris. Super

quod altare acisculus non ascendit.
nec pollutum est. nec audita est uox
ferri super eum. uel aliquid in eo artis
aut uarietatis effectum. sed omne in illo
opus mentis est. per scientiam fidei
ascensus. Si huic iniuste excludor a sta
bo et instabo illi altari. Offeram ho
stias et oblationes et holocaustomata
ta ibi ad illud altare. quod in spiritu
intuens magnus ille dauid. uerus
dei prophetus dicebat. Introibo ad altare
dei. ad deum qui letificat iuuentutem
meam. Ab illo enim altari non quilibet
eiciendi me habebit potestatem. Ex
ciuitate depellent et fugabunt. Num
quid et de celesti urbe ierusalem que est
mater omnium nostrum depellere nos poterunt
uel fugare. facultatibus defraudabunt.
Omnibus. Meis facultatibus uix nisi alias
indigent. quas non habeo. Si autem
ecclesiasticis. hoc utique est pro quo omnis
pugna et pro quo omne certamen est. Aut
ignoramus. quia per pecunie cupidita
tem et loculorum fraudem etiam ad
perditionem proficit xpisti et triginta
argenteis dominus maiestatis appreciat
tanto precio non dominus sed proditor dignus
est. Domos nobis excludent. myste
ria impedient. officia prohibebunt
auctos auertent. Valde enim et ciuitatibus
et domibus grauis est uita nostra.
immo non recusantes hec magis possumus
et debemus ledere quam abutentes. Qua
si non sufficiat unius religiose uidue
domus talis aliqua qualem illam
de sarepta commemoramus que sim
plice uictu religiose dependebat of
ficium. Pro quo et nos dicamus de illis
dominus inueniet misericordiam a domino
in illa die. Amici autem qui fideles
sunt et boni nunquam recedent. qui
infideles sunt et simulati non tamen
recedent quam arguent et apparebunt

Quorum utraque quam designans propheta
in persona domini dicebat. Amici
mei et proximi mei. alii quidem ma
nifeste aduersum me appropinquaverunt
et steterunt. alii autem longe de lon
ge steterunt. Et ipse dominus ait. In hac
nocte omnes uos scandalum patiemini
in me. Paulominus et petrus negat.
Quid ergo est. Nolite credere in amicis
et in fratribus nolite confidere. Sed
quid dicendum est. Si consistant aduer
sum me castra non timebit cor meum
si insurgat in me prelium in hoc ego
sperabo. Et item in hiis omnibus que pa
tior ab inimicis. nullus me timor. ullus
metus inclinat. ut meis merroribus
delictis illos ipsos qui hec inferunt
lugeam. Vos ergo honorabilia nunc
et ueneranda membra xpisti. plebs eius
et oues gregis eius. in omnibus tem
tationibus. et aduersum omnem impro
bitatem luporum. hiis uos meditatio
nibus roborate. nec prodatis umquam
ouile uestrum. Nouella namque est con
gregacio uestra. Et uidete ne priusquam
congregemini et dissipemini sicut oues
remisse de uinculis et efficiamini mer
timatori subito. ne et nos cadamus
et nobis dolorem grauissimum gene
retis. Ne simplicitate pastoris ad
subuersionem gregis abutamini. et
accidat nobis quod scriptum est. Per
ditionem tue israel quis subueniet. Et
quibus utar prophetis modum medicamini
quibus alligatis. ut recolligam
et conglutinem dissidentia. Quibus
sermonibus quibus orationibus. quibus
lacrimis defleo contritionem uestram. Eter
na trinitatis. ueneranda. possessio. que
a nobis tota fide colitis et adora
tis. tuum est hoc opus. tua est sit

etiaz perfectio Tu et istis constan
ciaz et nobis patientiaz dona Et
istos ad concordiaz et ei nos ad tolle
rantiaz firma ut et nobis laboris
nri indeclinabilez spem et istis fi
dei et perseuerantie p̄mia digna re
stituas Illuminans eos perfecto et
integro et purissimo lumine sapie
tie ut intelligant et cognoscant
quod tu ipsa sancta trinitas vnus
es deus et quod tu sancte deus tri
nitas venaris Quod ingenitus
et genitus et procedens vna natā
est tres p̄sonalitates vnus deus qui
est sup omēs et per omēs et in omnibꝫ
neqꝫ augmentū nec in minucōz
recipiens nec diuisioz ullaz capi
ens Cum nunc quidem ex parte cogno
scis et ex parte requireris fortassis
aut cicius vel totus vel certe multo
amplius quam nunc cognosceris ab hijs
qui te recte hic quesierint vita
et fide probabili Tibi gloria et
potestas in secula seculorum Amen

Expliciat Apologeticorum liber
octauus beati Gregorij naza
zeni Anno incarnationis
dominice Millesimo quadri
gentesimo quadragesimo vjo
per manus IOHANNIS de
Slupcza Pro magistro reuerendo

1446

Marcii

Augustinus duodecim sermonum

Admonet nos dominus Ihesus Christus ut bone arbores simus, et bonos fructus habere possimus. Dicit in Matheo xii°: Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructus eius malos. De fructu enim suo arbor cognoscitur. Ubi ait facite arborem bonam et fructum eius bonum, hoc itaque non est ammonitio, sed preceptum salubre cui obediencia necessaria est. Quod autem dicit facite arborem malam et fructum eius malum non est preceptum sed ammonitio ut caveas. Contra hos vero dixit qui putant se cum mali essent possent loqui bona vel bona opera posse habere. Hoc dominus dicit non posse. Prius enim mutandus est homo ut opera mutentur. Si enim manet homo in eo quod malus est, bona opera habere non potest. Quis vero adeo bonus inventus est cum Christus pro impiis mortuus est. Omnes ergo malas arbores invenit, sed dedit potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius. Quisquis ergo hodie homo bonus est, id est arbor bona, mala inventa est et bona facta est. Et si quando malas arbores eradicare vellet, ut remanerent que non digna essent eradicatione, sed venit erogare misericordiam ut postea exerceret iudicium. Cui dicit: Misericordiam et iudicium tibi cantabo domine. Dedit enim credentibus in eum remissionem peccatorum. Voluit de eis et deputatis rationis habere nomine. Remissio vero peccatorum facit arbores bonas. Distulit securim, dedit securitatem. De hac securitate Johannes loquitur dicens: Iam securis ad radicem posita est. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. De hac securi paterfamilias in Evangelio comminatur dicens: Ecce triennium est quod venio ad arborem, nonne debeo evacuare et fructum in ea non invenio, nonne debeo evacuare? Propterea amputetur et intercedit colonus dicens: Domine dimitte et hoc anno, circumfodiam eam et adhibebo cophinum plenum stercoris; si fecerit fructum bene, si minus invenies et amputabis eam. Tanquam per triennium dominus visitavit genus humanum, hoc est tribus quibusdam temporibus: primum ante legem, secundum in lege, tercium modo est quod est tempus gratie. Nam si non visitavit genus humanum ante legem, unde Abel, unde Enoch, unde Abraham, unde Ysaac, unde Noe, unde Jacob, quorum deum se dici voluit, et cuius omnes gentes erant, quasi cum hominum deus esset: Ego sum inquit deus Abraham, deus Ysaac et deus Jacob. In lege autem si non visitaret ipsam legem non daret. Post legem venit et ipse paterfamilias, passus est, mortuus est et resurrexit, et ascendit et spiritum sanctum dedit. Evangelium per totum predicare orbem fecit. Et ad hoc quedam arbor infructuosa permansit. Est quedam adhuc pars generis humani que adhuc se non corrigit. Intercedit colonus pro plebe. Orat apostolus: Flecto genua pro vobis ad patrem, ut in caritate fundati et radicati valeatis apprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo altitudo et profundum. Flectendo genua pro vobis intercedit apud patrem familias ne eradicemur. Ergo quia necesse est ut veniat, agamus ut fructuosos nos inveniet. Circumfossio arboris est humilitas penitentis. Omnis enim fossio humilis. Cophinus sordes penitencie. Quid enim stercore sordidius? Et tamen si bene utaris quid fructuosius? Sic unusquisque arbores non se arbitretur habere fructus bonos. Si manet arbor mala, non erit fructus bonus. Sine arbore bona mutata cor et mutabuntur opera. Extirpa cupiditatem et planta caritatem. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, sic et radix omnium bonorum est caritas. Quid ergo homines inter se contendunt dicentes quid est bonum? O si scires quid est bonum

quod hre vis non est valde bonum / quod esse no vis hoc est bonum. Non em hre sanitate corpis, hoc e bonum / nec tamen putes magnum bonum esse / quod et mali ht. Aurum et argetum hre vis / etiam et hoc bonum dico ee si bene vsus fueris. Bene aut no vtis si mali fueris / ac p hoc aurum et argentum malis malum est. Bonis bonum est / no quia eos bonos facit argetum et aurum / sed quia bonis si inveit / i vsum bonum convertit. Honore hre vis bonum est / sed et hoc si bene vtaris eo, quam multis honor magne occasio fuit pcti / quam multis honor ministerium boni opis fuit. Discernamus go bona ista si possimus quia de bonis arboribus loqtur / et hic nichil est quod quis cogitare debeat / nisi ut in se intret ipsum / orlos con- tat in se discutiat / in se distinctiat / se inspiciat / se querat / et se inveniat / et quod displicet necet / et quod placet optet et plantet. Cum enim homo se mane invenit inopem bonorum / ut quid est avidus extriorum bonorum. Ecce quid prodest plena bonis archa / magis conscientia bona. Vis hre bona et bonus esse non vis / non vis erubescere te debere de bonis tuis nisi domus tua plena est bonis / et te habz malum. Quid est omni quod malum vis hre. Dic michi. Nichil omnino no vxorem / non filium / no filiam / non ancillam / no servum / no villam. Postremo no caligam / et tamen vis mala hre vitam. Rogo te prepone vitam tuam calige tue. Omnia enim que circumtarent oculis tuis elegantia et pulcra cara sunt / et tu tibi ipsi vilis et fetidus es. Si possint tibi rndere mala bona tua / que optasti hre / que perdere timuisti / nonne tibi clamarent. Sicut tu nos vis hre, sic et nos volumus bonum dnm habere. Tacita voce te interpellant contra te dnm tuum. Ecce tanta bona dedisti huic / et ipse malus est. Quid ei prodest quod ht / quando eum qui omnia dedit

non ht. Ammit ergo quis admonitus hic verbis meis / et forte compunctus querit. Quid sit bonum quale bonum. Unde bonum. Unde intellexisti hoc te quere debere. Respondeo querenti et dicam no est bonum / quod potes invitus amittere / potes enim aurum amittere et noles / potes dominium potes honores / potes ipam carnis salutem. Bonum vero quod vere bonus es neque invitus accipis / neque invitus amittis. Quare go quale sit bonum hoc ps admonet nos re magnum forte quam quivis ait enim. Filii hominum usque quo gravi corde. Quonsque arbor illam triennio. Filii hominum usque quo graui corde. Cuius est gravis corde. Ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium. Et adte go ait. Quid querendum est. Scitote quoniam magnificavit dominus sanctum suum. Iam et xpus venit iam magnificatus / iam resurrexit / et ascendit in celum. Iam toto mundo nomen eius predicatur. Quonsque graues corde. Sufficiant preterita tempora / iam magnificato illo sancto / quonsque graues. Post centum quod restat nisi seculis quonsque graues corde / ut quid diligitis vanitatem / ad hanc vana / ad hanc voti ad hanc pompatica / ad hanc volatica. Xpo sancto magnificato / ad hunc ista requirentur. Iam clamat veritas / et ad hoc querit vanitas quonsque graves corde, demito flagel latur fortiter hic mundus. Cognomen n' va domini hic mundus. Et servus nesciens voluntatem domini sui et no faciens plagis vapulabit multis paucis. Quare ut quereret voluntatem domini sui. Servus go nesciens voluntatem hic mundus ante quam magnificaret servo suo / servus erat nesciens voluntatem domini sui et plagis vapulabit paucis. Servus autem sciens voluntatem domini sui / hoc modo est / ex quo magnificavit dominus sanctum suum / et no faciens voluntatem eius plagis vapulabit multis. Quod go mirum si mundus multa vapulabit, servus e sciens voluntatem domini / et faciens digna plagis. Non go recuset vapulare / qui si no vult

Servus negligens

audire propter eum iuste patitur vltorem
/ vel non murmuret contra castigatorem
cum iudicat se plagis dignum vt veniam
mereatur per Christum dominum nostrum Amen

xiiii Sermo secundus de augurijs

Bene nostis fratres karissimi me vobis frequen-
tius supplicasse et paterna sollicitudi-
ne commonuisse vos pariter contestatus esse
vt illas paganorum consuetudines obser-
uare minime debeatis Sed quoniam multorum
ad me relatione peruenit aliquos
pariter perstitisse admonitio Et quia si
ego vobis non dixero / et pro me et pro vobis
mihi necesse erit malam sibi redditurum
racionem in die iudicii / et vobis mihi
necesse erit eterna supplicia sustinere
Ergo me apud deum absoluo dum
iterum ac iterum admoneo pariter ac contestor
/ vt nullus ex vobis caraios / vel divi-
nos vel sortilegos requirat nec eos
de qualibet aut causa aut infirmitate
interroget. nullus sibi precatores adhibeat
quia quicunque hoc malum fecerit statim
perdit baptismi sacramentum / et continuo
sacrilegus et paganus efficitur. et si non
grandi elemosina et dura prolixa
penitencia subvenerit statim in eternum peribit.
Similiter de auguria observare nolite
/ nec in itinere positi aliquas aviculas
attendite / nec cantillare cantu dyabolicas
divinaciones annunciare presumite Nullus
ex vobis observet qua die de domo
exeat / quia dies iterum reuertatur quia
omnes dies deus fecit Sicud scriptura
dicit Et factus est dies primus dies se-
cundus / dies tercius / et illa fecit deus
valde bona Illas vero non solum sacri-
legas sed etiam ridiculosas sternuta-
ciones considerate et observare nolite
sed quociens vobis in quacumque parte
fuit necessitas perambulandi signate vos
in nomine Christi et simbolum vel oracionem
dominicam fideliter dicentes securi de
dei adiutorio iter facite Et qui quando
omnia suprascripta sacrilegia deo vobis
inspirante contempnere vel despue-
repitis moleste hoc accepturus est diabolus
/ quia vos videt de amicicia vel de potestate

sua discedere et sacrilegia per que vos
decipiebat contempnere Aliquas vobis
nequicias facturus est / aut infirmitatem
aliquam immissurus est / aut aliquod animal
/ aut per morbum aut per evagacionem
est ablaturus / quia ad vos probandos
hoc sibi permittit deus / vt cognoscat vtrum
fideliter venietis / et si toto corde dya-
boli machinamenta despicitis / et vtrum
plus apud vos maneat amor Christi
/ quam cuiuscunque animalis amissio / sed
si semper aut secundarios nequicias quas
dyabolus in misit toto animo et tota fide
contempseritis. Deus per gratiam visita-
cione signabit / reple et nunquam vos
possit sua calliditate superare et deci-
pere / homines enim negligentes et fa-
ciles languidas deperdunt et fidem de-
siderium sunt habentes et ideo etiam si in-
cipiant non diu perseuerant in operibus
dei Sed nisi se de antedictis sacri-
legiis abstineant / et nullam nequiciam
dyaboli pertulerint statim se penitet
ad deum ausos esse et machinamenta
dyaboli reliquisse et iterum reuertuntur
ad obseruaciones augurum voluti ta-
nes ad vomitum suum Vos vero et
quibus deus sapienciam contulit et veram
fidem dedit ita toto corde circumuen-
ciones dyaboli despicite fideliter vos
ad deum convertite / et quecumque vo-
luerit dyabolus vobis immittere pacien-
ter et fortiter tollerantis vt cum beato
Job dicere possetis Dominus dedit dominus
abstulit sicut domino placuit ita factum
est Similiter et cum apostolo paulo fir-
mo et integro corde dicatis Quis
nos separabit a caritate Christi tribulacio
an angustia an nuditas an gla-
dius an periculum Homines enim pagani
nec torquentur separantur a Christo tepi-
di vero et negligentes in dominum ociosis
fabulis separantur et si vel leve dispen-
dium pertulerint continuo scandalizantur
et contra deum murmurare presum-
unt et ad nephanda et ad detestanda

angunia credemit Sed forte dicet aliquis
Quid facimus eo quod angunia ipsa et ca-
ragi vel divinationes frequenter nobis
vera annunciant De hac re scriptura
vos contestatur et admonet dicens
Etiam si quando vera dixerint vobis nolite
eis credere Temptat enim vos dominus
deus vester utrum timeatis eum an
non Sed iterum dicis Aliquotiens si p-
cantatores non fuerint aut de morsu
serpentis aut de alia quilibet infirmi-
tate pene usque ad mortem periclitamur
Verum est fratres karissimi quod permittit hec
diabolus deus diabolo sicut iam supra dixi
ad probandum christianum ut cum inveniat
per illa sacrilegia aliqua remedia in in-
firmitate recipere et aliquod verum potue-
rint agnoscere facilius diabolo
postea credant Sed qui totam christianam
religionem desiderat custodire oportet
ut hec omnia tota animi virtute con-
tempnat timens illud quod ait apostolus
Galatas iiii° increpans Dies et
menses et tempora observatis timeo ne
forte causa laboraverim in vobis Ecce
apostolus dicit Quod qui augunia obser-
vaverit sine causa doctrinam eius
suscepit Et ideo quantum potestis et cum
ventores diabolo fugite Illud
ante omnia scitote fratres quod nec vos
nec eos qui ad vos pertinent nec a-
nimalia vestra nec aliquam substanciam
vestram vel in parvis rebus diabolus
possit ledere nisi quantum adeo potestatem
accipit quod nec sancti Iob facul-
tatem ausus fuit subvertere nisi
dominus permitteret Et sic in ewangelio
Mathei viii° legimus quando ab ho-
minibus expulsi sunt demones ro-
gaverunt ut vel in porcos recipi permitte-
rentur Considerate ergo fratres vos
si in porcos ausi non sunt intrare
demones nisi a deo permissionem ac-
ciperent quis ita erit infidelis ut
eos bonos christianos credat aut quid
posse ledere nisi deus sua dispe-
sacione permitteret Permittit autem hec deus

ex causis duabus aut ut nos probet si
boni sumus aut corrigat si peccatores sumus
qui dispensacione domini patienter tolle-
ravit et sic iterum dixi quando aliquis
perdidit dicit dominus dedit dominus
abstulit sicut domino placuit ita fac-
tum est Propterea deo per gratiam placuit
aut coronam accipiet si iustus est
aut indulgentiam si peccator est Et hoc
attendite fratres quia cum omnem substanciam
diabolus eruisset beato Iob non dixit
Iob dominus dedit diabolus abstulit
Vir enim sanctus noluit diabolo istam
gloriam dare ut aliquid potuisset tolle-
re quod dominus non permisisset auferre
Cum enim nec filios nec pecora nec
camelos nec asinos nec boves beato
Iob antequam dominus permitteret diabolus
ledere potuisset Quare credimus quod
christianus amplius faciat aliquid quod
deifico et sacrato indicto non diabolo
potestatem permiserit Et ideo certissime
credentes quod nichil possimus
pati nisi quantum nobis deus permittit
auferre toto corde ad illius maiestatem
carminis et sacrilegiis observacionibus
fideliter observantes de illius adiu-
torio semper presumamus Nam qui
precantatoribus malis et caragis et divinis
haruspicibus et aliis quibuslibet au-
guriis credidit et si ieiunet et si
oret et si iugiter ad ecclesias currat
et si largas elemosinas faciat et
corpus suum in omni afflictione
cruciaverit nichil enim proderit quod dum
illa sacrilegia non relinquit quia illa
impia sacrilegia observando ista omnia
bona perdit et evertit Et qui cum
hiis malis etiam aliqua bona exer-
cere voluit eis prodesse non poterit
quia verum est quod dixit apostolus ad
Galatas v° Modicum fermentum
totam massam corrumpit Et illud
I Corinthios x° Non potestis calicem
domini bibere et calicem demoniorum
non potestis participes mense domini
esse et mense demoniorum Et deus

In Evangelio vero Nemo potest duobus
dominis servire, perquirere nec arbores
sacrum dicunt vota reddere, nec ad fontem
orare si se volunt per dei gratiam de
eterno supplicio liberare. Et ideo quicumque
in agro suo aut in villa aut iuxta
villam aliquas arbores aut aras
vel quelibet vana habuerit ubi miseri
homines aliqua vota solent reddere
si eas non destruxerit atque succiderit
in illis sacrilegiis que ibi facta fuerint
sine dubio particeps erit. Nam et in-
qualis est quod quando arbores ille
ubi vota reddunt ceciderint, Ne-
mo ex illis lignis ad focum au-
fert. Et videte miseriam humani
generis arbori mortue honorem im-
pendunt et dei viventis precepta con-
temnunt. Ramos arboris non sunt
ausi mittere in focum, et seipsos per sac-
rilegium precipitant in infernum. Et ideo qui
hoc malum hucusque non observat
gaudeat et deo agat gratias, et fideliter
in bonis operibus perseverare conten-
dat. Cum non in istis diabolicis
rebus hucusque captivatus fuit se dia-
bolo tradidit toto corde penitentiam agat
et illa sacrilegia supradicta omni
honore fugiat et contempnat ut
illi deus indulgentiam dignetur
dare, et ad eternam beatitudinem hic
ob gloriam nominis sui faciat pervenire.
Et quia etiam hoc pervenit ad me
quod aliquis aut per simplicitatem aut per
ignorantiam aut, aut certe quod
plus credendum est per gulam de
illis sacrilegiis vel sacrificiis cibum
quem ad huc secundum paganorum
consuetudinem sumunt manducare, nec
timeat nec erubescit. Contestor vos
coram deo et angelis eius ac denun-
cio, ut nec ad illa diabolica convivia
que aut ad fanum ad fontes aut
ad aliquas arbores fiunt veniatis.
Et si vobis unde inde aliquid transmissum
fuerit tamquam si ipsum diabolum
videatis pro honestate et respuite
et ita repudiate ut nec in domum
vestram permittatis de illo sacrilegio
convivio aliquid exhiberi propter
illud apostoli Non potestis calicem
domini bibere, et calicem demoniorum.
Et quia solent aliqui dicere Ego
me signo et sic manduco, nullus
hoc facere presumat, qui sic est quasi
se signat, et aliquid de sacrilegio ci-
bo manducat, quasi se signat in ore
et gladium sibi mittat in pectore.
quia quomodo corpus gladio occiditur
ita illo cibo sacrilego anima necatur.
Sed credimus de dei misericordia, quia nos
agere que facta sunt inspirare dig-
nabitur, et numquam vobis nec in augu-
riis, nec in aliis que supradicta
sunt sacrilegiis observationibus vel
in divinationibus diabolus nequi-
ciam possit surripere, sed tota spe
vestram in deo posituri estis, ut num-
quam ad illa nephanda mala que
superius comprehensa sunt redeatis
prestante domino nostro ihesu christo
cui est honor et imperium in secula
seculorum Amen. Expositio
vocabulorum in vulgari

Divini vel divinatores id est ha-
dacze qui ventura ac eventus
fortunatos et preterita occulta et per va-
rias superstitionibus pronunciat. Pre-
cantatores id est zaklinacze albo le-
czowniczy ktorzy zaklinaiu albo
niemoczy lekuia. Augures vel
Arioli id est stonathye gusledniczy
ktorzy na posmathniech nyt-
stach gusla. Item karagi id est
narwaszcziczniarzi qui alligant
caracteres vel evangelia ve offe-
dantur. Item auspices dicuntur
qui horas et dies observant
excundi vel revertendi. Et

Sermo tercius de penitencia B.
Cognosti debent . Augustinus
duo rerum distincta negocia
i. quid aliud sit malum quam peccatum
admittere, quid sit bonum agere quam
penitenciam peccato commisso Hec est distinctio
utriusque Serpens in paradiso peccatum
parit eue . i. penitenciam reliquit, et
inde est boni mali ve origo Quis
adeo dignior quam dauid, et tamen
deliquit cecidisse autem me si non
fuisset corripiendus, concepit peccatorum
delicti dolorem et si non penitue-
rit parit sibi mortem. primo quam an-
tequam prodeat ex utero dolor est ma-
tri postquam vero editus fuit venit
matri gaudium Peccatum vero conceptum
peccatum est coluber . et in precordiis
hominis parit mortem . nisi fuit peni-
tudine expiata peccata concepto Ser-
pens in precordiis latens conformatum
venenum spirat luctiferum generat mor-
bum Cum peccatum parit in iudicium
cadit, et si neglexerit in ipso mane-
bit Natum primum mulier placat Na-
tum vero peccatum facit excecatum matrem
eundem Peccati vero pater et mater
est, venter incontinens et libido
captus ex utroque dicitur prodigus
et perfusus Peccati princeps est sicut
aspis in adam subintrauit dolo,
et fecit eum inter ligna paradisi
latere confusum Vocauit eum
dominus non matutina sed vesper-
tina voce . i. lucifera dicens,
Adam ubi es Et quid ille vocem
tuam inquit audiui et timui eo quod
nudus sum et abscondi me . Ti-
mui quare eo quod nudus sum et eu
bui Et quid ergo expulsus est pro-
pter peccatum renouantur filii penitenciam
Nam quod peccatum claudit penitencia
reseruauit et digno precipitauit iam
peccatores releuabit Cum non penitet
modo mundus remanebit in umbra
mortis Cum vero timet deum per penitenciam illu-
stratur O penitencia que peccata misericordie dei
remittit paradisum reserat hominem ex
contritum sanat, et tristem ex exhilarat
, vitam demum renouat, statum resta-
urat, honorem et fiduciam reformat
, graciam ex habundancia refundit O pe-
nitencia quid de te nomine referam Omnia
ligata tu soluis, omnia soluta tu fir-
mas, omnia aduersa tu mitigas, O-
mnia contrita tu sanas, omnia confusa
tu lucidas, omnia desperata tu animas
O penitencia rutilancior auro splendidior
sole, quam non vincit peccatum, nec defec-
tio superat, nec desperatio delet Pe-
nitencia respuit auariciam, horret
luxuriam fugit furorem firmat
amorem calcat superbiam, linguam
continet, componit mores, odit ma-
liciam, excludit inuidiam Perfecta
penitencia cogit peccatorem omnia libenter
sufferre, si violentus querat quis
non vetat, si vestem demit non
fugit percutiendo maxillam prebet
alteram, iam angariatus ultro adicit
castigatus gracias agit, pronocatus
tacet, exasperatus blanditur superiori
supplex est inferiori subiacet in corde
eius contritio, in ore confessio, in ope-
re tota humilitas Hec est fructifera
et perfecta penitudo sic penitenti
presto est deus esurienti nutrimentum
est, sicienti potus est sapienti quod
stultum putatur sapit quod triste
est placet quod molle est displicet
quod fluxum est horret O penitencia
mira mire et insita virtutum magistra
verba tua quibus resoluis sacrificiis
delinquentibus lapsos releuas re-
creas desperatos, per te nobis christus
regnum celorum appropinquatum sit dicens

Penitentiam agite appropinquabit regnum
celorum. Per te petrus apostolus postquam
ter dominum negavit data est indul-
gentia dextera / per te filius prodigus
regressus ad patrem non solum am-
plexum osculum que paternum / sed
epulum etiam vituli saginati ve-
stem que insignem adipisci meruit
per te ninive civitas magna pluris
que integer barbarorum subito dominum
sapuit / virtutem tuam sensit / dolorem
tuum accepit / saporem tuum sumpsit
/ dulcedinem tuam gustavit / cili-
cium tuum contraxit / cinerem tuum
comedit / ieiunium tuum protraxit / lacri-
mas tuas perfudit gemitum tuum
suspirium que persensit / fructus que vo-
tatis tue habundanter exhibuit
Et sic opera tua non solum decrete
mortis discrimen evasit sed etiam
vite incognite coronam accepit /
Cuius similitudinem penitentiam compare
Sic est quod ager fructifer ut
vinea fecunda / aut etiam arbor
fructifera fructus eius edit iussi-
one prorumpit[?] Hec sunt verba
eius Domine ante te omne deside-
rium meum et gemitus meus a te non
est absconditus. Clamo clamore
meum suspirium que intellige pauca[?]
solicitat me / pondus conscientie
mee deprimit / non est spes michi
vivendi / iudicium tuum vereor deus
/ et penas tuas tuas paratas impiis
Audi me obsecro nisi dominum tempus
est / remitte quod timeo dele quod
vereor priusquam abeam / et amplius
Tali animo penitenti remissio
datur / et vita donatur nec reus
decedit a domino absolvendum. Reme-
go times penitentiam. O homo sine
qua non est vivere / nec deo placere
Vallis est remotis fletibus di-
stricta que dicitur Josophat in qua
iudex celestis populos distribuit / et
omnes gentes examinat quas dispo-
nit in convallem / fletus est vallis / hec
propter iudicium quod metuenda. Sed
propter penitentiam exoptanda publica et se-
creta est / publica est defunctis iudi-
cii ad penam. Secreta est propter salu-
bris penitentie lacrimas. Et david dicit
fuerunt michi lacrime mee panes
die ac nocte et poculum meum
cum fletu miscebam. Tamquam
si diceret. Suscipe domine lacrimas
meas quia lacrime sunt que vadunt
in deum et sanat vulnera lacrime sunt
que penitentiam armant / et indulgen-
tiam provocant lacrime sunt que ce-
lum pulsantes tonitrua delent et
conscientiam designant. Sonant more
penitentie et verba movent in pectore
pietatis veniam / et impletur ca-
put aqua tunc fiunt oculi irri-
gantur gene decurrunt rivuli et
deus indulgentie mente exhilarat
lacrime sunt que reconciliant dominum
apertis reddunt animam / et sanant
languores eius sordetem anime
vestem lacrime lavant et dat illi
remissionem. Nam sicut anceps avium
aut visco aut rethi in grumo ago
raptum tenet passerem / et iam in pa-
rvotilissima funiculo ligatum tenet
/ et quam laxe dimittit de manu pen-
dens et liberam volandi facultatem.
At ille avidus ad volandum e-
napsum que putans alas altiora
petit. Sed iste funiculum suum tenens
restringit cum voluit et ad se re-
trahit spe volandi et vivendi de-
ceptum. Ita diabolus versutus vena-
tur per spem presumptionis et laqueo
suo deceptum implicat hominem
qui semel cepit vult quod

abeo euellitur, sed vinculum velox ve-
nator tenet revocat captum semel
in laqueo pro revolutus perimit Et
quia vinculum ipsum fixum non est
ac facile potest dirumpi, sed despera-
tio et dilacio damna facit ut robu-
stum fiat, et non cito rumpatur Sed
quod enim dixi aut rigidus obicit vigi-
lancia vincit et penitudine pupil-
latur omnibus mollitur fletibus quibus re-
solvitur Et ideo frange languida con-
tine languores compone vicia vince vir-
tute dilige sanctitatem sequere per-
missa mala loquentis dampna et
plena est pena tua que per ...
promebitur in indulgentiam etc.

Sermo quintus de ira S. A.

Dies isti quos agimus in obsecra-
tione xl.me commonet nos de
fraterna concordia loqui vobis ut quis-
cumque habet adversus aliquem hominem
querelam finiat et finiatur Nolite
ista contempnere fratres mei cum enim
vita mortalis et fragilis que in
tot crebras temptationes pulsatur
periclitatur, et orat ne submergatur
non potest esse in quoquam iusto sine
qualibuscumque peccatis unum est re-
medium per quod vivere possimus
quia docuit nos magister ut in oratione
Dimitte nobis debita nostra Pac-
tum et placitum cum deo fecimus et
conditionem solvendi debiti et tantum
subscripsimus Dimitte nobis plena
fiducia petimus, si et nos dimittimus
si autem non dimittimus, dimitti no-
bis peccata non putemus, ne nos
ipsos fallamus homo se non fal-
lit, deus neminem fallit Huma-
num est irasci sed utinam et hoc
humane possimus, humanum est irasci
sed non debet iracundia tua na-
tos surculos crebris suspicio-
nibus irrigare, et ad trabem odii
pervenire Aliud est ira, et aliud
odium Sepe etiam et pater irascitur
filio, sed non odit filium irascitur, ut
corrigat, sed propterea irascitur ut corri-
gat amando Irascitur propterea dictum
est, festuca in oculo fratris tui vides
culpas iram in alio, et tenes odium
in te ipso in comparatione odii ira festu-
ca est Sed festucam si nutriens trabs
erit Si evellas et proicias nichil
erit Si advertistis beati Iohannis
dictum, cum epistola legeretur eius debuit
nos terrere sententiam Ait enim tene-
bre fuerunt lux non iam lucet, de-
inde secutus adiunxit Qui se dicit
in luce esse et fratrem suum odit
in tenebris est usque adhuc Sed
forte tales tenebras homo esse putet
quales patiuntur in carceribus inclusi
utinam tales essent et tamen nemo vult
esse in his autem carceris tenebris
possunt includi et innocentes In
talibus enim tenebris sunt inclusi
martires Vndique tenebre fu-
debant, et lux fulgebat in cordibus
eorum In illis carceris tenebris oculis
non videbant sed amore fraternitatis
deum videbant Vultis scire qua-
les sunt iste tenebre De quibus
dictum est Qui odit fratrem suum
in tenebris est usque adhuc In alio
loco dicit Qui odit fratrem suum homi-
cida est, Ergo qui odit fratrem suum
ambulat exit intrat incedit nullis
cathenis oneratus, nullo carcere
inclusus reatu tamen inclusus est
ligatus est Nolo enim sine carcere
putare esse Carcer eius cor eius
est Cum audis qui odit fratrem
suum in tenebris est, usque adhuc, ne
forte contempnas tales tenebras
adiungit dicens Qui odit fratrem
suum homicida est Odis fratrem
tuum et securus ambulas, et con-
cordare non vis Non cognoscis
quare spacium dedit deus Ecce
iam homicida es et adhuc vivis
Si deum iratum habes, cum odio
fratris subito rapieris Parcit tibi deus

Parce tu et concorda cum fratre tuo / aut
forte tu vis et ille non volt · sufficit
tibi hec unde doleas te voluisti Dic
si vis concordare · et ille non volt pre
cantus Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus
forte peccasti in illo vis concordare
cum illo · vis et dicere, frater ignosce
michi quia peccavi in te · ille non
volt ignoscere debitum quod ei debes
non volt dimittere tibi, ipse observet quid
habeat oracione quando venturus est · qui
tibi dimittere noluit. Primum cum pec
casti, quando venturus est qui dic
turus est Pater noster qui es in celis
dicat accedat Sanctificetur nomen
tuum · Ad hunc dicat Adveniat re
gnum tuum · Regnare fiat voluntas
tua sicut in celo et in terra Ad hunc
amborum panem nostrum cottidianum
da nobis Dixisti quod sequitur Ne
forte velis transscendere / et aliud
dicere Non est quod transire possis /
ibi te teneris Dic ergo et vere dic
/ aut si in illud peccatum habes Unde
dicas Dimitte nobis debita nostra
Noli dicere · et ubi est illud · quod idem
apostolus dixisti Si dixerimus quia peccatum
non habemus / nosmetipsos seducimus
et veritas in nobis non est Si ante
nos mordet te conscientia fragilitatis et
in hoc seculo ubi habundat iniqui
tates Dic ergo Dimitte nobis debi
ta nostra Sed quid sequitur vide No
luisti enim dimittere fratri tuo et dictu
rus es, sicut et nos dimittimus de
bitoribus nostris, an non es dicturus
si non es dicturus nichil es accepturus
si autem es dicturus / nichil es accep
turus Ergo dic et vere quod dic
turus es vere qui fratri tuo noluisti
relaxare peccatum Iterum ad memoriam mo
te consulo Quisquis sic tamen es
qui dixisti fratri tuo dimitte michi
/ quia in te peccavi si dixisti in corde
/ ex toto si vera caritate humilitate non
ficta caritate quod deus videt Unde
dixisti / sed ille noluit tibi dimittere
/ noli esse sollicitus / servi est ambo

/ ambo habetis dominum conservo tuo de
/ noluit tibi dimittere interpella ambo
rum dominum / quia si dimisit dominus si
petit exigat servus Proinde omnibus
dico viris et feminis maioribus et mi
noribus laicis et clericis Dico et mi
chi ipsi Omnes audiamus omnes timea
mus si peccamus in fratres nostros / si ad
hunc indutias vivendi accepimus
non ideo morimur / ad hunc enim vivi
mus non dum dampnati sumus Fa
ciamus quod iubet pater faciamus
qui erit iudex deus et petamus
veniam a fratribus quos forte pecca
do in eos aliquid offendimus aliquid
lesimus Sermo unus quod Christianum opor
tet facere etc

Rogo vos fratres karissimi ut attentius
cogitemus quale Christiani sumus
/ et crucem in fronte portamus Christi
Scire enim debemus · quia non nobis
sufficit / quod Christianum nomen accepimus
si opera Christiana non facimus Sicut
ipse dominus in Evangelio ait Quid
prodest quod dicitis michi domine
/ et non facitis que dico de cruce
Si te milite Christiano dicis et signis
te cruce signas · et elemosinas secundum
vires tuas non facis / caritatem et iusti
ciam et castitatem habere nolueris nichil
tibi prodesse poterit Christiani nomen · Ma
gna res est signum crucis Christi · et
ideo tamen de isto precioso signaculo
regia res preciosa signari debet Quid
enim prodest si de auro anulo signum
facias / et interius palleas intus re
cludas Quid prodest si signum Christi
in fronte et ore ponimus et intus
in anima crimina et peccata recondimus
Qui enim male cogitat Male lo
quitur male operatur si se emendare
noluit / quando se signat peccatum illius
non minuitur sed augetur Multi
enim dum ad furtum aut ad adulteri
um vadunt si pedem impegerint
signat se et tamen de malo opere non
revocat se / et nesciunt miseri quia
per signum crucis includit se demones

qui excludunt Item aut̃ dese tu
admonio vicia et peccata repellit et q̃d
bonum est cogitare sunt et implere
contendit iste signum centis labiis
suis apponit qui talia conatur a-
gere quia signum metuit accipere xpi
et quia scriptum est Non in sermone
est regnum dei sed in virtute, Et item
fides sine opibus mortua est Ut
nomen xpianus no ad iudicium sed
ad remedium / habeamus quitemus
nos ad opa bona, dum in ptate
nostra sunt remedia et ut hec di-
co auxiliante deo potestis imple-
re et xpi here et eos qui discor-
des sunt ad concordiam renotate
expaviscite Nolite falsum testimonium
dicere furtum nolite facere Ante
omnia sicut iam scriptum est sicut pre-
dictum est 2m vires vras elemo-
sinam pauperibus exhibere oblaciones
que in altari obsecrat offere Erube-
scere dz ho ydoneus si aliena ob-
latone communicat qui pnt oleum
quod ad lampades mittat exhibeat
Simbolum et oronem dominicam et ipsi
tenete et filiis ondite Sta nescit
qua fronte xpianum se dicat qui
paucos versiculos i simbolum et ora
tonem dominicam poirare dissimulat
filios quos in baptismo excipitis
scitote fideiussores vos pro ipsis ex
titisse et ideo tam illos qui ex vo
bis nati sunt quam illis quos de
fonte excepistis semper castigare
et corripe studeatis / ut caste iuste
et sobrie vivant Et ipsi vos ita
agite ut si vos filii vestri imitare
voluerint no vobiscum in ignem ar-
deant / sed simul apud vos ad premia
eterna perveniant Qui causas audi-
unt iuste iudicent / nec unquam
super innocentes accipiant / ne forte
dum acquirunt pecuniam perdant
animam suam Nemo ergo habeat iniustum
lucrum sine iusto dampno Ubi lu
crum ibi dampnum / lucrum in archa
dampnum in consciencia nullus se inebriet
/ nemo in convivio suo cogat aliud
amplius bibere quam oporteat / ne per
ebrietatem suam et illius animam
perdat Omnis die dominico ad ecclesiam
conveniste Si enim infelices iudei tan-
ta devotione celebrat sabbatum
ut in eo nulla terrena opa exerceat
quanto magis xpiani in die dominico
soli deo servire et pro anime sue sa-
lute ad ecclesiam debent convenire /
Quando ad ecclesiam convenitis pro
peccatis oratis Nolite rixas co
mitte / nolite rixas et scandala con-
citare Qui enim ad ecclesiam veniens
hec fecit ibi se litigando vulnerat
/ ubi se orando sanare potuit / In
ecclesia stantes nolite verbosari / sed
lectiones divinas pacienter audite
/ qui enim in ecclesia verbosari volunt
/ et pro se et pro aliis malam racionem
reddituri sunt domino dum verbum
nec ipsi audiunt / nec alios audire
permitterit Decimas de fructibus
vestris reddite ecclesiis / qui fuit
superbus sit humilis Qui erat adul
ter sit castus Qui solebat fure-
tum facere furtum et res alienas
invadere Etiam de propria substancia
incipiat pauperibus erogare Qui
fuit invidus sit benignus sit pa
ciens qui erat iracundus qui
fecit iniuriam cito veniam petat
/ cui iniuria facta est cito indulge-
at Quociens aliqua infirmitas
supervenit recurrat et sa
cramenta corporis et sanguinis christi ille qui egrotat accipiat
/ Oleum benedictum a presbiteris humiliter
petat atque fideliter / et inde corpus
suum ungat / et illud quod

scriptum est impleatur in eo. Infirmatur
aliquis vestrum inducat presbiteros ut
orent super eum ungentes eum oleo
et oratio fidei sanabit infirmum et al-
leviabit eum dominus et si in peccatis
sit dimittentur ei. Videte fratres
mei quia qui in infirmitate ad ecclesiam
curreret et corporis sanitatem recipere
et peccatorum indulgentiam merebitur
obtinere. Cum ergo duplicia bona
in ecclesia possimus invenire per
precantatores per fontes et arbores
et diabolica philacteria per caragos
aruspices et divinos et sortilegos mul-
tiplicia mala sibi miseri homines
conantur. Homines sic iam supra dixi-
est filios vestros et omnes filias vestras
ac familias admonete ipsi ut caste
iuste ac sobrie vivant nec solum
eos verbis sed etiam bonis exemplis
ad bona opera provocate. Ante omnia
ubicumque fueritis sive in domo sive in
itinere sive in convivio verba turpia
et luxuriosa nolite ex ore vestro pro-
ferre sed magis proximos vestros
vicinos admonete ut semper quod utile
bonum et honestum est loqui studeant
ne forte detrahendo vel male lo-
quendo. Et in sanctis festivitatibus cori-
as ducendo cantica luxuriosa et tur-
pia proferendo de lingua sua unde
debuerat deum laudare inde sibi
vulnera videantur infligere. Isti enim
infelices et miseri qui saltationes
ante ipsas basilicas sanctorum exercere
non metuunt vel erubescunt et si christia-
ni ad ecclesiam veniunt ad ecclesiam pa-
gani ad domum revertuntur. Quia ista
consuetudo ballandi de paganorum ob-
servatione remansit. Videte qualis
est ille christianus qui ad ecclesiam venit
orare et neglecta oratione sacrilega pa-
ganorum non erubescit ex ore proferre.
Considerate tamen fratres karissimi si iustum
est ut ex ore christiano ubi corpus christi
ingredi luxuriosum verbum vel canticum

quasi venenum diaboli proferatur.
Ante omnia quicumque non vultis vos
inulli fecistis qui vere si implere vo-
luerit ab omni peccato poterit suas
liberare animas. Ceterum qui litteras
non novit istas duas summas memo-
riter teneat et cum dei adiutorio opi-
bus et potest et debet implere. Et licet
credam quod ille infelix consuetudo
que de paganorum observatione propha-
na remansit iam nobis castigan-
tibus de locis istis fuit deo inspi-
rante sublata tamen si adhuc co-
gnoscatis aliquos illam sordidissimam
turpitudinem de hinnicula vel cervula
exercere ita durissime castigate ut
eos peniteat rem sacrilegam commi-
sisse. Et si aliquando luna obscuratur
adhuc cognoscitis aliquos clamare
et ipsos admonete denunciantes eis
quod grave peccatum sibi faciunt quando
luna deo iubente certis temporibus obscu-
ratur clamoribus suis aut male-
ficiis sacrilego usu se defendere posse
confidunt. Et si videtis aliquos aut
ad fontes aut ad arbores vota red-
dere et sicut iam dictum est caragos
aut divinos aut precantatores inquirere
philacteria diabolica caracteres aut
herbas vel similia sibi aut suis
appendere durissime tanta peccata cor-
ripientes eis dicite quia quicumque
fecerit hoc malum perdit sacramentum
baptismi. Et quia audivimus aliquos vi-
ros aut mulieres quos ita diabolus
circumvenit ut feria quinta servili opera
non faciat nec mulieres lane officium
exerceant coram deo et angelis suis
contestamur quia quicumque hoc observa-
re voluerit nisi prolixa et dura peni-
tentia grave sacrilegium emendaverit ubi
arsurus est diabolus ibi et damnandi
sunt. Isti enim infelices et miseri qui
honorem Iovis quinta feria opera non
faciunt non dubito quod ipsa die dominico
facere non erubescunt nec metuunt. Et
ideo quoscumque tales inveneritis durissime
castigate et si se emendare noluerint
nec ad convivium nec ad colloquium vestrum ac-

pervenire permittat. Si non ad vos
pervenient etiam flagellis credite. ut
vel plagam corporis timeat qui de
anime sue salute non cogitant. Vos
enim fratres karissimi cogitaciones pericul[o]-
rum pia sollicitudine admonemus
si nos libenter auditis et nobis facitis
gaudium, et vos feliciter pervenitis
ad regnum etc.

Sermo sextus
Exposicio De decimis

Prope fratres iam prope sunt dies
in quibus messes colliguntur
et ideo gracias agentes deo qui dedit
de offerendis immo de reddendis de-
cimis cogitemus. Deus enim noster
qui dignatus est totum dare de-
cimam a nobis dignatur repetere,
non sibi sed nobis procul dubio profu-
turam. Sic enim ipse per prophetam pro-
misit dicens. Inferte inquit omnes
decimas in horrea mea, ut cibus
sit in domo mea et probate me in
his dicit dominus si non aperuero
nobis cataractas celi et dedero nobis
fructus usque ad habundanciam. Et-
te probamus, quid nobis decimare
maxime proficiat. O homines stulti
quid mali imperat deus, ut non mere-
atur audiri. Si enim dicit primicias
aree tue et torcularis non tardabis
michi offerre si tardas peccatum est, quanto
peius est non dedisse, et iterum dicit
Honora dominum de tuis iustis laboribus et de tuis
[...] laboribus et delibare ei de fructibus
iusticie, ut impleantur horrea tua fru-
mento vino et torcularia tua redun-
dent. Non prestas hoc gratis quod
cito recipias cum magno fenore. Que-
ris forte cui proficiat, quod deus reci-
piat redditurus. Immo iterum cui pro-
ficiat, quod pauperibus datur. Si credis
tibi proficiat. Si dubitas perdidisti. Itaque
decime fratres carissimi tributa sunt ege-
ncium animarum. Redde ergo tributa paupe-
ribus. Offer libamina sacerdotibus. Et
si decimas fructuum terrenorum, unde
decimas expetit. unde primis demi

ad decimas i. ad priorem dignitatem quam decima prius ante fuit
vel ad decimas i. ad bonorum tuorum diminucionem usque ad decimas

licia de tegorio, de artificio redde
decimas. Redde aliud pro te tua opera
deperdimus, aliud per opinionem inte
pessimis. Redde ergo homo quem
possides redde ergo quia nasci meruisti
Sic enim dicit dominus. Dabunt fructus
mare suam vendemiam deo, et non
erunt in eis morbi neque capitis [...]
hec in scripturis sacris sermone domi-
ni per quam et promisit, quod si dederis
decimas non solum habundanciam
fructuum capies. Sed eciam sani-
tate corporis consequeris. Replebuntur
inquit aree tue frumento, vino
et torcularia tua redundabunt
et non erunt in eis morbi neque capitis.
Cum enim dando decimas et ter-
rena atque celestia munera promereri
renuit parsimoniam duplici bene dic-
tione te fraudas. Audi ergo inde
non veniat mortalitas nostri quod deci-
mus tuncta que precepisti, et de-
ns non accomodas rectum omnium creatori.
Non eget dominus deus, non premium
postulat sed honorem. Nichil tuo aquo
exigat. qui reddat primicias rerum
et divicias petit et negas amare
Quid facies si non omnibus sibi partibus
partes decimas religuisset, quod certe
factum est iam messis tua ieiunia
defecit, unicam tuam gratum fructus
sit aut prima detexit, quid enim

parce pruta

respondebitur, none et partes retinat-
te sunt, quod decimas dare noluisti
constat quid quod ipse non dedis. Sed
tamen deus exigit, hec est domini in-
stissima consuetudo utique si illi tu de-
cimas non dedis, tu ad decimam
revocis. Scriptum est enim hec dicit
dominus deus quia decimas agri mei
et primicias aree mee nobiscum video
et fallare me existimatis viris mihe-
zanis sinus erit dirempcio aree dabis
impio militi quod non vis dare sacer-
doti. Conveniunt quoque ad hunc dicit
dominus omnipotens. Ut aperiam nobis
cataractas celi et effundam nobis
benediccionem meam desuper, ut non nobis

terre impediant fruges terre neque lan-
guebit vitis in agro suo, et beatos
nos dicent omnes gentes benefacere.
Semper deus paratus est. Sed homi-
num malitia prohibentur. Omnia adeo
sibi volunt dari omnia et nolunt
ei bona que possident inducuntur
afferre. Secundum si dicit deus. Nempe
meus es homo quem feci, mea est
terra quam colis, mea sunt semina
que spargis, mea animalia que
fatigas, mei sunt imbres et plu-
vie, et ventorum flatus mei sunt.
meus est et calor solis, et cum omnia
mea sunt elementa vivendi, tu qui
minus accomodas solam decimam
mereberis. Sed quod pie pascit nos
semper deus amplius tribuit nobis
laborando mittet sibi tantum deci-
mam reddentibus nobis ex condonat.
Intra se fraudatus o perfide dimit-
te vocem quomodo. Ecce iam annus
finitus est. Redde domino per lucri
nichil. Redime te homo dum
vivis. redime te dum potes, re-
dime te in quantum dum pretium in ma-
nibus habes, redime te ne dum
mors amara preveniat, et vitam et
pretium simul perdas. Sine causa hec
dimittis uxori, que forsitan aliud
habebit maritum. Sine causa hoc
marito dimittit mulier, qui aliam
sine mora cupit habere uxorem. Fren-
sua parentibus atque propinquis immit-
te. Nemo post mortem tuam fi-
delis redimet, quia in vita tua
te redimere noluisti. Depone iam
avaritie sarcinam ceruicibus tuis, eo
tempore crudelissimam dominam
que dum te iugo crudelissimo
premit, iugum Christi suave te susci-
pere non permittit. Ut enim cupidi
avaritie in infernum pervenire, ita iugum
Christi in celum levare consuevit.
Debitrice enim ex debito acquirunt
et qui eas dare nolunt res alienas
invasit. Et quando pauperes in locis

ubi ipse habitat illi decimas non date
fame mortui fuerint tantorum homi-
cida reus ante tribunal eterni iudicis
apparebit, quia rem adeo pauperibus
dedicatam sibi propriis usibus vendicavit.
Secundum ergo sibi aut primum comparare
aut indulgentiam dependerat pretorum
provincie redditis decimis, etiam de
bonis nove partibus studeat elemo-
sinam dare. Ita tamen ut quilibet
excepto victu mediocri, et vestitu ra-
tionabili superfuit, non luxurie reser-
vetur in thezauro celesti per elemo-
sinam pauperi reponatur. Quidquid
enim nobis deus plusquam opus est dedit
non nobis specialiter dedit, sed per nos aliis
erogandum transmittit. Non dedimus
res alienas invasimus. Et quia natale
tale sancti Johannis baptiste cum
gaudio cupimus celebrare, sicud
et reliquis festivitatibus supervenien-
tibus ita et in inventute ista precordio
solempnitate honestate omnes stu-
deant. Ut festivitate illam cum gau-
dio possent celebrare, et ad altare
dei cum libera et sincera consciencia
mereantur accedere. Hoc enim deprecor
et per tremendum diem iudicii vos
adiuro, ut omnes vicinos vestros, omnes
familias vestras, et cunctos ad vos
pertinentes admoneatis, et cum zelo
dei severissime castigetis, nullus in fe-
stivitate sancti Johannis baptiste
in fontibus, aut in paludibus
aut in fluminibus nocturnis aut in ma-
tutinis horis lavari presumant
quia ista infelix consuetudo de pa-
ganorum observatione remansit. Sed
enim non solum anime, sed quod peius
est etiam corpora frequentissime
in illa sacrilega lotione moriantur
vel corporis mente morte timeat
qui de anime sue salute non cogi-
tant. Sed credimus de domino ma-
gis castigantibus nobis aut pauci
aut forte nullus hoc malum. Reliquo

andebit admittere. Hoc etiam admoneo fratres ut tantum turpia et luxuriosa castitati et honestati inimica familie vestre ex ore non proferantur, quia non est iustum ut de illo ore, ubi eukaristia Christi ingreditur, taliter luxuriosum et amatorium proferatur. Hec enim si secundum consuetudinem verum libenter audiatis, et Christo ampliante implere contendatis, et hoc in sclo sacratorum solempnitatem mundo corde et casto tanti gaudio celebretis et in futuro ad ipsorum sanctorum consortium feliciter pervenietis.

Sermo septimus De penitentia

Evangelium lectio fratres cum tunc legeretur audivimus penitentiam inquit agite appropinquabit enim regnum celorum. Regnum enim celorum est populus [illegible] tormentorum bonarum ac malarum, ut arbitror omnium esse causarum constat convenientium itaque enim in confessione peccati et ante iudicium omnes anime castigemus errores. Ad periculum enim pertinet si vestras qualiter emendatione curare peccatum preceptum tamen nos causas negligentie intelligimus penitentiam agere debemus. Agnoscamus dilectissimi quanta erga nos sit dei pietas ut ad emissionem criminis culpas ante iudicium velimus satisfactione componi nam ideo semper iustus iudex admonitionem premittit ne quemquam ius severitatis exerceat, non abre est dilectissimi quod a nobis deus ne fontes exigit lacrimarum, ut quod negligentia perdidit penitentia reparet. Sciat enim deus non nos semper hominis integre stare corpus lumen frequenter peccare corpore aut vacillare sermone. Ideo viam penitentie ostendit per quam possit destructa corrigere et lapsa reparare. Sciamus itaque homo de venia de spirituali semper de culpa, quamvis ante multis vulneribus conditio humana laborat tamen nec desperet quia deus satis largus est ita omnibus languidos, unde sua bona libenter impendit. Sed forte dicet quis: Non se scire ut plangat recurrat unusquisque ad conscientiam suam et inveniet in pectore suo quid inspellare quod peccatum plangat, unius cordis plaga alter corporis laborat iniuria, unum dominatur superbia alium dehonestat dampnosa luxuria, unum deturpat ebrietas alterum inflammat cupiditas, unum arguit falsitas, alium per avaritiam accusat aliena paupertas, unius per effusionem sanguinis humani manus polluitur, alter vilissime mulieris amoribus sordidatur. Ad has tantas et pro pene sine metu sine corporis plagas quod non est qui ingemiscat, nec qui domino supplices lacrimas fundat. Nemo erubescat deo afferre vulnera sua. Numquam ad remedium provenit qui curari erubescit. omnes egritudines alie facilies sunt, alie difficiliores. Nullum grave genus infirmitatum est quam aliquem morbo suos nolle confiteri. Docet hoc littere sacre. Nullus qui quesivit remedium perit. Nulla qui contempsit evasit. Scriptura post triduum ruminatam civitas [illegible] nisi ad penitentiam confugisset quod enim propheta ait Adhuc triduo ninivem subvertetur et verbum pervenit ad regem ninive et surrexit de sede sua, et deposuit vestimenta sua a se, et operuit se cilicio et sedit super cinerem. [illegible] satisfactio dilectissimi deposuit vestimenta a se regalia et operuit se cilicio. Maluit enim in cilicio evadere quam in purpura

xvi

pire. Ubi autem erat illa regis sublimitas ut euaderet penam superbie confugit ad auxilium humilitatis, ut intelligamus dilectissimi plus esse humilitatem quam potestatem. Tenent enim niniuite regnum interisset nisi prima patrona seruasset. Sed ad hec additur in illa niniuite satisfactione et infantes simul et animalia ieiunassent. Sed tur pueruli ieiunauerunt qui nichil mali fecerant, ieiunabat utique innocentes ut euaderent peccatores, clamabat populus ut senior non periret. Si enim infantium ieiunium fuerat acceptum tur etiam peccatorum et innocentes utique ut primam hominum etiam sanies probaret aliud ut ingientes ad dominum in grauitate, quod ab hominibus commissum fuerat ab hominibus solueretur. Ita et nos fratres karissimi consentientibus animis, et conspirati fide clamemus ad dominum deum nostrum. Illi clamabant, postquam offenderant, nos clamemus ne offendamus. Illi clamabant etiam propter reatum, nos clamemus ne rei simus. Beatus dilectissimi timor est sinus per flagello, quem non pena corrigat, sed disciplina in quem tormenta patitur qui timet, ne aliquando patiatur. Sed dicit forte aliquis in populo tur timeam tamen qui nichil mali feci. Audite hoc Johannem apostolum predicantem: Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Nemo ergo seducat vos dilectissimi. pessimum genus est peccati non intelligi peccatum. Omnes quidem agnoscentes crimina sua reconciliari deo per primam possunt. Nullus magis de peccatis peccatoribus plangi dignus est, quam qui putat se non habere quod plangat. Multa enim genera delictorum dilectissimi, et horum quidem periculosa, quedam leniora esse credimus. Illa sunt magis noxia que aliqui bis dat estimant non esse peccata. Nullum enim malum facilius decipit, quam quod non intelligitur malum esse. Ita quod ergo nunc non dico de homicidiis non de adulteriis non de malis persuasionibus. Absit enim ut christianorum aliquis hoc admittat, aut si forte admisit credidisse et commisisse statim plangat. Sed de illis utique loquor que minora multo ac leniora credimus. Quid enim nostrum dilectissimi, que obiectatio non polluit, vel ambitio non rapuerit, quem inuidia non excepit vel cupiditas non incendit, vel auaricia non vulnerauit. Unde admoneo vos fratres dilectissimi ut inter quod scriptum humiliemini vos sub illa potentissima manu dei, et quia nullus est sine peccato nullus sit sine satisfactione, quia hoc ipso quisque innocens non est si se innocentem presumpsit, plus quis culpe indicis esse. Sed inculpabilis nemo est differentia quod est nil reos, sed nemo est immunis a reatu et ideo dilectissimi qui grauius non offenderunt fidelibus grauius petant, qui autem animalis actoribus polluti, sunt orent ne polluantur pietate diuina

nro ihu xpo qui cum patre et spi
tu sancto viuit in secula seculorum amen

Sermo octauus De iudicio fratrum

Audiuimus euangelium dicentem
fratres carissimi Nolite iudica
re et non iudicemini Verum est hoc
fratres. tamen ipse dominus in loco alio eu
angelium dixit Nolite secundum faciem
iudicare. sed iustum iudicium iudica
te, non enim ibi diuina lectio contraria
est, sed intellectum sobrium querit in co
uersacione humana fratres carissimi
dilectissimi sunt aliqua conabile
reprehendunt, sunt autem quedam que
non sine peccato non iudicantur. Aperta
enim mala et iudicari et argui de
bent Illa uero que ignoramus utrum
bono uel malo fiant, iudicare
penitus non debemus, verbi gratia Vides
fratrem ieiunantem congaude, et
noli nimis laudare, quia potest pro deo et
pro anime remedio ieiunare Vidisti
et alium in dicto pro ieiunio uel
prandere cum dilectione Si dixit se
pro stomachi lassitudine ieiunare
non posse crede et noli iudicare
, quia utrumque potest fieri, ut et pro gula
et uel pro luxuria prandere uelit et
pro infirmitate ieiunare non possit, Vi
disti iterum aliquem subditis suis cum
seueritate disciplinam imponere, et indul
genciam tardius dare Nolite eum
iudicare crudelem, quia forsitan hic non
facit morbo iracundie, sed zelo disci
pline et amore iusticie, contra id quod scrip
tum est, Zelus domus tue comedit me
Forte aliquis vicinus uel alius tuus
tamen aliquam fuit hic in rebus satis sibi ne
cessariis occupatum tardius te salu
tabit, aut tardius occurrit quam debuit
noli eum iudicare malignum crede
, sed magis hoc aut per obliuionem aut per ne
gligenciam sine per despectum uel superbiam
fecisse crede, quia forte hoc et tibi eue
niret. qui rebus aliis nimis intentus
in aliis minus cautus, aliquando minus sollicitus
esse videris, et tamen voluisti te ipsum
habere ab aliis malo iudicare In istis
igitur et similibus que utrum bono uel
malo animo fiant scire non possumus
melius est partem dexteram aliquam inuenire
declinemus, quia tollerabilius est nos in
hoc eos inuenire quam mali sunt ut
eos bonos esse credamus quam ex tem
peritudine iudicandi, cetera de bonis
quod malum est suspicemus, de ipsis
ergo rebus que sunt deo note et no
bis ignote periculose inter nos promos
iudicamus de ipsis enim dixit dominus No
lite iudicare ne iudicemini De illis
uero que aperta sunt. et pro certo mala
iudicare non redarguere cum caritate
et amore et possumus et debemus. odio
habentes non hominem sed peccatum, non vi
cium sed vitium detestantes potius
morbum quam egrotum Quod hac item
pertinet id est fratres carissimi, quod hodie
hac ipsa lectione euangelica audi
uimus Verum non vides festucam
in oculo fratris tui. trabem autem in oculo
tuo non vides Vidisti hominem irasci
noli continuo iudicare, sed expecta
paululum. forsitan quam cito irasci
, tam celeriter mitigatur Verum tamen
festucam quod trabs fecit in decamus
Subitanea iracundia, festuca est
illa uero que in longum tempus protrahitur
cum per odium falsis suspicionibus nu
tritur Trabs efficitur, cito ergo ira
sci et cito placari festuca Iracun
dia uero diu in corde seruata trabs
est, ergo iracundia inueterata conuertitur
in trabem Et quia forte iam quod odium in
corde iam iudicare presumit, in eius
oculo non trabem sed festucam cognoscit
Ita cordis oculum festuca turbat,
trabs excecat Quod dico fratres caris
simi scripturarum dictis testimonio approbare
, quando ira cordis oculum turbat Audi
ipsum tantum dicentem Turbatus est in ira
prima oculus meus Verum non hic odi
um oculum cordis excecat quod fratres
carissimi. euangelista dicit Iohannes
Qui inquit odit fratrem suum in tenebris

ambulat, et nescit quo vadit, quia
tenebre obcecaverunt oculos eius. Sed
in hoc quo per subitaneam iracun-
diam oculus cordis turbatur, per
odium lumen cordis extinguitur. Hec
enim fratres carissimi si diligenter
sec(um) credimus consideratis, et cum grã-
di solicitudine deo donante obs(er)-
vare volumus, non de proprio pecto
cum auxilio liberamur. Maxima
enim pars generis humani in discre-
to iudicio ad reprehendendum prom-
pta et parata esse probatur cum tamen
non ita se vellet ab aliis videri
quando vult alios iudicare, pro
hac re scriptura divina admo-
net dicens. Prius quam interroges
ne vituperes quemquam, et cum interro-
gaveris corripe iuste. Omnis homo
prius se vult interrogari, et post quam ca-
si reus est pacienter tollerat re-
prehendi. Et quicquid nobis ab ali-
is iniustum est, ut hoc in aliis stu-
deas implere, prius parcia interro-
gemus ut soluti simus, et cum aliquid
certius agnoverimus, tunc ante
si mala sunt reprehende, aut si bona
defendere valeamus propter illud
quod scriptum est. Omnia quecumque
vt faciant vobis homines, et vos
facite illis similiter. Hec est enim
lex et prophete. Et ideo toto nisu ad
dominum imploremus auxilium, ut ipse
nobis et veram discrecionem et perfectam
caritatem prestare pro sua pietate di-
gnetur. Cui honor et imperium
cum patre et spiritu sancto in secula
seculorum. Amen. Sermo
Romus De divite et paupere

Audivit fratres vestras karitas et me-
cum ut arbitror tota mentis
intencione perspexit opulenciam
divitis, indigenciam mendicantis
vnum cibis estuantem, alium fa-
me deficientem. Ambo quidem ho-
mines, ambo carnales ambo morta-
les, sed non ambo equales, natura
vna sed vita non vna, in illo

conditor inmunis a condicione mortis
terrene vnius epulatur splendide, et aliter
in penis, et in pennariis sordescebat
ille delicatus erat ad invectione ciborum
gaudebat, si cadent mice de mensa
eius expectabat. Audiat nunc di-
vites, qui nolunt esse misericordes au-
diant quia omnes lege vna nascimur
vna vivimus luce, vnum spiramus
aerem, vna quoque extinguimur morte
que si non intercedet, nec pauper ipse
duraret, hunc vlceribus eciam undique ia-
cens, lazarus ad habrae sinum por-
tat angelorum manibus, ecce dives re-
fectus et splendidus tartareo carcere
clauditur. Ubi est vestis illa bissina
vbi vita habundans et affluens co-
piis multis, non ne morte omnia
transeunt tamquam umbra. Nichil
intulimus in hunc mundum dicit apostolus
sed nec quicquam inde nobiscum tollimus
aut rapimus. Quid si aliquid tolle-
mus, nonne omnes honores voraremus
que est ista aviditas quam tiripie (?) ut ipse
belue habent modum, tunc enim rapi-
unt quando esuriunt, parcunt vero prede
cum satietatem senserint. Inexplebilis
est sola avaricia divitum, semper rapit,
et numquam satiatur, nec deum timet
nec hominem veretur, nec patrem parcit
nec matrem agnoscit, nec fratri temperat
nec amico fidem servat, viduam op-
primit pupilli rem invadit, liberos
in servitutem revocat testamentum
proferunt res mortui occupant quasi non
et ipsi qui hoc faciunt moriantur. Que
est ista ergo [avaricie] insania, amittere
vitam appetere mortem, acquirere aurum
et perdere celum, Sed quia nemo co-
gitat deum, ideo manet in morte
iudicium, inito dictum est diviti. Quia
recepisti bona in vita tua, et laza-
rus similiter mala, nunc autem hic conso-
latur, tu vero cruciaris. Audiat ista
divites, qui nolunt esse misericordes,
audiant irrogata supplicia eius qui

noluit erogare subsidia eis, audi-
ant pauperem refrigerantem, audiant
diuites penis grauioribus estua-
tem. Pater inquit abraham mitte
lazarum et intingat extremum digi-
ti sui in aquam ut refrigeret linguam
meam quia crucior in hac flamma.
At ille, memento inquit fili, quia recepi-
sti bona in vita tua et lazarus simili-
ter mala. Presentem pro diuitiis pene, pro
paupertate refrigerium, pro purpura flam-
ma, refectio pro mendicitate, ut salua
sit equitas. Et non mireris, mendicus
illius micas non (?) quia mensura igitur
mensi fueritis remetietur vobis. Pro
negata mica in penis diuiti qui e-
rogare pauperem non exaudiuit in
tris. Diues et pauper duo sunt con-
traria, sed duo sunt necessaria. Nullus
indigeret si diues supportaret ei, nec
laboraret inopia, si sic ambo mana-
rent. Diues propter pauperem factus
est, pauperis est orare, et diuitis
erogare. Dei est pro paruis magna
pensare de misericordia eius pena, magna
nascitur copia. Efficacissima est ad pau-
peres cito reddit donantibus fructum.
Via celi pauper est per quam venitur
ad patrem. Incipe ergo erogare, si
non vis erumpere, paruitionem tui quo-
es ligatus compedibus in hac vita terre-
ne, ut libere ad celum possis ascendere.
Abice abs te diuitiarum onera, abi-
ce vincula voluntatis, abice anxie-
tates et tedia que te pluribus ma-
nis inquietant. Da petenti ut ipse
posses accipere, tunc pauperi si non vis
in flamma exuri. Da in terra Christo
quod tibi reddat in celo. Obliuiscere quod
es, presens vita fragilis est, et in mor-
tem procliuis. Nemo potest stare, sed omnes
oportet transire volentes, immo inuiti
eximus, quia mali sumus, si autem
ante nos aliquid mittemus, non
ad inane hospitium veniemus. Quod
enim pauperi damus ante nos premittimus

quod autem rapimus hoc totum di-
mittimus. **Sermo decimus.**
De iudicio finali

Recogitemus fratres carissimi cir-
ca que facimus mala ut ni-
mis iudicis periti aduertimus sal-
tem studeamus bona facere. Unde
dominus in ewangelio dicit. Non omnis
qui dicit mihi domine domine intrabit in
regnum celorum. Sed qui facit vo-
luntatem patris mei intrabit in re-
gnum celorum. Hoc ergo fratres carissimi
cogitare debemus, quia in die
illa reddit deus unicuique secundum opera
sua. Homines bona, malis mala.
Bonos mittat in vitam eternam, ma-
los autem in ignem eternum. Ve homini
illi qui cum diabolo mansionem habebit
Beati nos qui istud regnum sine fine
habebit. Ista vita laboriosa cadu-
ca et fragilis, plena scandalis, in-
uidiosa quid aliud querit nisi man-
ducare bibere inebriari luxuriari
detractiones facere, etc. ubi demum
permanere ibi demus festinare fra-
tres nos peregrini sumus in hoc
mundo ad dominum qui fecit nos. Fra-
tres audistis quod dominus iudi-
care veniet, et peccatores mittet
in ignem eternum. Sicut in psalmo dicit.
Exurgat deus et dissipentur
inimici eius. Electus autem suis fuis
datum sit in illa die audiemus
Venite benedicti patris mei et iusti
regnabunt cum Christo sine fine. Sic
dicit scriptura. Et iusti epulentur
et exultent in conspectu dei. Et domine
nonne bonum semen seminasti in agro
tuo. Unde ergo mixtum est zizania.
Et ait illis inimicus homo hoc
fecit. Primum colligite zizaniam
et colligite per fasciculos ad comburendum.
Messis hoc est genus humanum
in consummatione seculi. Ad iudicium
congregabuntur zizania peccatores. Inimicus
homo diabolus, qui seminat peccata.
Messores sunt angeli qui eligunt
iustos, nec peccatores ligantes fasciculos

hoc est rapaces, cum rapacibus
adulteris, cum adulteris fornicato
res, cum fornicatoribus homicidas
cum homicidis avaros, cum avaris
iracundos, cum iracundis falsos testes
cum falsis testibus, maledictos, cum male
dicentibus fures, cum furibus, hii sunt
fasciculi ad comburendum. Triticum autem
congregate in horreum meum, id est iustos
in paradisum. Fratres carissimi, perpen
dite et timete, de tam
brevi sacietate et de tam longi
fame, de tam longis tenebris, et de
tam brevi luce. Dum tempus habemus
convertamur ad dominum qui fecit nos
ut non mereamur recidere in illas
tenebras set in luce. Quia omnis cuius
opera facit illius filius est. Si opera
dei facimus dei filii sumus, qui
nimis peccavimus cito emendare
debemus. Unde psalmista: Appone
iniquitatem super iniquitatem eorum
et non intrent in iusticiam tuam.
Confessionem quam cordis prius corde
a sacerdotibus donatam. Nolite re
condere iram in cordibus vestris. Quia
quamdiu iram portamus neque oratio
neque oblacio recipitur. Date ele
mosinam peregrinis et recipite in do
mibus vestris. Pedes lavate
et lectos ipsis parate. Dolentes con
solamini. Nolite despicere peregrinos
quia ipsi peregrini estis. Non contine
mini fratrem tuum in negocio quia
deus iustus iudex est. Pauperes vi
duas et orphanos nolite opprimere.
Nolite de rapinis elemosinas
facere. Tristatur qui perdit gaudet
qui acquirit, lucratur pecuniam
et perdit animam. Attendit quid
acquirit, et non attendit quid perdit.
Fratres ergo cum dei adiutorio dum tempus
habemus laboremus quatinus anima
lis penitentes aut per ieiunium
aut per elemosinas aut per vigilias
aut per orationes ad perpetuitatem
mereamur pervenire ad celestia regna
ubi est sacietas sine fame, ubi lux sine
tenebris. Iuventus sine senectute
requies sine labore, gaudium sine
fine. Ipse qui nos creavit adiuvet
ut ad celestia regna mereamur
pervenire. Amen. Sermo vii

Decimus. Sequitur de confessione

Confitemini domino quoniam bonus. Super
sanctis medela fraternis plurimis
gemendis et tamen admissi delicti op
tulit dominus qualiter iram dei placa
remus ostendit. Non vult peccatoribus
inferre vindictam, qui dare quaerit con
fitentibus veniam. Non vult irasci qui
prestitit vitam sanitati consulit qui me
dicinam vulneribus porrigit, misereri que
rit et cupit, qui reos consilio salutis
et utilitatis remedia prestat, ceterum
puniri non vult, qui ad hoc provo
cat ut rogetur. Placari vult enim abo
leri offensam si qui offendit dampna
verit culpam, vult ut confessione
iam vincat qui precepta contempsit
ut pereat. Et cui peccatum attulit mor
tem, ei confessio afferat sanitatem.
Confessio enim penam monstrat
pena satisfactionem ostendat, satisfactio
veniam sibi divina pietate reconciliat.
Nec enim potest indulgenciam habere,
nisi ira dei possit confessione pla
cari. O venerenda pietas dei pecca
minus et parcit delinquimus et igno
scit offendimus et ad hunc placatus
existit. Unde qualis erga iustos
sit, monstrat dum clemens se erga pec
catores ostendat. Nec peccator iam
potest excusari, qui confessionem pro
qua veniam nascitur non perverunt
amplecti quo possit reus gemino
crimine detineri. Dum primo legem
contempsit ut delinqueret, et confessionis
remedia amplecti noluit ut puniret.
Rape tu quisquis peccator remedia

qui peccando diuina contempsisti pre-
cepta Confessio afferat salute tibi con-
temptus attulerat morte Nunc veni-
dices qui aliquando mortuus fuisti pec-
cato confessio ad salute ducta Amplectere
ergo tanta diuina providencie ac libenter ad-
mitte peccator indulgentiam confessione
instanti medere. Quid homines sati-
quod libet ac operire commisisti quid
confundens dicere quod non confusus es
perpetrare. Cur vereris indicare deo
quod velit non es ipso presente committe-
Aut numquid cum peccatas admissa ne-
sciret nisi aliis que commisimus no-
sceret aut ignorare eum que fecimus
peccatas nisi nobis confitentibus discitur
Peius est confiteri nolle quam legem contem-
pnere Peius est admissi penam sperne-
re quam monita diuina despicere. Peius
est offensam satisfactione nolle pla-
care quam peccando dei bonitatem
offendere Et quamuis peccandi causa
grauior inducitur leuior tamen
frequenter existit dum confessione ab-
soluitur aut continuato debite mor-
tis expungitur Demque minime con-
fitentur et viuunt Sodomite obdu-
rauerunt et perierunt hos impedere sup-
plicium prouocat confiteri illos vitium
inuitus non confitendo efficit a bolere
Filii namque Israel quociens peccabant
hostibus tradebantur quociens se peccasse
se fatebantur de ipsorum manibus liberabantur
Ita enim nullus unquam (peccando) euasit pe-
nam, nullus confitendo indulgenciam de no-
negatur. Docent diuina monita sed
exempla docere non possunt Confitemini
igitur domino quoniam bonus est Bonum
deum hic loco dicit non iustum quia
qui bonum ostendit confiteri persuadet
Peccatorem enim bonus absoluit iustus
condampnat Bonus indulgenciam
peccatori tribuit iustus iusta peccatori
extinguit Aperit bonum inditer
confessio est iter indulgencie quando

apud iustum debitum pene bonus
confitenti tribuit veniam iustus compete-
tem tribuit penam Unde sic fit
qui bonum senciunt confitendo volunt
iustum senciant reticendo. et quem
confessio posset absoluere eius con-
tumacia possit seueritas iusti-
ciarius ... Quare compelle-
re peccator deum qui offensus est
suadet deo ad miserandum dominus
ipse paratus est Etiam si quis
contemptus est misereri nolens
rogari si nollet tamen ipse
misereri desiderat qui offendi
rogando qui offendit non desinat
Liceat confiteri tam peccatum non li-
cuit liceat petere veniam cum non
licuit contrahere culpam, indulgen-
ciam postulet, qui mandata con-
tempsit, veniam oportet qui legis
iussa despexit, confessio reddat
quod peccatum contraxerit, curet
penitencia quod peccator macula sordi-
dauit Serpentinum virus satis-
factionis antidoto curetur peccatoris
~~venena~~ (ma) precum instantia depel-
latur ut deum que nobis de-
licta fecerunt iratum reddat ob-
secra(n)tia placatum Et qui amabat
fuit peccatis offensum confessione
nobis misericors reddatur et propicius

Sermo duodecimus de operi-
bus misericordie etc

Tria sunt que in omne opere
sunt optanda precipue, ut pos-
sit facere, ut velit, ut compleat
ut possit. i. copia faciendi non
desit, ut velit hoc est ~~utilitas~~ voluntas
assit que faciat, quia substan-
cia non deest qua fiat, Tercium
est ut compleat id est ut que posset
et velit sine dilatione perficiat.
Tribus enim verbis operibus tamquam perficitur
~~[illegible]~~ impletur Nam si qui facere

possunt sed nolunt. Sunt qui vo
lunt sed non possunt, sunt qui volunt
et possunt sed difficilius non faciunt.
Ceterum autem qui potest oret ut velit
et qui vult facere oret ut possit
facere. et qui utrumque paratus est det
operam ut iam constanter effici
ant, ne quod vult et ipse diffe
rendo non compleat. est enim
misericordia salutis presidium, fidei orna
mentum, propitiatio peccatorum, hec est
que iustos probat, sanctos robo
rat, dei cultores ostentat, tamquam
examini lectum efficit. Domino placa
tum exhibet Christum. dum terrenis
subsidiis huius mundi fovere pau
peres inopes sublevari, hec est mia
tum timetur impleri preceptum
tum maxime ab hiis qui signa
ti sunt ut dent quam accipiant
et donant quam sumant, donat autem
qui ipsi indigeat. Ceterum non potest
ille misericordiam facere qui possessionibus
longe lateque diffusus, in confi
nio alios possidere non patitur
dum timore ingerit, fines producit,
calumpniatur pauperi, mediocrem
premit, vicinum excludit, omnes
circa se positos infestando ac per
sequendo depellit, qui non ac
quirit nisi alius fleverit, lucra
non concedit nisi alius gemuerit,
cui solum est bonum quod publicum
malum est. Dum aut fructus ser
vat, aut annonam captat ut
infliget penuriam, aut fenus exag
gerat, dum acquirendi lucra pro
nocendi querit ingenia, potest
ne talis misericordie impleri affectio
cum pupillorum dulcis est gemitus
et viduarum miseris est fletus, dum
preda huius mundi pascitur, in spoliis
talium delectatur. Cui divites

est archa non multa possessione
non gloria, nomine non dignitate, pre
ne misericordia tangi aut humilitate mo
veri, tamquam avaricie, nec proprio suf
ficit, nec modicum imponit alicui
qui et si pauperi tribuat hoc magis
deteriorat, et si alii tollit quod alii
porrigat, et esurientes pane esu
rientis pascat et nudum mendici spoliis
vestiat alicuius, cui sacrificium sit. Qui
offert sacrificium ex substantia pau
peris, sic est quasi qui victimat filium in
conspectu patris. Ceterum ille est
dives vere qui in deo dives est, qui
misericordia magis opulentus quam divitiis
facultates suas cum pauperibus di
vidit, qui locupletem se dando ma
gis quam habendo se ostendit, quia ad
hoc meruit se habere divitias, ut
ferret deo, pascat Christum, vestiat
dominum, qui patrimonium suum non ingra
to heredi querit relinquere, sed per pau
peres illud Christo deponere commodat,
qui divitias celo magis quam mundo
commendat, qui desiderat potior
esse ope quam sive sibi facultate,
qui thesauros suos ad superna
transmittit, qui ad hoc vivit ut
operetur, qui ad hoc operatur ut
victum vite mereatur, qui vidu
arum casibus flectitur, qui pupil
lorum miseria commovetur, qui dole
ntium causam suscipit, et arroga
ntiam superborum addicit. Ceterum nec
habere nec facere misericordiam posse nec
velle, commendatum sibi deputat
quod peccantibus suis ad heredem
transmittat, nec de suo miser per
mittit tangere, quod post se futuris
cogit reservare, qui sollicitus
servat quod acquirit, molestius custodit.

qui rapuit suspirat enim magis vigi-
lans atque insomnis, suspirat dormiens
resonando, nec vigilie lete, nec sopo-
rus securus, nec leta dies, non nox
quieta. Districtus torquetur, gemit,
et quid illi proficiat, quod acquirit si sic
angere desiderat quod alii cum suo cru-
ciatu derelinquat, ut quales sunt
protinus predones talis sollicitudinis
habeat et tumulus. Sed dicet contra
ista de mediocribus aliquis: Ego mise-
ricordie implerem officia, ego inopes
pascerem, egenos foverem, nudos vesti-
rem, ego pupillis iniuria victis im-
penderem, ut autem quisque (manum) a sue fami-
lie discedet, si in facultates suppe-
tent, divitie adesset copie redun-
daret, etiam michi iniuria desunt
cum operandi facultas necessitate humi-
lis mediocrita sit. Crimen non dandi sterili-
tas imputatur, a miserendi cessatio
(sive) fecerit. Sed audi quisque qui hec
loqueris, et excusandi causas quas
obtendis obmitte. Nullus miser
est nisi qui misereri noluit, quia nec
quisque misereri desiderans potest non
habere quod tribuat. Nullus pauperem
potest inanem relinquere nisi qui ei
noluerit commodare. Non enim inane dis-
finita sunt precia, aut non quod multum
dedit, acceptabile est quod datum.
Non potest tam inops tam aquo quam
exposite quantum qui possidet dare
non poterit a ex modico multum, a de
exiguo plurimum dare quisquis co-
git, cum libet ex modico modicum
tributum. Divina pietas gratulatur.
Denique vidua Heliam ex modico
pascit et idipsum quod habuit finiri
non potuit. Summi vicissim dando non
dissimilet. Divitum horrea finiuntur,
modicum olei erogatur ut deficit
et petere apposita penuria famis
exhausit. (Anima) vidue sumat quod
peccata locupletum exterminant. Modica

divitiis maiora sunt et divitie pau-
pertate vidue superantur. Ita enim et misere
si alimenta non desunt, ut pecori-
bus subsidia non denegetur. Denique
audi vocem domini viduam in templo
commendantem que in domo dei totum
quod habuit dimisit, quia magis vi-
dua ista omnibus plus fecit. Omnes
enim isti de hoc quod habundabat illi
dederunt. Hec autem quod totum habuit di-
misit, laudatur in modico vidua
et divitum non laudatur oblata mi-
nutum vidue divitum opulentias
iacit, et vota divitum votum vidue
superavit. Divites enim ex multo mo-
dicum, vidua ex modico obtulit
totum. Unde dominus divitum et vi-
due operationes perpendens, non quantum
quisque obtulit, sed quantum quis fe-
cit superglorie animos et facultates o-
stendit. Et viduam in opere perfecto
laudat. Certavit enim ambo cum di-
vitibus, vidua cum divitibus pauper,
mediocris cum opulentissimis fide
ac devotione certabat, sed vicit ambo
devotione superavit. Denique invenit
peccator melior conspicitur maior omnibus
audire pronunciatur. Amen dico
dico vobis vidua ista plus omnibus
fecit. Pronuncians pane pronuncians
(a vidua) ~~amodica~~ in examine iudicis. Hec
enim vidua que pridie ipso tunc
clamavit, nunc quoque cum omnibus
clamat, et tamen nescierunt tecum quia peccati
sunt, quales nunc qui provocant no-
verunt. Ignare tacuit silens ani-
di contestatur infructuosi a iniuste
a placent. Vidua quae fecit non di-
dicit, et silens cottidie disseruit
et non facture. Arguit vidua quo
non possunt parte divini promereri quam
(potenti) ~~peccator~~ quo possent divitibus invenire
invenerit tamen invenit consilium totum quam
nam fecerat pauper, quod vero fecerat
divitibus potentiorem et ne possunt non (quisque)
humili ex transactione expergat gratuita
nunc videntur officia ut ondat

Dum etiam ipsis principibus operandi im-
posuisse obsequium. Calide aque
frigide propter porrigenti premium pro-
mittit. Egrotum vel constitu-
tum in carcere visitare. Dum visi-
tare est. Sic ipse dominus dat ut
possit ex gratuitis promereri, quod deberi
non potest miseri ut iam constat quali-
tatibus hominum. non cessare
officia, ut operantibus possit premia
dispensari celestia, ut incipiant mi-
sericordes exprimi, et stilus condem-
nari et misericors quod misertus est
gaudeat; et stilis penis quas
non sperant inveniat. quibus custo-
diat nos pater et filius et spiritus sanctus
Amen. Dicta beati Bernar-
di de virtutibus religiosorum pre
aliquam aliam christianam

viii

Proximo considerare debes
quare venis et propter quid
venisti enim propter deum
et ipse fiet merces labo-
ris tui in vita eterna. Ve-
nisti ad servitutem dei cui servire
debet omnis creatura eius, quod ideo
debet ei omnis homo, quia quicquid habet, sem-
per accepit ab ipso. Et ideo debet ei
omnis homo tamquam rationalis crea-
tura dare quod est et quod potest. Et si
omnia serviunt creatori propter se suo
multo magis homo quem non solum
creavit sicut cetera, sed intellectu
decoravit, insuper dominum constituit sibi
similem fecit naturam eius assumpsit
et ex eo cum instruxit, sanguine
suo redemit spiritum sanctum ei infudit
curam eius habet, sicut mater parvuli
filii sui, et eternam hereditatem ei da-
re disponit. Ecce quantum ei tenetur
homo servire pre ceteris creaturis suis
et diligere eum super omnia, qui nos
semper pre omnibus creaturis mundi
amavit et cetera. Capitulum de
abdicatione proprie voluntatis

Et quia non confidis tibi ipsi
ut presumas te scire quod deus
velit, ideo commisisti te superiori tuo
ut ipse te regat. Et dedisti manum
tuam in professione, ut ipse te du-
cat in viam dei. Unde non licet
tibi vivere pro velle tuo. Sed quo tuus
doctor ire te iubet, illuc statim ire
debes, et tamen quod ipse prohibet, quia
qui artem aliquam discere incipit debet re-
gulam sui doctoris tenere, et proprias ad-
inventiones relinquere ut infirmus
qui ad hunc membrorum dolorum pa-
titur actiones debet servare dietam
quam medicus sibi imposuit sibi
si cito plene curari desiderat. Ita
et tu presumas in nichil dictas vel
facies quod magistrum tuum nolle presu-
mas. Tu enim dedisti ei propter regnum
celorum et propter deum. At iam non es
tuus sed eius cui te vendidisti. Ideo
non licet tibi agere de te sine eius vo-
luntate. Ipse enim est dominus tue vo-
luntatis et contractio rei aliene
invito domino furtum est. Fur autem in
regnum non intrat. Ipsi autem rectores
nostri sunt vicarii domini super nos. Ideo
debemus eis obedire sicut domino non sicut
hominibus. Etenim non propter ipsos, sed
propter deum subiciemus nos ipsis. Quod
si non audet tibi imperare nisi quod
tibi placet, tunc non obedis ei sed
ipse potius tibi et tunc est discipulus
tuus magister, et servus servi domini
talem te exhibe sibi, ut libere
te iubeat facere et dimittere quecumque
ei videbitur expedire et cetera. Quomodo
se debet habere ad prelatos suos

Habe pacem cum prelatis tuis semper
non detrahe eis nec libenter
audias eis detrahi, non acute pon-
deres eorum excessus. Cognosce eis quia
hominibus quod in multis tuis non per ne-
gligentiam vitari et sepe quod in eis
reprehendimus excusamus vitio, magis
est quam ex culpa eorum. Etenim sepe quod
aliis bono faciunt non intelligimus
intentionem eorum pro malo accipimus vel
iudicamus, honora eos in toto cor-
de tuo et non spernas quidquid iubet

fac p salute anime sue tue ordina
tones et constitutiones eorum ne fastidias
quia non sine causa facmt. licet tu nescias
ab omnibus causas eorum. qui ambulat
in illis simpliciter ambulat confidenter
Nam tibi non nocet sed prodest ad ma
ius meritum. Verus servus dei debet
incedere via regia in mandatis dei. ut
statuta humana non arceat cum quo
eorum ipse debet seipsum arcere ita ut etiam
si non esset illud statutum, tamen caveret
sibi ab eo quod non esset sibi expediens
propter hoc enim statuta reperiuntur circa res
sus eorum. qui metas discipline trans
grediuntur. Lex enim propter prevaricatores
posita est etc. **Sequitur de vi**
gilia etc.

Consuescere tamen optimum est parum
ante matutinas vigilare, ut spiri
tus dirigitur ad deum in oratione, ut po
stea magis sobrius sis et devotius
in servicio dei et laudibus ipsius. Et
tunc vigilias statim omnes cogitationes
abice. quibus te diabolus vellet occupare
et primicias cogitationum tuarum et actio
num offer deo in oratione. vel medita
tione vel corporis erectione vel genu
flexione aut quocumque effectum boni devo
tionis concipies et in tale stat spiri
tus. et ex hoc tota die eris devo
cior et expeditior etc. **Sermo**
de cella etc.

In dormiendo esto quietus, ne pro te
aliquis aliquo modo inquietetur. Devo
tionis atque evigilancie statum occupat
et memoria dei tum gratiarum actione, quia
ipse vigilat super nos quando dormi
mus, ut custodiat nos quando dormie
ris postquam intendere debes deum orando
vel meditando aliquid boni, et inde
hac occupatione dormies, et tunc
sompnus erit tibi dulcior, et habebis
sompnia puriora et evigilabis de
vocior et surges alacrior, et redibis
facilius ad eandem devotionem in qua

primo fuisti. Et licet dormientibus
non imputandum videatur, quod nescien
tes faciunt vel patiuntur tamen indecens est
valde religioso homini ita obrutum
esse in sompno sicut pecus extra re
respectus manibus et aliis membris
vel manibus in sinum retractis, cum
propter hoc maxime vestiti iaceamus
ut non habeamus propter sitatem eundi nec
manus habent illud in inundo tempore
ut magis puriter sinus surge ad oratio
intellecta libenter esto et sic age aliquid
in ea quod edificet te, vel quod
amorem inungit. Tam voluntarius
debes esse ad obedienciam ac si omni
hora angelo tuo indiceretur. Et quod
debes facere libenter accipias mandata
obediencie de servire et non cum murmuris
esse. Ita ut nec loqui sine licentia
nec ad alias necessitates ire habeas
liberam facultatem. Sic in Egipto
sanctos patres legimus vixisse. Quos
et si gloriam volumus adipisci vir
tutes imitemur. **De divino of**
ficio capitolium constitutum

In divino officio non sis piger et fa
stidiosus, sed coge corpus tuum sine
spiritu et sta reverenter, et alacriter psal
le deo coram angelis qui ibi presentes
assistunt. Signa et verba mutilata pe
nitus detestare. Tibi coram orbis
divine maiestatis debes assistere. Verba
psalmodie distincte et integre pro
mitta non breviter distinctas per chorum
Non ante finem horarum exeas nisi
necessitas magna compellat. Priusquam
perveniat officium. Prevenire stude
nec ad aliqua indevotiorum cor tuum
excites. Deo enim tantum deprides in
divino officio quia ante non fuimus
ad devotionem excitati. Et ita exi
mus frigidi sicut intravimus. Stu
de in ipso initio cogitationes va
nas abicere, et intende hiis que
psalluntur. Aliquin tumultus carere
vix poteris evadere, post officium
etiam studere in eadem devocione
quam concepisti servare, nec statim

te effrenidas te ad inania. Si ante
nos hec devotos, quam concepisti initio
saltem, exterius serva disciplinam, et
morum gravitatem propter reverentiam dei
et exemplum aliorum. Tu deus stude
ut sic ordo a prioribus traditus est
ita et tu eum tradas posteris tuis,
quantum in te est verbo et exemplo. Nec
aliquam non bonam consuetudinem indu-
cas vel discas, nec bonam vel utilem
ex negligentia vel contemptibiliter ni-
tiaris dilabi permittas, ut in te ut
in aliis quibus tua modestia persua-
de potius. Quemcunque enim aliquod exem-
plum relinquit posteris suis sive bo-
ni sive malum, particeps erit imitato-
rum suorum sive in premio sive in
supplicio etc. De lectione vii

Lege sanctorum vitas et doctrinam, ut
in comparatione eorum humilieris vel
ad devotionem accendaris vel provoceris
ad studium virtutis, ut informeris
in intellectu scripturarum et illumineris
in fide, ut scias discernere verum a fal-
so, bonum a malo, et ut remedia
temptationum et viciorum discas. Non
legas ad hoc ut doctor indicteris
nec tamen curiositatis, nec lege
que non edificant, quia vana
lectio vanas cogitationes generat
et devotionem extinguit cordis etc.

De predicatione viii

Non multum affectas fieri predicator
vel confessor, ut de te magna
presumas. Sed stude per tempus sine
dextum si dignus fueris deus voca-
bit te etiam renitentem. Nec enim
sibi assumat honorem, nisi qui vo-
catur a deo tanquam Aaron. Si insuf-
ficiens et indignus te ingerens,
erit tibi magna confusio. Inde est
quod tam parvum fructum faciunt ex
predicationibus quia non vocati tanquam
Aaron veniunt, et non missi currunt.
Prius volunt fructum in aliis facere
quam in semetipsis fixerunt radicem
caritatis. Studete ipsum componere
prius in bonis operibus exterius

et intus in sanctis affectionibus et
tunc utiliter procedas ad docendum alios
in sua doctrina. Cum prius se summit
aliud docere, qui ipse addiscit magister
erroris erit etc. De conversatio-
ne solitaria ix etc.

Nunquam ita secretus sis et absconditus
quin tam disciplinate te habeas
et caste in omnibus, in visu in audi-
tu, et in aliis, ac si ab aliquo ho-
norabili videaris. Cum sancti angeli
qui nobiscum sunt semper vident omnia
que facimus, in quorum aspectu deinde
ubique revereri, et peccata vereri. Et
videt nos deus iudex iustus. Vident
nos et sancti angeli, qui nobis sunt su-
per ubique conspectantes omnia que
facimus. Cum ergo magis verendi sunt
et etiam nos conscientia nostra et accusatrix
et testis omnium malorum que facimus.
Cum enim magis veretur hominum aspec-
tus quam dei et angelorum, et per consequens
non est castus amator boni, nec
declinat a malis veri boni amore
sed timore, et talis non est verus famulus
Christi, qui adhuc hominibus placere
cupit magis quam deo etc. De
sermone moribus x

Omnes mores et gestus tui et sermo
et aspectus tuus, simul quadam
verecundia debent esse ornati, ut non
appareat in te aliquid elatum et
pomposum vel audacia vel presump-
tionis notabile. Verecundia enim
maximus decor est in religione
maxime iuvenibus. Ita ut quicumque eam
postponit vix aliqua spes est de eis
quod fiant boni et virtuosi. Sicut enim ti-
mor domini componit hominem intus et
ordinat ad bonitatem, sic verecundia com-
ponit hominem exterius ad disciplinam.
Nemo sit tibi adeo familiaris coram quo
propriis oblivisceris verecundie. Inces-
sus tuus maturus sit in omnibus. Non
citus sine necessitate, nec multum excel-
sus, gelas sed mediocriter depressus. Non
sis vagus oculis nec petulans in aspectu

sed plane et humili gestu incedas. Sedens non in latus te inclines, nec crura longe extendas maxime presentibus aliis. Exterior enim indisposicio corporis indicium interioris est inquietis. Risus tuus sit moderatus et rarus et sine cachinno, magis benignitatem ostendens quam dissolucionem. Stude vultu esse sereno non turbulento vel indignabundo etc. De Sermone

vndecimo

Cum ad loquendum veneris pauca et racionabilia loquaris, ut nullum verbum omnino proferas quod non edificet audientes. Pone ponderetque tue modum ne sapiens videaris. Verba tua sint lenia et cum humilis sine pruritu amaritudine vel irrisionis forma. Verba tua ad alterum sint talia qualia tu ab alio non heres pro malo. Dic de absente loqui, ac si scires eum presente stare et auscultare non timeat te quicquid in absentia sua, quod eius famam cupias infamare. Magnum vicium est in religioso aliquid loqui de absente, quod erubesceret loqui si audiret. Non libenter audias detractorem alienum, sed aut fuge detractorem, aut compesce si potes. Nichil enim tibi prodest nisi quod conturbabis audire contra illum de quo sermo est, quia contra eum qui profert dicere potius si potes aliquid laudabile invenire. Unde aliquid proferas contra detrahentem vel auditores. Rumores nescias, quia inquietant cor, et mentem distrahunt, et devocionem exhauriunt, et tempus inutiliter expendunt. Non omnia que scis effundas, quia vas sine operculo, quod statim cum inclinatur effundit quecumque habet, et omni immundicie patet et polluitur. Non sis libenter in turba nisi tractetur de deo et de edificacione anime. Non sis clamosus in loquendo nec impetuosus ad eructuandum quod intus tenes

inclusum, tunc eciam sicut tu nulli detrahis ita nec probas detractorem apud eum cui detrahit, ne magis commoveatur ex hoc contra detrahentem sibi, quam et revelacione tua minuatur. Puta namque esse quod ille qui dixit de altero verbum nolens invenit derogare sed iste forte suspicatur. Deinde quod dixit et mutatur ad odium contra eum vel ad vindictam provocatur, cum ille a quo prius non causa detrahendi dixit ei forte penituit statim proponens de cetero in simili cavere si de illo dicit. Deinde de aliquo quod non expediret eum scire de quo dicitur potes ei referre, sed nomen non exprimendo eius qui dixit, ut sciat quid cavere debeat, et non contra illum in odio exardescat etc. De comedendo

circa mensam etc.

In mensa oculi tui non sint vagi, nec huc nec inde respicias, unde ita non videas quis in latere tuo sedeat, et quid coram se habeat, tibi soli deo dedit esse intentus. Cum timore et reverencia et disciplina et silencio comede, non cum impetu gule quasi non possis saturari. Nec effundas te totum super cibum sicut canis famelicus. Nec enim queras saciare oculos tuos quam palatum. Sed tu graciarum accione sufficiant tibi pauca et si velis te penuriam pati quam superhabundare. Nichil queras preter que tibi apponuntur, nec indigneris si aliquis defectus est in condimento vel salis contingat. Et cogita quam multo meliores te vilioribus sunt contenti et paucioribus. Et quod tu habitis pro magnis deliciis acceperunt. Denique ad comedendum difficile est eciam dare regulam, nisi ut inter ista duo temperamentum teneas, ne ita parce sumas ut in viribus deficias et quem laboris frangatur, et ne ita multum ut postea non possis orare vel negligentes esses ad opera virtutum etc.

Capitolum de silencio

Silencium diligas et cui t' loqui
licet magis elige silere si vis
pacem habere Non sis promptus ad
loquendum Et multum custodi quod loq-
ris ante quam loquaris etiam bona
ut non scandalizes sed edifices
cum loqui debueris prius in aspectu
dirige prima cor tuum ne cum impe-
tu loquaris Et in ira tamen he
aliorum dicta vel facta reprehendas
Sed si nominis aliquid ad te pertinet
ut arguas expectata tempus tranqui-
llitatis et tunc dulciter admo-
ne alios Cave ne aliorum dicta
vel facta iocose vel derisorie eo pacto
reprehendas sed si non nisi commen-
dare silere Cohibe iram quantum
potes ne unquam appareat vel in
lingwa vel in vultu vel in moti-
bus Non multum de absentibus
loqui etiam si bona sunt quia de
facili intermiscent se verba sca
bonis mala Si audis de ali-
quo si sit est vel etiam si scias ne
credas oppositum dic bene pro eo
Ubi tamen non periclitatur veritas ex tua
simulatione et multum cave ne un-
quam alteri contradicas ex hoc enim insur-
gunt et contenciones parita minimis
sicut tecum ne offendas ultro cum illud
nisi pro caritate requiratur sed rogas
eas illuc Consilium alterius ne sperne
ne despicias si non est manifeste
malum nisi contra te aliquid ha-
beas melius etc Quod audire

libenter debemus et quod

Et deo libenter loquaris audi-
as et cogita ex hoc enim dul-
cescit deus et crescit caritas de
deo libenter audi et raro loqueris
quia incitat cor ad studium virtutis
et ad effectum devocionis Audi
humiliter et pacifice ab hiis qui
bona dicunt et ne disputes e-
contra Sunt quidam cum audiunt a-
quid boni ne ipsi videantur ignaro

boni quod alius proponit statim ad hoc
volunt disputare ut videantur et ipsi sci-
ende non enim querunt edificacionem sed oste-
sionem sui Et ideo iuste collaciones ob
mittuntur Non sis audax coram maio-
ribus tuis sed verecundus auscultans
doctrinam eorum Ut mos autem doctus est
inveniendum aut humiliter discere etc

De ociositate Capitolum etc

Noli ociosus sedere et intende semper
laboribus quia duplex malum ex hoc
extrahis perdis enim tempus inutiliter
et verecundiae tue ex hoc pariter det-
rimentum Insuper non das aliis verum
exemplum in moribus etc De

exemplo Christi capitolum etc

In omnibus virtutibus et moribus propone
tibi semper illud clarissimum speculum
et totius sanctitatis perfectissimum ex-
emplar scilicet vitam et mores filii dei
Christi ad hoc de celo missus est nobis
apparere ut precederet nos in via virtutis et
lege discipline et nobis proprio vite ex-
emplo daret et erudiret nos Sic
enim ad imaginem eius veracis trinitati
sumus ita ad morem eius similitudinem
pro nostra possibilitate reformemur qui
eius imaginem per peccatum fedavimus
Quanto enim se ei quilibet virtutum imita-
cione conformare studuerit tanto
propinquior ei in patria et summa glorie
fectum quam multiplici actione viti de lectabiliter peccent Omnis ita varietas est confitenda et defflenda / et tamen cognoscat quod peccatum est. maximi vito i preniat deum gratiam in cognoscendo augmentum pecti Immemiat se cuius fuit etatis, cuius sapie et ordinis et statum omni alterius sexum peccauit Immoret in istis singulis et sentiat modum cimis, purgans lacrimis omnem qualitatem viti Defleat virtutem quam interim carnit Dolendum est enim et dolore purgandum non solum quia peccauit sed etiam quia se virtute privauit Nam licet speret se consecuturum veniam dolore tamen pol. quod non promeruit Unde remunerat consolat. amplectit et dolcat. quod non effugiens penam destitus miser. unde non exoperet gloriam cuius omne tempus quod breuissimum huius dectusse debuit ad conseque diuinam premium Defleat etiam quod in vno offendens factus est omnium reus indignus enim extitit qui plenus virtutibus deum omnis non timuit In hoc enim quamsque peccator fit culpabilior quo est deo acceptabilior Ideo enim Adam plus peccauit quia omni bono humidauit Etiam offendens in vno factus est omnium reus / quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vicio Nam si quis cadit in auaritiam largitatem destruit / et etiam castitatem minorat cavere enim pecunie ne violaret castitatem vel saltem nimis amaret Si enim propter diuitias tanta adhuc castitatis inest / ut nolit eam perdere. tamen saltem minori gaudio minori affectione eam tuetur vbi videt perdere dampna pecunie Sic quod et in alijs que etiam si non expellunt tamen per contemptum omnis viti vel satis patere immunitur vel interceptione debilitantur Unde enim omnis virtus cuiuslibet cuius est deflenda de omnibus vbi gloria peccanda Considerte etiam oportet et animaduertendo deflere aiam propriam quam formatam deo ei prouit et exceptam in malo confirmauit Etiam si exemplum extitit mali in operatione cui cuius tamen magis debuit flere causa eorum pronis Flemat itaque a liore vita in fua corrupta vel corrupta consignatam vel cum modum proprium / quod dedisset exemplo

boni Doleat destitutia quam bonus peccato mutilat et delectatia quam eis non exhibit ebus non solum cogitet quid et qualis fecit. sed quam immisse deum in vno pecco offendit Timeat illam virtutes quam non potest duobus dominis seruire Timeat ergo ne omnia bona que fecit diuina vno pecco perierunt ex contaminatione mali perdiderit ut qui seruit diabolo premium dei quam obtulit seruitute perinde tamen est credendum ut dei recepta gratia que inter deseruit mala porro etiam remuneat Sed / ut tamen deseruit quod quam non inuenit amet et eligat bonum quod in peccato plenitamit et

De plena satisfactione per indicium sacerdotis et digis fructibus penie et

Et omnibus dolens aut scelum delinquit a saltem illa que sine admixtione mali non sunt ad ministrata / et mercatura et militia / et alia que vocibus sunt nomina ut ad instrutiones seculariam peccatum non habens vitatum ex obedientie letitia licetia ponat se omnino in peccate indiciis in indicio sacerdotis nichil resignans sui / ut omnia eo iubente / parati sit facere per recipienda vita etiam sunt quanticumque fecit permittanda corporis morte / et hoc cum desiderio. quia vita recuperauit infinita que est deus Cui genuido leni dei, fere in mortalis fructus que facere per diffenda morte moriens Semper desperetur deum certus de venia que omnibus modis et sine tedio dubius rogaueret per peccate terrena Abstineat a multis licitis / qui in libertate arbitrij commisit illicita, semper offerat deo metem et contritionem Deinde et quod potest de possessione / tunc quod offert serius offerat Respexit dominus ad abel et munera eius Sed prius dixit ad abel quam ad munera eius Omnes enim metem quam cognouit humilem et prenam remuneauit eius largitatis munera Ad caym ad non respexit nec ad eius munera metem enim eius. quam videat quam non cognouit prenam et eius munera non respexit Sic indicio itaque cordis considerenda est elemosina largientis Nec iam considerandum quantum sed metem. qua fit affectione dat quod potest

Vidua enim de duobus que habuerat minutis largita plus omnibus misit. Qui enim istis peccata sua redimere vult temporalium oblatione caveat ut prius offerat mentem, cautus sit ne verecundia ductus dividat inter se confessionem, ne diversa diversis velit manifestare. Tenendo enim uni celat, que alii manifestanda reservat, quod est se laudare, et ad ypocrisim tendere, et per veniam carere quam frustra per partes putat invenire. Caveat peccata que vana delectat penitentia, ut non prius ad corporis domum attendat, quam confitetur bona conscientia, sed in hac separatione tremendum dei iudicium cogitet ubi magis terribiliter impenitentes sententia separabit in ignem. Timeat ergo non diu audet sumere que multum deperdat cibum salutare. Isti sunt fructus digni penitentie eiciam captivam blasphemantes et in libertate fundantes. Cohibeat se a laudibus et spectaculis seculi qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam Dina si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo si raptore non fuisset corrupta. Tanto magis igitur sibi timeat et cohibeat se anima que sepe vel semel tempta corrupta est, timeat tam corrupta ducto exemplo quam timeat hostem, eligat que mittet non sequatur que animam damnat penitus. Deus enim iudicat quam penitentibus non hostem a se non elongat. Laudat enim et amat quos in digne fructifera non ignorat. Convertat fructus dignos, et si non dignos penitentie. Sunt enim fructus digni fructus virtutum qui non sufficiunt penitentibus. Penitentia rigorem expostulat, ut se vacet vincentia, ut parata dolore gementibus mortuis impetret vitam supernam etc.

Ut penitens non excuset peccatum nec defendat quod multis fieri solet

Fateat culpam suam esse, nec velit se compensare, ne augeat culpam ut Adam cui non sufficit peccasse, sed ampliat contemptore culpando culpam transferens in auctorem. Leve peccatum multotiens incurrit sed neglectum ignorat. Non itaque peccantes dicamus non aliud potui, cum me statuit finem, quia fecit me deus pauperem. Nec mirum si dedicus sum fornicationi quia talis factus sum nature et fragilitatis fragilitas enim non voluntas cogit me committere criminalia. Errat qui sic fallitur. Natura enim talis est ut possit quis scilicet malo resistere cum se subiciat ex arbitrio. Sunt autem qui defendunt suam culpam in dei providentia imputantes dei ordinationi et necessitati, quod vero licitum est voluntati et arbitrii libertati. Sciunt enim deus quid facturus esset qui peccat, sed non ordinavit peccatum qui nullum reliquit impunitum ordinavit penam amantibus culpam. Signus enim est opus iusticie non iniquitatis. Ut habeant unde doleant qui gaudere non amat. Non ordinavit peccare qui peccatum nolunt vitare, sed pro iuris libertati quod peccator donat necessitati. Si enim non possit peccare unde debet remunerare eum qui totus iusticia est. Ideo non sufficiunt animalia multa, quia nulla possunt committere crimina. Angelos quoque qui perstiterunt si liberi non fuissent unde conarentur, potuit enim peccare quorum similes reciderunt. Quamvis enim misericordia cuncta crearet, iusticiam tamen in una qui iustus est custodire oportuit. Sed qui culpam non sentit suam, nichil boni possum habere nisi inspirante gratia, nichil enim sine ea possum facere si ita me non conservat ego qui nichil ex me possum facere qui habeo culpam. Si ego sine ipso possem tunc vitare me sentire culpabilem. Adhuc omnia quecunque voluit fecit in celo et in terra, quid itaque culpe in me non est, si non vult me salvare. Multum inquam, qui cum nichil consequi posses sine una illa qui repellis, poteras tamen libere tenere gratiam quam in retinendo poteras si tenere placet de mittere culpam. Deus enim semel cum incepit benefacere, nisi ex homo est nostrum derelinquere hoc beneficium. Qui finis est inspirando cogitur ex continuitate misericordie neminem posse relinquere. Non enim relinquit nisi relinquentem. Ideo culpa est mea, quia fugiamus gratiam quam possemus habere perpetuam semper in vita recedit, et inquam aliquem spontanee defecit, cum tamen sine non contradicitur, si gratia quecunque voluit fecit, creavit enim ...

voluit / nec plus creavit quam voluit /
Vult tamen in uno quoque bonum in nullo ma
lum Sed sic vult ut homo non peccare
non velit / homo enim non esset / si non vellet
eum statum hominis Non enim haberet quod
remuneraret / nec cum fulgore sue carita
tis infunderet / nec coherendo stabiliret / ut
in eius imagine et similitudine mag
nam imprimeret / nec ille qui totus est
iusticia et fuit sic aliquem confirmare ut
non posset peccare / nisi hoc poneretur
in humana libertate Vult sicut bonos
salvos utrosque esse / ut ipse remaneat
deus ille homo Si enim formaret ho
minem sine libertate contra iusticiam faceret
que deus est / si auferret libertatem
humana dignitas non remaneret Vo
luit itaque non peccare hominem sed huma
nam naturam non amittere Sic itaque pius
est / qui nostram salutem vult / et non est
impotens / quia hoc vult salvos utrosque me
iustus enim et rectus est cuius quod tam op
tet / presto semper est gratia que nunquam deficit
nisi prius expulsa / et quantum necesse
quod sua inspiracio / si sit qui recipiat
et expulsa revertitur propriam / et ut
non pereat creatura quam pietate cre
avit liberam ex libertate dictatam in ampli
lium retinende gratie que semper procedit omnem
creaturam fecit ut libere semel ad
hanc protegendam non expellendam addi
dit angelos bonos et omnes bonos spiritus
addidit tunc omnis in eterna vita collo
catos / addidit et in carne vivos / et iam
etiam ecclesiam omnibus in omni bono preci
rentem / et quod maximum est misit fili
um suum in amplexum que tanta pati
pro nobis decrevit / et ut expellatorem con
stituit quem dilexit ut in inspiracione
sue pietatis potius quam nichil creavit non
expellamus / non fugiamus / non fastidiamus
sed omnibus admonentibus firmiter et cum
gratificatione recipiamus / si culpa nostra
non creatus in amplexum nobis vel deus
non auctoris nichil iniuste sed pie vo
lentis et in omni voluntate sua omnipotentis
qui itaque in confessione ammonetur ut
saltem contra ista culpam suam non defen
dat / propriam conspicitur veniam Hec
est vera penitentia que sic est fructifera quam
nobis concedat qui est totus miseri
cordia etc. Capitulum 4 non sit differenda
confessio usque ad mortem et de

De vera et
inutili periculo dilationis

Nullus itaque expectet quando iam non
possit peccare arbitrii enim generat
libertate ut debere possit commissa non neces
sitate / qui itaque prius a peccatis relinquitur
quam ipse relinquit ea / non libertate sed ne
cessitate condempnat Sicut enim latro
veniam meruisset in fine de omni crimine
non tamen dedit baptizatis procrastinandi et per
severandi auctoritatem Tunc enim bapti
zatus est qui tunc positus in cruce Christum
confessus est / Penitentia enim si in extremo
hiatu advenit vite sanat et liberat ab
lucione baptismi / quia nec purgatorium
senciunt qui in fine baptizantur / sed pro
ditatis bonis ecclesie in illis sancte recep
turi sunt multiplex bonum in beatitudi
ne Illi autem qui cum potuerunt nunquam con
verti voluerunt confitentes tamen iam peccare
nequientes non sic facile consequuntur quod
volunt Oportet peccatorem ut in penitencia
fructificet / ut mortuo vitam impetret
quia scriptum est sine caritate neminem
esse salvum Non itaque in solo timore
vivit homo / quem ego sero penitet Opor
tet non solum deum timere iudicem / sed et
iustum diligere Non timeat propter penam sed
amet propter gloriam Debet enim dolere de crimine
et de omni eius perditate virtute / quod
qui vix licet de eius salute Augustinus
potuit dubitare / credo enim quod ille
qui dixit Quacumque hora peccator inge
muerit / et conversus fuerit vita vivet de
peccatorum quod puto qui dolet de crimine / con
versum qui dolet de omni eius perdita
veritate utitur aperte / qui iam non
vult admittere peccatum committit / sed totus
in omnibus utitur quia iam non penas
tantum timet sed ad bonum deum tendere
festinat Hec conversio si contigit cuiqui
etiam in fine non est desperandum de eius
remissione Sed quoniam vix vel raro
tam iusta conversio est tunc medium ergo est
de penitente sero quem morbus urget
pena terret ad veram vix veniet satisfac
tionem et maxime cum filii quos illi
cite dilexit sunt presentes uxor et mundus
ad se vocet Multos solet sedentia
penitencia decipere Sed qui deus semper po
tens est / semper potest et in morte iuvare
quibus placet Cum itaque opus sit non

hominis sed dei fructifera penitentia inspiratione cau
set quicumque sua mala vult et renunctiare
ex propria vita quos dampnare potest ex propria
iusticia Sed quia multa sunt que impe
diunt languentem et retrahunt, periculosum
est et interitum vicinum ad mortem hoc the
sauro remedium Sed magnum est cui tunc
deus inspirat si quis est in penitentia qui deo
expectat manum dei maiorem senciens bo
nitatem dei quam suam nequitiam etc.

De dimicia ignis purgatorii et de
pena gehenne in penitentibus

Sed eciam conversus ita vivat et non
moriatur Non tamen promittimus quod
evadet omnem penam Nam prius pur
gandus est igne purgationis qui sum
tum distulit conversionis sic distulit Hic
autem ignis et si eternus non sit, miro modo
gravis est Excellit enim omnem penam
quam umquam passus est quis in hac vi
ta Numquam in carne inventa est tanta
pena Licet mirabilia martires passi sunt multa
tormenta, et multi nequiter et iniqui quam
ta sepe sustinuerunt supplicia Studeat
ergo quisque sic delicta corrigere ut post
mortem non oporteat penam tollerare
Quedam enim peccata sunt que sunt mortalia
et in penitentia fiunt venalia non statim sana
ta Sepe enim quidem moretur eger in pro
medicinaret nec statim sanat languens
languens victurus qui erat moriturus Ce
terum impenitens, moritur omnino moritur
et eternaliter cruciatur quia impenitens
fuit, si semper viveret semper peccaret et dei
est misericordie quod operatur fine peccati
Ob hoc etiam sine fine torquetur, quia
virtute privatur, qui plenus iniquitate
fuit semper sine caritate torquetur et in
fine Omnia illa mala devitat pe
nitentia que dolorem semper expetit in
pena etc. De continuo dolore et eru

bescentia confessionis etc.

Cottidie enim dolendum est de peccato quod
declarat ipsa dictionis virtus penite
re enim est penam tenere, ut semper penite
at in se ulciscendo quod commisit peccando
Penitentia enim proprie dicitur punitio que punit
et vindicat quod quisque commisit Ille pe
nam tenet qui semper vindicat quod commi
sisse dolet Penitentia itaque vindicta est puniens

in se quod dolet commisisse Omnibus dictis
itaque modis requirat indulgentiam qui
dolet de culpa Non erubescat confiteri
peccata peccatori Si enim sacerdos peccatum non haberet
erubescere posset qui peccata sua ei ma
nifestaret etc. De sancta compassio
ne et discreta et diligenti inquisi
tione et compassione sacerdotis

Sacerdos itaque cui omnis offertur
peccator ante quem statuitur omnis lan
guor in nullo illorum sit iudicandus que
in iudicare potest Iudicans alium qui
est iudicandus condempnat seipsum Co
gnoscat igitur se ut purget alios quos
videt sibi offerri, sed caveat ut a se
perdat quicquid in aliis tam noxium
deprehendit Animadvertat eciam qui sine pec
cato est, primus in illam lapidem mittat
Ipse enim liberavit peccatricem quia non
erat qui iuste lapidem proiceret Unde
lapidaret qui se lapidandum cognosceret
Nullus enim erat sine peccato in quo intel
ligitur omnes crimine esse reos Nam ve
nialia semper remittebantur per cerimonias
Si ergo quod erat in eis peccatum criminale
erant deteriores Deteriores itaque in hoc
sunt sacerdotes qui se prius non edificant
tes illis, qui decimum observabant in pe
diis In hoc itaque potentissimum est
crimen sacerdotum et ultra modum dete
stabile cum non prius se iudicant et ali
os obligant Debent enim in se sentire
crimen quod in aliis timuerunt et de
testabile conprehendunt Illi quidem adeo
erant ceci quod summam sapientiam spernebant
capere, unde in sordibus quod illis patuit,
quod tunc quisque iuravit Videat sacerdos
quod in hoc peior illis iudeis extitit
caveat in deterius specialis ut si non commi
sit crimen nequitia ita non careat mu
nere scientie Oportet enim ut sciat co
gnoscere quid debeat iudicare Iudici
aria enim potestas hoc postulat, ut quod
debeat iudicare discernat Diligens enim
inquisitor et diligens investigator
sapienter et quasi astute interroget a peccatore
quod forsitan ignoraret, vel verecundia
velit occultare Cognito itaque crimine
varietates eius non dubitet investigare
et locum et tempus et cetera que supra
diximus in exponendo eorum qualitate

quibus coniunctus assit benivolus et paciens esse et secum portare sciat sollicitudinem in affectione pietatis in altitudine discretionem in veritate Admittat consistentes in orando et elemosinas faciendo et cetera bona per eos agendo Semper enim vincit leniendo consolando spem promittendo et tamen opus fuerit etiam increpando Doceat loquendo instruat operando fiat particeps laboris qui particeps vult esse gaudii Doceat penitentiam timeat ne ne iuste perdat potestatem iudiciariam Dominus enim prima ei posset acquirere gratiam non tamen mox ei restituit potestatem iudicialem Dominus enim petrus post lapsum restitutus fuit et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit pristina dignitas non est necesse ut omnibus concedat quod ex auctoritate Innocentius auctoritas que concedit et quod impar innocentius alia que nunc concedit sed vetat que scripture non repugnant sed concordant Sunt tempora et loca persone et modus pariter adhibeant tamen enim tot sunt qui labuntur ut proximam dignitatem ex auctoritate defendant et quasi omni peccandi sibi faciant resecanda spes ista Sed ubi locus est ubi ista non eveniant ibi prius restitui qui peccant Itaque pontifices iusta atque discretus non cogit sacerdotes suos abire nec mox restituere nisi tamen fiat a Romano pontifice sicut supra dictum itaque patebit quod prima omnibus utilis est nec spe auferens nec temeritate concedens Sed vere et digne susceptam permittit non solum in diligentiam sed certam primam Hec scribimus et studiosa amatrix virtutis et certitudinis de vera prima vera a falsa separantes que nunc velis et debes ex permitto cognoscere et usque ad finem dulcedinem scire per illum qui est illustrator et principalis prerogativa continet dignitatis et in ipso sit stabilitas in ordine sanitatis Amen

Originale beati Augustini de honestate mulierum

De vera et falsa honestate

Nemo dicat fratres quod in temporibus nostris mentem castam esse non possint Hoc enim pax mentis prestat ut frequenter iracundia mitigat libidinem fugit insuper custodie cupiditate compone pars magna est mali contempnenda est namque cupiditas que velut ignis quanto plus accipit tanto plus appetit Iracundia vero est mitiganda que prius nocuit nocet quam nocendis Hec enim libidinem fugiendam esse de prima apostolus doctore evidenter didicimus quia cum omnibus viciis resistendum esse perdixerat contra libidinem non dixit resistite Sed ait Fugite fornicationem ac si dicat Reliquis viciis deo auxiliante in primis debemus resistere libidinem vero fugiendo superare Sicut et in scripturis alibi legimus Noli attendere in faciem virginis ne scandalizet te vultus eius Nam et beatus Ioseph ut impudicitiam dominam posset evadere pallium quo erat apprehensus relinquit et fugit Contra libidinis impetum apprehende fugam si vis optinere victoriam Sed nec sit tibi verecundia fuge si castitatis palmam desideras optime videte fratres quod ab omnibus precipue tamen monachis seu clericis indigne familiaritas fugienda est Anima sine ulla dubitatione que familiaritate mulierum non vult fugere cito labitur in ruinam Sed negligentes forte et minus de omnibus salute sollicitus respondet et dicit Ecce ego familiaritatem habeo mulierum et tamen animam castitatis custodio Infelix est et minus periculosa persona multi enim putant se vincere cum ipsi vincuntur Sed adhuc addicit aliquis et dicit Ego meam conscientiam mulierum habeo et continentiam servo et volo habere quod vincere Unde est quod volo habere quod vincere nisi hoc volo habere quod pereat Sed ergo inquit libidinis impetum tamquam ad eam in meum retinere nolo Vide ergo ne contra te incipiat captivitas spiritalis Et unde optabis optime triumphum inde ortus est cum exspectabis Sine omnia enim pro amore castitatis sola dura sunt pro illa castitate

Ubi cottidiana pugna et rara victoria
Sic vince itaque est conflicta castitas in illum
qui cottidie resistitur et per vincitur Et ideo
sic dictum est Nemo se falsa securitate de
cipiat ne de prioris viribus presumere presumat
sed audiat apostolum clamantem Fugite for
nicationem David enim ille fortissimus contra multi
plices passionibus passus vidit mulierem
nudam et adamavit et statim homicidium
una cum fecit et adulterium Et qui cum
mulieribus habitantes putant se castitatem
optime triumphare ignorant quia aperte
decipit eos inimicus ... Similiter serpens
in parvulum mittit et alius exemplum pro
se familiaritatis ostenderunt Multi enim
per illarum inhonestam familiaritatem ca
stitatis decorem perdiderunt illorum aliene
quidem perierunt ab illis in die iudicii re
quirende sunt qui illud exemplum
perditionis dederunt Et ideo fratres contra
mortifera blandimenta et contra adiuto
res diaboli qui familiaritatem suspectam
habere non metuunt neque erubescunt ne
nos pro exemplo decipiant dei adiu
torium imploremus ut de laqueo ve
nantium nos liberare dignetur Scientes
quod in hiis omnibus que supra diximus
bonis et castis cottidiana non desunt
martiria Quibus paganis desse mar
tiria non possunt Sicut castitas et veritas
et iustitia Christus est Sic et iste qui eas
impugnatur persecutor Christi est Ille vero
qui castitatem veritatem et iustitiam in subiectis
suis defensare in aliis et in se ipso in
pedire voluit martir erit Et ideo qui hanc
totam virtutem animi ipse diligit et alios
diligant verbis et exemplis ordinat
et ubi est veritas et iustitia et castitas
laborat quantum prevalet si se ultra ex
igit et secundum virtutem suam defensare
contendit non unam sed plures coronas
domino remuneratore accipiet Et ut hanc
arripere meamur tua dei adiutorio non
solum extraneorum mulierum sed etiam ancil
larum nostrarum Et quarumcumque vicinarum aut
filie aut ancille cuiuscumque nostrum
colloquium vitare procuret quia quanto
melior est care conditio tanto amplius
facilior Et de tali etc admonet Salo

mon dicens Numquid abscondit aliquis
quis ignem in sinum suo ut vestimenta
eius non comburantur aut ambulabit
super prunas et plante eius non combu
rantur Et illud Pretium meretricis vix
est dimidium panis O quanta iniquitas
o quanta perversitas ut animam quam
Christus pro nobis sacratissimo sanguine redemit
luxuriosus quisque propter unius momenti
delectationem libidinis diabolo pessimo
pro nichilo vendit et tradit Heu
nimis miseranda et plangenda est con
ditio ubi cito perit quod delectat
et permanet sine fine quod cruciat
Sub momento enim libidinis impetus
transit et permanet sine fine anime
infelicis opprobrium Sed dicit aliquis
iuvenis homo sum faciam quod me de
lectat modo et postea penitentiam agam
Quod si dicatis percutio me gladio est
deli et postea vadam ad medicum heu
miser homo nescis quod unius hore
puncto vulnus accipitur sed vix lon
go tempore ad sanitatem pristinam revoca
tur Quia enim fornicantis dicit penitentiam
se acturum quare non timet ne enim
subitanea fercula vel aliquo casu
subita mors superveniens accipiat
et pereat dilatio et succedat eterna
dampnatio Et quia de infelice li
bidine unde locuti sumus credendum
est quod dicit propheta Confractus
est malens vincere se est Huius per
adventum domini nostri ihesu christi per
universa monasteria monachorum
et per clericos vel etiam laicos casti
tatem servantes quasi confractus
malens iste iudicatur quia tamen multo
peius est Quod hinc multo plures
sunt qui ab illo malo cottidie con
fringuntur quam illi qui illius ruin
ne collisione liberentur Unde iterum
atque iterum rogo ut diligentius consi
deremus et quantum possumus contra
illud quod dominus in Evangelio
dicit Qui viderit mulierem ad con
cupiscendum illam iam mechatus
est eam in corde suo Propter quod recipient
iam dictum est non solum ab extraneis
mulieribus sed etiam a vicinis

Involutus i. pollutas fedatas ex maledictionum lacrimis

Ps ad

et a domesticis et emulis nostris re-
cindenda est etiam secreta familiari-
tas / et oculorum inmunda fragilitas
ne illud eveniat nobis quod dominus
per prophetam terribiliter clamat dicens
Mors intrat per fenestras ad animas
nostras. Ve enim illis in quos per vi-
sum oculorum et auditum aurium in-
traverit. Si per linguam tuam amico
tuo / aut famulo tuo insereris ut
ad te meretrix adducatur / aut turpe
cum meretrice locutus fueris per os tuum
gladius eterne mortis ingreditur.
Si aut malum aut sordidum consilium
libenter audieris / si detrahentem a-
luxuriose loquentem aut cantica tur-
pia proferentem non respueris / per aurium
tuarum fenestras mors introivit
ad animam tuam. Et quia dominus
dicit / qui viderit mulierem volun-
tas prava faciendi reputatur pro ope-
re facti. Et sic dum aliquis libenter
mulierem libidinoso oculo considerat
per fenestras corporis sui in secretum
mentis venenum mortis / instillat.
Talis enim cogitatio si aliquando im-
pediatur capi / ut non impleat volun-
tatem pravam. Nichilominus actionis
tenetur condempnatione a domino. Et
si illa iusta est / cum qua libidinis
malum voluit exercere / et ille iam
adulter tenetur in corde suo. Id-
circo audiamus scripturam dicentem illud
Omni custodia serva cor tuum / quia
ex illo vita procedit. Et illud Aver-
te oculos meos ne videant va-
nitatem. Quod si quis carbones ap-
prehendit / si cito eos proicit nichil
ei nocebunt. Si vero diutius tene-
re voluit sine dolore abire non patitur.
Ita ille qui ad concupiscentiam oculorum
defixerit intuitum et libidinis ma-
lum in corde suscipiens moratur in
corde suo hunc liberare per misericordiam
tunc absque sine plaga non pa-
titur. Quod nobis clamoribus cum propheta
Oculi mei semper ad dominum quia ipse evel-
let de laqueis pedes meos. Ipso
domino nostro ihesu christo media-

Mors intrat per oculos

Amicus famula

tore largiente cuius nunc plena est
terra. Amen. **Incipit epistola beati
Jeronimi et presbyteri ad Heliodo-
rum episcopum de contemptu mundi**

Quanto amore et studio con-
tenderim ut pariter in heremo
moraremur conscium mutue
caritatis tue pectus agnoscit.
Quibus lamentis / quo dolore / quo
gemitu te abeunte prosecutus sim
iste quoque littere testes sunt quas la-
crimis cernis ~~[illegible]~~ Verum tu
quasi parvulus delicatus contemptu
rogantis / per blandimenta fovisti et
ego incautus quid tunc agerem ne-
sciebam. Tacerem sed quod ardenter
volebam moderate dissimularem. Sed
non poteram. Impensius obsecrarem
sed audire nolebas quia similiter
non amabas. Quod unum potuit et
spreta caritas fecit. Quem presentem
retinere non valuit nunc querit ab-
sentem. Quoniam igitur et tu ipse abiens po-
stulaveras ut tibi postquam ad deser-
tum migrassem invitatoria ad te scri-
pta transmitterem et ego me facturum
promiseram invito iam propera. Nolo
pristinarum necessitatum recorderis. Nu-
dos amat heremus. Non te antique
peregrinationis terreat difficultas qui
in christo credis et eius crede sermonibus.
Querite primum regnum dei et hec omnia
apponentur vobis. Non tibi pera sumenda
est, non virga est. Affatim dives est
qui in christo pauper est. Sed quid ago
rursus improvide obsecro. Abeant pre-
ces blandimenta discedant / Debet amor
lesus irasci / qui rogantem contempseras
forsitan audias obiurgantem. Quid
agis in paterna domo delicate miles.
Ubi vallis ubi fossa / ubi hiems acta
sub pellibus. Ecce de celo tuba canit.
Ecce cum nubibus debellaturus orbem
imperator armatus egreditur. Ecce bis
acutus gladius ex regis ore procedens
obvia quecumque metit / et tu mihi de cubiculo

ad aciem de umbra egrederis ad solem
Corpus assuetum tunica lorice onus non
fert Caput opertum linteo galeam
recusat Mollem otio manum durus exa-
sperat capulus .i. mucro Audi
edictum regis tui Qui non est mecum ad-
versum me est Et qui mecum non colligit
spargit Recordare tyrocinii tui diem quo
Christo in baptismate consepultus in sacra-
menti verba iurasti pro nomine eius non
te matri parciturum esse non patri Ecce ad-
versarius tuus in pectore tuo Christum cona-
tur occidere Ecce donativum quod
militaturus acceperas hostilia castra
suspirant Licet ex collo parvulus pen-
deat nepos .i. nepotianus Licet sparso
crine scissis vestibus ubera quibus te
nutrierat mater ostendat Licet in limine
pater iaceat per calcatum perge patrem siccis
oculis ad vexillum crucis evola
Solum pietatis genus est in hac re
esse crudelem Veniet veniet postea
dies ille quo victor revertaris in patriam
quo Ierusalem celestem vir fortis coronatus
incedas Tunc municipatum cum Pau-
lo capies Tunc et parentibus eiusdem
civitatis ius petes Tunc et pro me ro-
gabis qui ut vinceres incitavi Neque
vero scio quo nunc dicas compede prepediri
Non est nobis ferreum pectus nec dura
precordia Non ex silice natos hyrcanie
nutriere tigrides et nos per ista transivi-
mus Nunc tibi blandis vidua soror
heret lacertis Nunc illi cum quibus
adolevisti vernule aiunt Cui nos ser-
vituros relinquis Expecta pau-
lisper et sepeli tuos forsitan morituros
Et laxis uberum pellibus mater ara-
tam rugis frontem antiquam referens
malalare congeminet Dicant et si
voluit grammatici In te omnis domus
inclinata recumbit Facile rumpit
hec vincula amor Christi et timor
gehenne At contra scriptura precepit
parentibus obsequendum Sed quicumque
eos supra Christum amat perdit animam suam

∴ Amor Cristi
Timor Gehenne

Gladium tenet hostis ut me perimat
Et ego de matris lacrimis cogitabo
Propter Christum militiam deseram cui se-
pulturam Christi causa non debeo quod
domino passuro quam etiam omnibus eius
causa debeo Domino passuro timide
consulens Petrus scandalum fuit
Paulus retinentibus se fratribus ne Ierusalem
pergeret respondit Quid facitis plo-
rantes et conturbatis cor meum Ego
enim non solum ligari sed etiam mo-
ri paratus sum in Ierusalem pro nomine Ihesu
Christi Aries iste pietatis quo fides
quatitur evangelii retundendus mu-
rone Mater mea et fratres mei
hii sunt qui faciunt voluntatem
patris mei qui in celis est Si credunt
in Christo faveant michi pro eius nomine
pugnaturo Si non credunt mortui
sepeliant mortuos suos Sed hoc
ais in martirio Erras frater erras
si umquam putas Christianum persecutionem
non pati et tunc maxime oppu-
gnaris si te oppugnari nescis Ad-
versarius noster tamquam leo rugiens
et aliquem devorare querens circuit
Et tu pacem putas Sedet in insidiis
cum divitibus in occultis ut interficiat
innocentem Oculi eius in pauperem
respiciunt Insidiatur in occultis sicut
leo in cubili suo Insidiatur ut
rapiat pauperem Et tu frondose ar-
boris tectus umbraculo molles som-
nos futura preda carpis Inde me
persequitur luxuria Inde avaritia co-
natur irrumpere Inde venter
meus vult michi esse deus pro Christo
Compellit libido ut habitantem in
me spiritum sanctum fugem ut templum
eius violem Persequitur me inquam
hostis cui mille nomina nocendi ar-
tes Et ego infelix me victorem
putabo dum capior Nolo frater
carissime examinato pondere peccatorum
minora esse delicta arbitreris omnia
esse que diximus Quamvis apostolus dicat

sententiam que ait. Hoc enim scitote
intelligentes quia omnis fornica-
tor aut inmundus aut avarus
quod est fraudator aut maledicus quod
idolatria non habet hereditatem in regno
Christi et Dei. Et quamquam generaliter
adversum Deum sapiat quidquid
diaboli est idolatrie sit, cui ydo-
la omnia mancipantur, tamen etiam in alio
loco specialiter nominatim que determinat
dicens: Mortificate membra vestra
que sunt super terram deponentes for-
nicationem et inmunditiam et concu-
piscentiam malam et cupiditatem et ava-
ritiam que sunt ydolorum servitus
propter que venit ira Dei in filios
diffidentie. Non est tantum in eo servitus
ydolis si quis duobus digitibus
thura compressa in bustum are
iaciat aut haustum patera fundat
merum. Neget avaritiam esse ydo-
latriam qui potest xxx argenteis
Dominum venditum appellare iustitiam.
Neget sacrilegium in libidine esse
his qui membra Christi et hostiam
vivam placentem Domino Deo cum pu-
blicarum libidinum victimis nepharia
colluvione, id est sorde, vel in inmunditia
violat. Non fateatur ydolatras eos
sed similes eorum qui in actibus aposto-
lorum ex patrimonio propter partem pretii
reservantes presenti periere vindicta.
Animadverte: Non licet tibi quidquam
de tuis habere rebus. Omnis inquit
Dominus qui non renuntiaverit omnibus
que possidet non potest esse meus di-
scipulus. Cur timido animo christianus
es? Respice cum Petro relictum
rethe. Respice surgentem de theo-
loneo publicanum statim apostolum.
Filius hominis non habet ubi caput
reclinet, et amplas porticus et in-
gentia tectorum spatia metiris? He-
reditatem expectas seculi, coheres Christi
non potes esse. Interpretare vocabulum
monarchi, id est monos, quod est unus

vel solitus. Hoc est nomen tuum.
Quid facis in turba, qui solus es? Et
hec ego non integris rate vel mercibus
nec quasi ignarus fluctuum doctus pre-
moneo. Sed quasi nuper naufragio eiectus
in littus timida navigaturis voce denun-
tio. In illo estu caribdis luxurie
salutem vorat. Ibi ore virgineo ad pu-
dicitie perpetranda naufragia Scilla ren-
nidens libido blanditur. Hic barbarum
littus, hic diabolus pirata cum sociis por-
tat vincula capiendis. Nolite credere
nolite esse securi, licet in more sta-
gni fusum equor arrideat, licet
vix summa iacentis elementi spiritu terga
crispentur, magnos hic campus montes
habet. Intus inclusum est periculum, intus est
hostis. Expedite rudentes, vela suspen-
dite, crux antemne figatur in frontibus.
Tranquillitas tempestas est. Sed forsi-
tan dicturus es: Quid ergo? Quicumque
in civitate sunt christiani non sunt? Non
est tibi eadem causa que ceteris. Dominum au-
scultа dicentem: Si vis perfectus esse
vade vende omnia tua et da pauperibus
et sequere me, et veni. Tu autem perfe-
ctum te esse pollicitus es. Nam cum
derelicta te malitia castrasti propter
regnum celorum, quid aliud quam perfectam
secutus es vitam? Perfectus autem servus
Christi nichil preter Christum habet, aut si quid
preter Christum habet perfectus non est. Et si per-
fectus non est, cum se perfectum fore Deo pol-
licitus sit, ante mentitus est. Os autem
quod mentitur occidit animam. Igitur
ut concludam, si perfectus es, cur bona paterna
desideras? Et si perfectus non es, Deum fe-
fellisti. Dominus evangelium in vocibus into-
nat: Non potestis duobus dominis servire.
Et audet quisquam Christum mendacem fa-
cere mamone et domino serviendo? Voci-
feratur ille sepe: Si quis vult venire
post me abneget semetipsum sibi et tollat
crucem suam et sequatur me. Et ego
onustus auro arbitror me Christum sequi?
Qui dicit se in Christum credere debet quomodo
ipse ambulavit et ipse ambulare

Quod si nihil habes, ut te sponte respondere scio, cum tam bene paratus ad bella non militas, nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere, cum in patria sua dominus signa non fecerit. Cur id? cum auctoritate summa defendis. Accipe rationem: Nemo in patria propheta honorem habet. Non quaero, inquies, honores, sufficit mihi conscientia mea. Neque dominus quaerebat, quippe qui ne a turbis rex constitueretur aufugit. Sed ubi honor non est, ibi contemptus; ubi autem contemptus, ibi frequens iniuria; ubi vero iniuria, ibi et indignatio; ubi indignatio, ibi quies nulla; ubi quies non est, ibi mens a proposito saepe deducitur; ubi autem etiam per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus fit ab eo quod tollitur; et ubi minus est, perfectum non potest dici. Ex hac supputatione illa summa nascitur, monachum in patria sua perfectum esse non posse; perfectum autem esse nolle, delinquere est. Sed de hoc gradu pulsus provocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certe in suis urbibus commorantur? Absit ut quicquam de his sinistrum loquar, qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos etiam nos christiani sumus, qui claves regni caelorum habentes quodammodo ante diem iudicii iudicant, qui sponsam domini sobria castitate conservant. Sed et alia quae, quae ante perstrinxi, monachorum causa est et alia clericorum. Clerici oves pascunt, ego pascor. Illi de altario vivunt, mihi quasi infructuosae arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere paupertatem, cum in evangelio anum viduam duo quae sibi supererant aera mittentem laudat dominus. Mihi autem presbyterum sedere non licet; illi, si peccavero, licet me tradere sathane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu. Et in veteri quidem lege quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens spirituali gladio caeditur, aut eiectus de ecclesia rabido daemonum ore discerpitur. Quod si te quoque ad eundem ordinem pia fratrum blandimenta sollicitant, gaudebo de ascensu, timebo de lapsu. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Scimus ista; sed iunge quod sequitur: Oportet autem huiusmodi irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, pudicum, prudentem, ornatum, hospitalem, docibilem, non violentum, non percussorem, sed modestum. Et ceteris quae de eo sequuntur explicitis, non minorem in tertio gradu adhibuit diligentiam dicens: Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpilucros, habentes misterium fidei in conscientia pura. Hii autem probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes. Vae illi homini qui vestem non habens nuptialem ingreditur ad cenam. Nihil superest nisi statim audiat: Amice, quomodo huc intrasti? Et illo obmutescente dicatur ministris: Tollite eum et mittite ligatis pedibus et manibus in tenebras exteriores; illic erit fletus et stridor dentium. Vae illi qui acceptum talentum in sudario ligans, ceteris lucra facientibus, id tantum quod acceperat reservabit. Illico indignantis domini ratione ac clamore ferietur: Serve nequam, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam ad numularios, et ego veniens cum usuris exegissem? Id est deposuisses ad altare quod ferre non poteras. Dum enim tu ignavus negotiator denarium tenes, alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupasti. Quomodo enim qui bene ministrat bonum gradum sibi acquirit, ita qui indigne ad calicem domini accedit reus erit corporis et sanguinis domini. Non omnes episcopi episcopi sunt. Attendis Petrum, sed et Iudam considera. Stephanum suscipis, sed et Nicolaum respice, quem dominus in Apocalipsi sua dampnat sententia, quia non tam turpia sed et nephanda commenta dum neophitus

heresis ex illa vindicte nascetur. Probet
se unusquisque et sic accedat. Non facit
ecclesiastica dignitas christianum. Cornelius
centurio adhuc ethnicus dono spiritus
sancti mundatur. Presbiteros puer Daniel
iudicat. Amos sicomora distrin-
gens repente propheta est. David pa-
stor elegitur in regem. Minimum di-
scipulum amat Ihesus plurimum. Inferius
frater accumbe ut minore veniente superius
invitaberis ascende. Super quem dominus
requiescit nisi super humilem et quietum
et trementem verba sua. Cui plus credi-
tur plus ab eo exigitur. Potentes potenter
tormenta patientur. Nec sibi quisquam
tamen de corporis castitate supplaudat
cum omne verbum otiosum quodcumque locu-
ti fuerint homines reddituri sint pro eo
rationem in die iudicii. Cum etiam homi-
cidii sit reatus convicium in fratrem. Non
est facile stare loco Pauli, Petri
tenere gradum iam cum Christo regnantium.
Ne forte veniat angelus qui scindat ve-
lum templi tui et candelabrum tuum
de loco moveat. Edificaturus turrem
futuri operis sumptus supputa. Infatua-
tum sal ad nichilum prodest nisi ut
proiciatur foras et a porcis conculcetur.
Monachus si ceciderit rogabit pro eo sacer-
dos. Pro sacerdotis lapsu quis rogatu-
rus est. Sed quia e scopulosis locis ena-
vigavit oratio et inter cavas spumeis
fluctibus cautes fragilis in altum
cumba processit. Pandenda sunt vela
ventis et questionum scopulis transna-
dat letantium more nautarum epilogi
celeuma cantandum est. O desertum
floribus Christi vernans. O solitudo in
qua illi nascuntur lapides de quibus
in Apocalipsi civitas magni regis
construitur. O heremus familiarius deo
gaudens. Quid agis frater in seculo qui
maior es mundo. Quamdiu te tectorum
umbre premunt, quamdiu fumosarum
urbium carcer includit. Crede mi-
chi nescio quid plus lucis aspicio. Libet
sarcina corporis abiecta ad purum etheris
volare fulgorem. Paupertatem times.
Sed beatos pauperes Christus appellat.
Labore terreris. Nemo athleta
sine laboribus sudoribus coronatur.

De cibo cogitas sed fides famem non timet.
Super nudam metuis humum exesa
ieiuniis membra collidere sed dominus
tecum iacet. Squalidi capitis horret in-
culta cesaries sed caput tuum Christus est.
Infinita vastitas heremi terret sed tu
paradisum mente deambula. Quotiens illuc
mente conscenderis totiens in heremo
non eris. Scabra sine balneis attrahitur
cutis. Sed qui in Christo semel lotus est
non habet necesse iterum lavari. Et ut breviter
ad cuncta audias apostolum respondentem. Non
sunt condigne [illegible] passiones huius
temporis ad futuram gloriam que revela-
bitur in nobis. Delicatus es frater carissime
miles si et hic gaudere vis cum seculo
et postea regnare cum Christo. Veniet
veniet illa dies qua corruptivum hoc
et mortale induat incorruptionem et immor-
talitatem. Beatus servus quem cum dominus
invenerit vigilantem. Tunc ad vocem tu-
be pavebit terra cum populis, tu gaude-
bis. Iudicaturo domino lugubre mundus
immugiet et tribus ad tribum pectora fe-
rient. Potentissimi quondam reges
nudo latere palpitabunt. Exhibebitur
cum prole sua vere tunc igneus Iupiter.
Adducetur cum suis stultus Plato disci-
pulis. Aristotilis argumenta non proderunt.
Tunc tu rusticanus et pauper exul-
tabis ac dices: Ecce crucifixus deus meus.
Ecce iudex qui obvolutus pannis in pre-
sepio vagiit. Hic est ille operarii ac questuarie
filius. Hic qui matris gestatus sinu
homo deus qui fugit in Egiptum. Hic
vestitus coccino. Hic. Hic. Hic sentibus
coronatus. Hic magus demonium habens et
samaritas. Cerne manus Iudee quas
fixeras. Cerne latus Romane quod fode-
ras. Videte corpus an idem sit quod dicebatis
clam nocte surripuisse discipulos. Ut
hec frater et dicere tecum me invitavit dilecte
ne hiis interesse contingat cui nunc
labor durus est etc.

Jeronimus ad Amandum presbiterum De quibusdam questionibus

Brevis epistola longas explanare non
valet questiones et in arto multa
concludens stringe verbis quod sensibus
dilatatum est. Interrogas quid sibi velit
illud in Ewangelio Mathei. Nolite

Reges palpitabunt
plato stultus
Aristotili argumenta

solicitum esse de crastino sufficit enim diei ma-
litia sua. Crastinum in scripturis sanctis fu-
turum tempus significat. Sicuti Jacob
in Genesi loquitur: Exaudiet me cras
iustitia mea, et ubi altare extruxerunt adu-
abus tribubus Ruben Gad et dimidia
tribu Manasse, et a cuncto Israhele ad
eos legati mittuntur, cum Finees pontifici
respondissent, ideo se altare fecisse ne
cras filiis eorum diceretur: Vestri possessio non
est. Et multa huiusmodi in veteri repe-
ries testamento. Qui ergo de futuris nos
cogitare prohibuit concessit de presentibus
propter humane vite fragilitatem. Et autem
adiecit huius: sufficit diei malitia sua,
hoc modo intelligitur: Sufficit nobis
de presentibus huius seculi angustiis cogitare.
Quid necesse est ad incerta et futura ex-
tendere que aut consequi non possumus aut
consequentes cito invenerimus. Kaki-
a enim que latinus vertit in malitia
apud grecos duo significat: malitiam
et afflictionem. Et autem kakiou grece
dicitur, et hic malitia magis transferri
debuit. Et si contentiose quis dicit
nolens kakian afflictionem et angustias
sed malitia dici, illo sensu exponendum
est quo mundus in maligno positus est, et in
malo positus sit. Et in dominica oratione
dicimus: Libera nos a malo, ut suffici-
at nobis contra malitiam huius seculi pugnare.
Hec etiamnunc. Instruendo quemque de beati
apostoli Pauli prima ad Corinthios epistola
in qua loquitur: Omne peccatum quod fecerit
homo extra corpus est; qui autem fornica-
tur in corpus suum peccat. Legamus ergo pau-
lulum paulo superius, et sic ad hec verba
veniamus, ne de extremis partibus, et
ut ita dicam cauda capitis totam materiam
nosse cupiamus. Corpus inquit non est deditum
fornicationi sed domino et dominus corpori.
Deus autem qui dominum suscitavit per domini
virtutem suam, suscitabit nos cum illo. Ne-
scitis quoniam corpora vestra membra Christi sunt.
Tollens ergo membra Christi faciam membra
meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui
adheret se meretrici unum corpus est? Erunt
enim duo in carne una. Qui autem adhe-
ret domino unus spiritus est. Fugite
fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit
homo extra corpus est; qui autem for-
nicatur in corpus suum peccat. Et reli-
qua. Cunctis apostolus contra luxuriam di-
sputans dicit: Esca ventri et venter
escis, Deus autem et hunc et illa destruet.
Consequenter venit ad fornicationem. Etenim
luxuria mater libidinis, venter quoque di-
stentus cibo et vini potionibus irriga-
tus voluptas genitalium. Atque
ut alibi dictum est per membrorum ordinem
ordo vitiorum est. Omne itaque peccatum
verbi gratia furtum, homicidium, rapina,
periurium et cetera huius similia, post
factum penitudinem habent. Et licet in-
vitent lucra, tamen mordet conscientiam.
Voluptas sola ac libido etiam in ipso
tempore penitendi preteritos stimulos pati-
tur titillatione carnis et incentiva pecca-
ti, et per hec que corrigi cupimus cogi-
tantes rursum sit materia delinquendi.
Aliter cetera peccata forinsecus sunt. Et
quid enim exterius in aliquo exprimimus,
fornicatio non solum conscientiam fornicantis
sed et corpus maculat. Hac secundum
sententiam domini in qua ait: Propterea
homo relinquet patrem et matrem et ad-
herebit uxori sue, et erunt una caro,
etiam ipsa cum meretrice unum corpus
efficitur, et peccat in corpus suum de
templo Christi faciens esse meretricis. Di-
camus et aliud ne ullo gratie sue
partem videamur. Aliud est peccare per
corpus aliud in corpore. Furtum homi-
cidium et cetera absque fornicatione
peccata manu administramus extrinsecus.
Fornicatio sola in corpore nostro exercetur
et a nobis non per corpus alio. Refero pro-
positum misterium. Hec autem in se pas-
sionem. Sed qui ita differunt aiunt ex-
secundum scripturam sanctam uxor viri
corpus sit. Et quicumque fornicatus sit
peccat in corpus suum, hoc est in uxo-
rem, dum eam sua fornicatione co-
maculat et facit eam non peccantem
sui commissione peccare. Repperi inventa
epistole convictaculo breve capitulum in qua
hec inedita scribantur. Erunt duo hoc id

ame vir mulier relicto viro adultero
et sodomita et alio viro accepto pos
sit absque pena communione ecclesie vivente
adhuc eo quem prius relinquebat Et
legens illius capituli recordatus sum
ad excusandas excusationes in peccatis
quos cum hominibus viris inris fu
nemus, et quod ipsa faciunt voluntate
ad nature referimus necessitatem, quod
si dicat adolescens Cum pacior
corporis me ad libidinem ardor im
pellit, Ipsa organa genitalium et con
posito corporis feminam querit amplex
ens Et rursum si homicida sce
state inquit, crimini indigebam, ideo
alienum sanguinem fudi, ne ipse fame
et frigore morerer Dicito deo itaque so
re que a nobis super statu suo querelis
non nostras, sed apostoli sumas Aut ig
noratis fratres Scientibus enim legem
loquor, quia lex dominatur homini
quanto tempore vivit Mulier vero que
sub viro est vivente viro iuncta
est legi Et si mortuus fuit vir
eius libera est a lege viri Ergo vi
vente viro adultera si duxerit
alium virum Et in alio loco Mulier
alligata est quanto tempore vir vivit eius
Si dormierit vir libera est, cui volt
nubat tantum in domino Omnis autem cau
sationes apostolus amplians apertissime
diffinivit Vivente viro adulteram
esse mulierem si alteri nupserit Nolo
michi proferas raptores violentiam
matris persuasionem patris auctoritatem
propinquorum catervam servorum insidias
contemptum dampna rei familiaris
quamdiu vivit vir licet adulter sit
licet sodomita, licet flagitiis omnibus
coopertus et ab uxore propter hec scelera
derelictus maritus est reputandus
Cui alium virum accipere non licet Nec
hoc apostolus propria auctoritate decrevit
Sed christo in se loquente christi verba secu
tus est, qui ait in Evangelio Qui
dimittit uxorem, preter excepta causa
fornicationis facit eam mechari Et
qui dimissam acceperit adulter est
Sive ipsa dimisit virum sive a viro di

missa sit Adulter est qui eam acceperit
Unde et apostoli gravem coniugii sarcinam
intelligentes Si ita est est inquiunt
Non expedit homini uxorem accipere
ad quod dominus Qui potest inquit capere
capiat, Statimque sub exemplo trium
eunuchorum virginitatis infert beatitudinem
que nulla carnis lege retinetur Ne
que satis animadvertere potui quid sit
quod dicere voluit alio viro per vim
accepto, Congregata videlicet multitudine
nolente rapuit, et virum postea eam non rap
torem rapta dimisit Legat librum
Moysi et inveniet desponsatam viro
si in civitate fuit oppressa et non clama
verit puniri quasi adulteram Si autem
in agro oppressam innocentem esse a
scelere, et violentum legibus subiacere
Ergo et ista soror que ut dicit vi
passa est ut adulteros iungeretur Si vult
corpus christi accipere et non adultera re
putari agat penitentiam Ita dumtaxat
ut secundo viro qui non appellatur vir
sed adulter alterius postea non copuletur
Et si ei durum videtur et semel di
lectum non posse delinquere, nec dum
presente voluptati Audiat apostolum cla
mantem Non potestis calicem domini
bibere et calicem demoniorum Non potestis
mense domini communicare et mense demo
niorum Et in alio loco Que communicatio
luci ac tenebris Qui consensus christo
ac belial Rem novam loquor,
immo non novam sed veterem, que veteris
testamenti auctoritate firmatur, si recipere
voluit priori viro et reconciliari priori
voluit non potest Scriptum est enim ut Deutero
nomio Si acceperit homo uxorem
et habuerit eam et non invenerit gratiam
in conspectu eius propter aliquam feditatem
scribat libellum repudii, et dabit ei
et dimittat eam de domo sua Cum
que egressa alium maritum duxerit, et ille
quoque oderit eam dederitque ei libellum
repudii et dimiserit de domo sua, aut
certe mortuus fuerit, non poterit prior mari
tus recipere eam in uxorem, quia pol
luta est, et abhominabilis facta est

torum domini. Nec peccare facias trad-
tum quam dominus de eius manibus tradidit
possidendam. Unde non obsecro te ut co-
gitans cum uno priores cum ad sa-
lutem. Unde carnes sive indigentes
et contectio. Nec est meditatione tibi pax si
vivens cum tranquillitate clama ut ti-
bi non parcit medicus ut parcat semper ut
miseratur etc. Jeronimus ad
Nepotianum de vita clericorum

Petis a me Nepotiane carissime
litteris transmarinis et crebro
petis ut tibi brevi volumine digeram
precepta vivendi et qua ratione is qui
seculi militia derelicta vel monachus ce-
perit esse vel clericus rectum Christi tra-
mitem teneat, ne ad diversa viciorum
diverticula rapiatur. Dum essem adole-
scens immo pene puer, et primos im-
petus lascivientis etatis heremi duri-
cia refrenarem, scripsi ad avunculum
tuum sanctum Heliodorum exhortato-
riam epistolam plenam lacrimis queri-
moniisque, et que deserti sodalis
monstraret affectum. Sed in illo ope-
re pro etate tunc lusimus et calentibus
adhuc rhetorum studiis atque doctrinis quedam
scolastico flore depinximus. Nunc
iam cano capite et arata rugis
fronte et instar boum pendentibus
a mento palearibus frigidus obsistit
circum precordia sanguis. Unde et
in alio loco idem poeta canit: Omnia
fert etas animum quoque, et post modicum: Nunc
oblita mihi tot carmina, vox
quoque Moerim iam fugit ipsa. Et
ne gentili tantum litteratura proferre vi-
deamur, divinorum voluminum sacra-
menta cognosce. David annos
lxx bellicosus quondam vir senec-
tute frigescente non poterat calefi-
eri. Queritur itaque puella de universis
finibus Israel Abisac Sunamitis

que cum rege dormiret et seni-
le corpus calefaceret. Nonne tibi
videtur si occidentem sequaris
litteram vel figmentum de mimo
vel atellanarum ludicra? Frigidus
senex obvolvitur vestimentis
et nisi complexu adolescen-
tule non tepescit. Vivebat adhuc
Bethsabee, supererat Abigail et
relique uxores et concubine quas
scriptura commemorat. Omnes quasi
frigide repudiantur, et in unius
tantum grandeve calescit amplexi-
bus. Abraham multo David
senior fuit et tamen vivente Sara
aliam non quesivit uxorem. Ysa-
ac duplices David annos
habuit et cum Rebecca iam vetula
nunquam refriguit. Taceo de prioribus
ante diluvium viris qui post annos
nongentos non dico senilibus
sed pene iam cariosis artubus
nequaquam puellares quesiere
amplexus. Certe Moyses dux
israhelitici populi cxx annos
habebat et Zephoram non mutavit.
Que est ista igitur Sunamitis et
uxor et virgo tam fervens ut frigidum
calefaceret, tam sancta ut calentem
ad libidinem non provocaret? Expo-
nat sapientissimus Salomon
patris sui delicias et pacificus
bellatoris viri narrat amplexus:
Posside sapientiam, posside intellige-
ntiam. Ne obliviscaris neque decli-
naveris a verbis oris mei. Ne de-
relinquas eam et apprehendat te.
Ama illam et exaltabit te.
Principium sapientie posside sapientiam
et in omni possessione tua possi-
de intelligentiam. Circumda illam
et exaltabit te. Honora illam
et amplexabit te, ut det ca-
piti tuo coronam gratiarum. Corona

dindecla sunt [illegible] que separant
a via [illegible]

palearia sunt pelles boum sub collo
dependentes

quoque deliciarum proteget te. Omnes
pene virtutes corporis mutantur in senibus
bus et crescente sola sapientia decrescunt
cetera. Crebra ieiunia chameunie

Modi fugiendi libidine

huc illuc que discursus peregrinorum
susceptio defensio pauperum instantia
orationum et perseverantia visitatio
languentium labor manuum unde
prebeantur elemosine. Et ne sermo-
nem longius traham cuncta que
per corpus exercentur fracto corpore
minora fiant necesse est. Nec hoc
dico quod in iuvenibus et adhuc so-
lidioris etatis hiis dumtaxat
qui labore et ardentissimo studio
vite quoque sanctimonia et oratione
ad dominum iesum frequentia scientiam
consecuti sunt. Non frigeat sapientia
que in plerisque senibus etate mar-
cescit. sed quod ab adolescentia multa
corporis sustineat bella et inter incen-
tiva vitiorum et carnis titillationes
quasi ignis in lignis viridibus
suffocetur et suum non possit expli-
care fulgorem. Senectus vero eorum
admoneo rursus qui adolescentiam suam
honestis artibus instruxerunt et
in lege domini meditati sunt die
ac nocte etate fit doctior usu
instructior processu temporis sapientior
et veterum studiorum dulcissimos
fructus metit. Unde sapiens ille

Plato
[illegible]

grecie themistocles cum expletis
c vii annis se mori cerneret dixisse
se fertur se dolere quod tunc egrederetur
e vita quando sapere cepisset. Pla-
to octogesimo primo anno scribens
mortuus est. et socrates xc ix
annos in docendi scribendique dolore
laboreque complevit. Taceo ceteros
philosophos pythagoram democritum
xenocratem zenonem et cleantem
qui iam etate longeva in sapientie
studiis floruerunt. Ad poetas venio
homerum hesiodum simonidem
stersicorum qui grandes natu ci-
gnorum nescio quid et solito dulcius

vicina morte cecinerunt. Sophocles
cum propter nimiam senectutem et rei famil-
iaris negligentiam a filiis amentie edy-
pi fabulam accusaretur quam nuper
scripserat recitavit iudicibus et tante
sapientie in etate fracta specimen dedit
ut severitatem tribunalis in favorem
theatri converteret. Nec mirum cum
etiam katho censorius et romani
generis disertissimus iam senex gre-
cas litteras discere nec erubuit nec
desperavit. Certe homerus refert
quod de lingua nestoris iam vetu-
sti et pene decrepiti dulcior melle
oratio fluxerit. Sed et ipsius nominis
abisag sacramentum sapientiam senum
indicat ampliorem. Interpretatur
enim pater meus superfluus vel pa-
tris mei rugitus. Verbum superfluum am-
biguum est. Sed in presenti loco virtute
sonat quod amplior sit in senibus
et redundans hac largita sapientia.
In alio autem loco superfluus quasi
non necessarius ponitur. Abisag autem
id est rugitus proprie nuncupatur quando
ut maris fluctus resonat. Et ut ita
dicam de pelago veniens fremitus
auditur. Ex quo ostenditur habun-
dantissimam et ultra humanam vocem
in senibus divini sermonis tonitruum
commorari. Porro sunamitis in lingua
nostra coccinea dicitur ut significet
sapientiam calere et divina lectione fer-
vere. Quod licet dominici sanguinis
indicet sacramentum tamen et fervorem
ostendit sapientie. Unde et obstetrix
illa in genesi coccinum ligat in ma-
nu phares qui ab eo quod parietem
diviserat duos populos ante sepa-
rantem divisoris id est phares sor-
titus est nomen. Et raab meretrix
in typo ecclesie resticulam mistici
sanguinis continentem ut iericho pe-
riente eius domus salvaretur ap-
pendit. Unde etiam in alio loco

De verbis sancte scripture commemorat
hii sunt hii venerunt de calore do
mus Raab et dominus noster in ewangelio
Ignem veni inquit mittere super terram,
et quid volo nisi ut ardeat. qui in
discipulorum cordibus succensus cogebat
eos dicere Nonne cor nostrum erat ardens
in nobis dum loqueretur nobis in via
et aperiret nobis scripturas Quorsum
hec tam longe repetita principio
ne a me queratis pueriles declamationes
sententiarum flosculos verborum lenocinia et
per fines capitulorum singulorum acuta quedam
breviterque conclusa que plausus et cla
mores excitent audientium Amplex
tatur me modo sapientia et abysag
nostra que numquam senescit in meo
requiescat sinu Impolluta est virgini
tatis perpetue, et que in similitu
dine Marie cum cottidie generet
semperque parturiat incorrupta est Hinc
arbitror dixisse apostolum spiritu ferventes
Et in ewangelio dominum predicasse quod in
fine mundi, qui non iuxta prophetam Za
chariam stulti pastoris esse cepit sa
pientia decrescente refrigescet cari
tas multorum Audi igitur ut beatus
Cyprianus ait, non diserta sed fortia
audi fratrem collegio patrem senio qui
te ab incunabulis fidei usque ad per
fectam ducat etatem et per singulos gra
dus vivendi precepta constituens in te
ceteros erudiat Scio quidem ab avun
culo tuo beato Heliodoro, qui nunc
pontifex Christi est, te et didicisse que
sancta sunt et cottidie discere normam
que vite eius et exemplum habere virtutum
Sed et nostra qualiacumque sunt suscipe
et libellum hunc libello illius
copulato, ut ille te monachum
erudierit, hic clericum doceat esse
perfectum Igitur clericus qui Christi
servit ecclesie interpretetur primo
vocabulum suum et nominis diffi
nitione prolata nitatur esse quod dicitur
Si enim cleros grece latine sors ap
pellatur, propterea vocantur clerici — De clericis
quia de sorte sunt domini, vel quia
ipse dominus sors id est pars clericorum
est Et quia vel ipse pars domini
est vel dominum partem habet, talem
se exhibere debet, ut et ipse possideat
dominum et ipse possideatur a domino
Qui dominum possidet, et cum propheta
dicit pars mea dominus, nichil
extra dominum habere potest Quod si quippiam
aliud habuerit preter dominum pars eius non
erit dominus Verbi gratia si aurum
si argentum si possessiones si variam
supellectilem cum istis partibus pars
eius fieri non dignatur Si autem ego
pars domini sum et funiculus hereditatis
eius nec accipio partes inter ceteras
tribus, sed quasi levita et sacerdos
vivo de decimis, et altari serviens
altaris oblatione sustentor Habens
victum et vestitum his contentus
ero, et nudam crucem nudus sequar
Obsecro itaque te et repetens iterum
que monebo ne officium clericatus
genus antique milicie putes
id est ne lucra seculi in Christi que
ras milicia Ne plus habeas quam
quando clericus esse cepisti et dica
tur tibi Cleri eorum non proderunt eis
Mensulam tuam pauperes et peregrini
et cum illis Christus conviva noverit
Negociatorem clericum et ex inope — Auctor nota
divitem et ex ignobili gloriosum
quasi quandam pestem fuge
Corrumpunt mores bonos con
fabulaciones pessime Tu aurum
contempnis, alius diligit, tu cal
cas opes ille sectatur, tibi cordi est
silentium mansuetudo secretum illi
loquacitas Attrita frons fora
placent et platee et medicorum

q̄d ad

tabne situanta more discordia. que
pt esse concordia. Hospitiolum tuum
aut raro aut numquam mulierum pe
des terant. Omnes puellas et v
gines xpi aut equaliter ignora aut
equaliter dilige, ne sub eodem tecto
maseris. Nec in preterita castitate
confidas. Nec dauid sanctior, nec
salamone potes esse sapientior.
Memento semper quod paradisi colonum
de possessione sua mulier eiecerit.
Egrotanti tibi sanctus quilibet frater assistat
et germana vel mater, aut probata
quelibet apud omnes fidem. Quod
si huiuscemodi non fuerint consan
guinitatis castimonie quoque persone,
multas anus nutrit ecclesia, que
et officium prebeant, et beneficium acci
piant ministrando, ut infirmitas
quoque tua fructum habeat elemo
sine. Scio quosdam conualuisse corpore
et animo egrotare cepisse. periculose
tibi ministrat cuius vultum frequenter
attendis. Si propter officium clericatus
aut vidua visitatur, a virgo, numquam
domum solus introeas. Tales habeto
socios quorum contubernio ne infameris.
Si lector, si accolitus, si psalmista
te sequitur non ornentur veste, sed mo
ribus. Nec calamistro crispent comas
sed pudicitiam habitu polliceantur.
Solus cum sola, et absque arbitro vel
teste non sedeas. Si familiarius est
aliquid loquendum, habet nutricem maiorem
domus, virginem viduam maritatam.
Non est tam inhumana, ut nullum
preter te habeat, cui se audeat credere.
Caueto omnes suspiciones. Et quid
quid probabiliter fingi potest ne fingatur
ante deuita. Crebra munuscula
et oratoriola et fasciolas et ve
stes ori applicatas et oblatos ac
degustatos cibos blandas quoque litteras
et dulces sanctus amor non habet.
Mel meum et lumen meum meumque

desiderium. Omnes delicias et lepores
et risu dignas urbanitates et ceteras
ineptias amatorum in comediis erube
scimus, in seculi hominibus detestamur.
quanto magis in monachis et in clericis
quorum et sacerdotium proposito, et propositum
ornatur sacerdotio. Nec hoc dico quod
in te aut in sanctis viris ista formidem
sed quod in omni proposito in omni gradu
et sexu et boni et mali reperiantur
malorum quoque condempnatio laus est bo
norum sit. Pudet dicere sacerdotes idolorum
et scorta mimi hereditates capiunt
auriga, solis clericis et monachis hac
lege prohibetur, et prohibetur non a per
secutoribus, sed a principibus christianis.
Nec de lege conqueror, sed doleo cur
meruimus hanc legem. Cauterium bo
num est. Sed quid michi vulnus ut
indigeam cauterio. Prouida et secura est
legis cautio, et tamen nec sic refre
natur auaritia. Per fidei commissa legi
bus illudimus et quasi maiora sint
imperatorum scita, quam xpi leges te
nemus, euangelia contempnimus. Sit
heres, sed mater filiorum id est gregis sui
ecclesia que illos genuit et pauit. Quid
nos inserimus inter matrem et liberos.
Gloria episcopi est pauperum opibus prouidere.
Ignominia sacerdotum est. In translatione in
canone propriis diuiciis episcopi studere
diuitiis. Natus in paupere domo,
et in tugurio rusticano, qui vix milio
et cibario pane rugientem saturare
uentrem poteram. Nunc similia et
mella fastidio. Noui et genera et nomina
piscium in quo littore collecta sint
calleo saporibus auium, discerno pro
uincias, et ciborum raritas, ac nouis
sime dampna ipsa me delectant. Au
dio preterea in senes et anus absque li
beris quorum dam turpe seruitium. Ipsi ap
ponunt matulam et obsident lectum
et purulentiam stomachi et flegmata
pulmonis manu propria suscipiunt.
Pauent ad introitum medici trementibus

Divinas lege scripturas · Heliodore

que labris cum commodius herent stringuntur et si paululum senex vegetior fuit periclitantur ac simulata leticia mens intus avara torquetur. Timent enim ne perdat ministerium, vivacem senem Mathusale annis comparant. O quanta apud Deum merces, si in presenti premium non sperarent. Quantis sudoribus hereditas cassa expetitur. In minori labore ~~Margaritum~~ margaritum Christi emi potest. Divinas scripturas sepius lege, immo numquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Optine eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana et contra dicentes revincere. Permane in hiis que tradita sunt tibi et que didicisti, sciens a quo didiceris, paratus semper ad satisfactionem omni poscenti te racionem de ea que in te est spe. Non confundant opera sermonem tuum, ne cum in ecclesia loqueris tacitus quilibet respondeat: Cur ergo hec que dicis ipse non facis? Delicatus magister est qui ventre pleno de ieiuniis disputat. Accusare avariciam et latro potest. Sacerdotis Christi os, manus, mens concordet. Esto subiectus pontifici tuo et quasi anime parentem suscipe. Amare filiorum, timere servorum est. Si pater sum, inquit, ubi est honor meus? Si dominus ego sum, ubi est timor meus? Plura tibi in eodem viro observanda sunt nomina: monachus, pontifex, avunculus. Sed et episcopi sacerdotes se sciant esse, non dominos; honorent clericos quasi clericos, ut et ipsis a clericis quasi episcopis deferatur. Scitum illud est oratoris Domitii: Cur ego te, inquit, habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem? Quod Aaron et filios eius, hoc esse episcopum et presbiteros noverimus. Unus Dominus, unum templum, unum sit etiam ministerium. Recordemur semper quod Petrus apostolus precipit sacerdotibus: I Petri v°. Pascite eum qui in vobis est gregem Domini, providentes non coacte,

sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gracia sed voluntarie, neque ut dominantes in clerum, sed forma facti gregis ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum percipiatis inmarcescibilem glorie coronam. Pessime consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbiteros et presentibus episcopis non loqui, quasi aut invideant aut indignentur audire. Et si alii, inquit, fuerit revelatum sedenti, prior taceat. Potestis enim per singulos prophetare, ut omnes discant et omnes consolentur, et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est Deus sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat episcopus in iudicio suo cum tales elegerit Christo sacerdotes. Docente te in ecclesia non clamor populi sed gemitus suscitetur, lacrime auditorum laudes tue sint. Sermo presbiteri scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse et rabulam garrulumque, sed misteriorum peritum et sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba volvere et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admiracionem sui facere indoctorum hominum est. Attrita frons interpretatur sepe quod nescit et cum aliis persuaserit sibi quoque usurpat scienciam. Preceptor quondam meus Gregorius Nazanzenus rogatus a me ut exponeret quid sibi videtur in Luca sabbatum deuteroproton, id est secundo primum, eleganter lusit: Docebo te, inquiens, super hac re in ecclesia, in qua michi acclamante omni populo cogeris invitus scire quod nesciens, aut certe si tacueris solus ab omnibus stulticie condempnaberis. Nichil tam facile quam vilem *Aut pulc* plebiculam et indoctam concionem lingue volubilitate decipere, que quicquid non intelligit plus miratur. Marcus Tullius, apud quem pulcherrimum illud elogium, Demostenes tibi preripuit ne esses primus orator, et tu illi ne solus

Nō ad

Ne his fratribus laudes loquor in
ozone pposito gallio Item de formare
famose vulgi eloquor cum que ipse
semper expertus homines plurimi recorda
ta poete Omnis quidem poeta nominatus
homo plenatus tamen sunt illa quinta
potestatis at philosophorum tu facit ascripsit
et menander me se et alio loco So
cratem atque epicurum differentes quorum
etates non manus sed seculis summus
esse distinctas Atque his pposito plan
sus et clamores movet discipulos eum
discipulos hic in theatro qui simul
laus non audierunt Vestes pullas
eque et candidas ornatus et sordes pari
modo fugienda quia altera delicias altera
gloriam redolet Non absque amictu
lineo incedere sed pretium vestium linearum
vestium non habere laudabile est Aliquin
ridiculum et plenum dedecoris refer
to marsupio quod sudarium orarium
non habeas gloriari Sunt qui pauperibus
parum tribuunt ut amplius accipiant
et sub pretextu elemosine divitias
querunt que magis venatio appella
da est quam elemosina Sic bestie
sic aves sic capiuntur matronarum in
eo seculi prthonum Erat episcopus
cui commissa est ecclesia que dispensatori
pauperum iure quod sufficiat Melius
est habere non quod tribuas quam impu
denter petere Sed et genus arroganti
tie est clementiorem te velle videri quam
pontifex Christi est Non omnia pos
sumus omnes alius in ecclesia oculus
est alius lingua alius manus
alius pes auris venter et cetera Lege
paulum ad Corinthios ubi diversa mem
bra unum corpus efficiunt Nec ru
sticus et simplex frater ideo se sanctum
putet si nichil noverit Nec peritus
et eloquens in lingua estimet
sanctitatem Multo quod melius est e duobus
imperfectis rusticitatem sanctam habere quam
eloquentiam peccatricem Multi edificant
parietes et columpnas ecclesie subtrahunt
Marmora nitent auro splendent
laquearia gemmis altare distinguitur
et ministrorum Christi nulla est electio Ne
que vero michi aliquis opponat dives

in Iudea templum mensam lucernas
turibula patellas ciphos mortariola
et cetera ex auro fabrefacta Tunc hec
probabantur a domino quando sacerdotes ho
stias immolabant et sanguis pecudum
erat redemptio peccatorum Quamquam hec omnia
precesserunt in figura scripta sunt autem
propter nos in quos fines seculorum devene
runt Nunc vero cum paupertate domus
sue pauper dominus dedicavit portemus
crucem et delicias lutum putabimus
Item miramur quod Christus vocat
iniquum mamona quid suscipimus
et amamus quod Petrus se non habere
testatur Alioquin si tantum litteram sequimur
et in auro atque divitiis simplex nos
delectat hystoria cum auro observemus
et cetera Ducant pontifices Christi uxo
res virgines quamvis bone mentis sint
Cum cicatricem habuit et deformis est
privetur a sacerdotio lepra corporis
ante vitiis preferatur Crescamus
et multiplicemur et repleamus terram
nec immolemus agnum nec misticum
pascha celebremus quia hoc absque templo
fieri lege prohibetur Figamus septimo
mense tabernaculum et solempne ieiu
nio buccina concrepemus Quod si hec
omnia spiritualibus spiritualia comparantes
pricetes quod cum paulo quod lex spiritualis
est et verba David cantantes Revela
oculos meos et considerabo mirabilia
de lege tua Sic intelligamus ut dominus
quoque noster intellexit et interpretatus est
sabbatum Aut aurum repudiemus cum
ceteris superstitionibus iudeorum aut si
aurum placet placeat et iudei quos
cum auro aut probare necesse est nobis aut
dampnare Convivia tibi vitanda
sunt secularium maxime eorum qui ho
noribus tument Turpe est ante fores
sacerdotis domini crucifixi et pauperis
et qui cibo quoque vescebatur alieno
lictores consulum et milites excubare
iudicemque provincie melius iuste apud te
prandere quam in palatio Quod si obtenderis
Deus facere te hec ut roges pro miseris
atque subiectis Iudex secularis plus
defert clerico continenti quam diviti et magis

de platea elemosina

Melior est sancta rusticitas quam eloquentia peccatrix

Sicera

sanctitatem tuam veneratur. Si cum opes dant, si clericus est qui non audiat clericos nisi im-filias, libenter tacebo huius remedii beneficio et Christum magis rogabo providere qui ministris pt... Melius est enim confidere in domino quam confidere in homine. Melius est sperare in domino quam sperare in principibus. Nunquam vinum redoleas, ne audias illud philosophi: hoc non est osculum porrigere sed propinare. Vinolentos sacerdotes et apostolus dampnat et vetus lex prohibet. Qui altario serviunt vinum et siceram non bibant. Sicera hebreo sermone omnis potio nuncupatur que inebriari potest, sive illa que fermento conficitur, sive pomorum succo, aut favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat et statum mentis evertit, fuge similiter et vinum. Nec hoc dico quod dei a nobis creatura dampnetur, siquidem et dominus vini potator est appellatus. Et thimotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est, sed modum etatis et valitudinis et corporum qualitates exigimus in potando, quod si absque vino ardeo et adolescentie inflammor calore et tenaci sanguine succulento validoque sum corpore, libenter carebo poculo in quo suspicio veneni est. Pulcre dicitur apud grecos, sed nescio utrum apud nos eque resonet: Pinguis venter non gignit sensum tenuem. Tantum tibi ieiuniorum impone quantum ferre potes. Sint tibi ieiunia casta simplicia moderata et non superstitiosa. Quid prodest oleo non vesci et molestias quasdam facultatesque ciborum querere, caricas, piper, nuces, id est palmarum fructus, similam, mel, pistatia? Tota ortorum cultura vexatur ut cibario non vescamur pane. Audio preterea quosdam contra hominum quoque naturam aquam non bibere nec vesci pane, sed sorbitiunculas delicatas

et contrita olera betarumque succum non calice sorbere sed concha. Pro pudor, non erubescimus istiusmodi ineptiis nec tedet superstitionis? Insuper etiam famam abstinentie in deliciis querimus. Fortissimum ieiunium est aqua et panis, sed quia gloriam non habet et omnes pane et aqua vivimus, quasi publicum et commune non putatur. Cave ne hominum rumusculos aucuperis, ne in offensam dei populorum laudem commutes. Si adhuc inquit apostolus hominibus placerem, Christi servus non essem. Desiit placere hominibus et servus factus est Christi. Per bonam et malam famam a dextris et sinistris Christi miles graditur. Nec laude extollitur nec vituperatione frangitur. Non divitiis tumet, non contrahitur paupertate, et leta contempnit et tristia. Per diem sol non urit eum neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectum iter precum tuarum frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias et ostentui habere phylacteria et conscientia repugnante pharisaica ambitione circumdari. Hinc dependet evangelium, unde cum et propheta fidelis meus lector intelligis quid taceam et quid magis tacendo loquar. Tot regule quot species gloriam. Quanto magis melius est hec non in corpore sed in corde gestare, Deum habere fautorem, non aspectus hominum. Vis scire quales querat dominus ornatus? Habeto iusticiam, prudentiam, temperantiam, fortitudinem. His celi plagas include. Hec te quadriga velut aurigam Christi ad metam concitum ferat. Nil hoc monili preciosius. Nichil hac gemmarum varietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris atque protegeris, et ornamento tibi sunt ut munimini. Gemme vertuntur in scuta. Cave quoque ne aut linguam aut aures habeas prurientes, id est ne aut ipse aliis detrahas aut alios audias detrahentes.

Sacerdotes platearum
Phylacteria

Sedens inquit adversus fratrem tuum
loquebaris detrahendo et adversus
filium matris tue ponebas scandalum. Hec
fecisti et tacui. Existimasti ini-
quitatem quod ero tui similis. Arguam
te et statuam te contra faciem
tuam. Sic audiatur sermones tuos
et cuncta que de aliis loqueris
et tua sententia iudicaris. In hoc
ipse deprehenderis quod in aliis ar-
guebas. Neque vero illa iusta est ex-
cusatio: referentibus aliis iniuriam
facere non possum. Nemo invito
auditori libenter refert. Sagitta
in lapidem numquam figitur, interdum
resiliens percutit dirigentem. Discat
detractor dum te videt non libenter
audire, non facile detrahere. Cum
detractoribus ait Salomon ne com-
miscearis, quoniam repente veniet perditio
eorum, et ruinam utrorumque quis novit, quis
tam videlicet eius qui detrahit
quam illius qui aurem accommodat
detrahenti. Officii ergo tui est vi-
sitare languentes, nosse domos
matronarum ac liberos earum et nobi-
lium virorum custodire secreta. Offi-
cii ergo tui sit non solum oculos ca-
stos servare, sed et linguam. Numquam
de mulierum formis disputes, ne alia
domus quid agatur in alia per te noverit.
Ypocrates adiurat discipulos ante-
quam doceat, et in verba sua iurare com-
pellit, extorquet sacramento silentium,
sermonem, incessum, habitum, mo-
res que describit. Quanto magis nos
quibus animarum medicina commissa est,
omnium Christianorum domos quasi proprias amare
debemus. Consolatores illos in me-
roribus suis potius quam convivas
in prosperis noverint. Facile con-
temptui est clericus qui sepe vocatus
ad prandium non recusat. Numquam
petentes, raro accipiamus rogati.
Beatius est magis dare quam accipere.
Nescio enim quomodo etiam ipse qui de-
precatur ut tribuas, cum acceperis, vilio-
rem te iudicat, et mirum in modum
si eum rogantem contempseris plus te
postmodum veneratur. Predicator

continentie nuptias non conciliet. Et
qui apostolum legit precipientem ut qui habent
uxores tamquam non habentes sint, cur
virginem cogit et nubat? Cum de mo-
nogamia sacerdos est, quare viduam
hortatur ut bigamia sit? Procura-
tores atque dispensatores domorum alie-
narum atque villarum quomodo possunt esse clerici
qui proprias iubentur contempnere facul-
tates? Amico rapere quippiam furtum
est, ecclesiam fraudare sacrilegium est. Acce-
pisse pauperibus erogandum et esu-
rientibus plurimis vel cautum esse velle vel
timidum, aut quod apertissimi sceleris
est, exinde aliquid subtrahere, omnium
predonum crudelitatem superat. Ego fa-
me torqueor et tu iudicas quid ventri
meo satis sit? Aut divide statim quod
acceperis, aut si timidus dispensator
es, dimitte largitorem ut sua ipse
distribuat. Nolo sub occasione mea sac-
culus tuus plenus sit. Nemo mea
melius me servare potest. Optimus dispen-
sator est qui nil sibi servat. Coegisti
me, Nepotiane carissime, lapidato iam
virginitatis libello quem sancte Eustochio
Rome scripseram, post annos decem
rursum Bethleem ora reserare ad
confodiendum me linguis omnium prodere.
Aut enim nil scribendum fuit ne hominum
iudicium subiremus, quod tu facere
noluisti, aut scribentes nosse adversum
nos omnium maledicorum tela esse tor-
quenda. Quos obsecro ut quiescant et
desinant maledicere. Non enim ut adver-
sariis sed ut amicis scripsimus, nec in-
vecti sumus in eos qui peccant, sed
ne peccarent monuimus. Neque in illos
tantum sed in nos tam severi iudices
fuimus. Volentesque festucam de oculo
alterius trahere tollere, nostram prius
trabem eiecimus. Nullum lesi. Nullius
nomen vel saltem descriptione signatum est.
Neminem specialiter meus sermo pulsavit.
Generalis de viciis disputacio est.
Sed qui mihi irasci voluerit, prius ipse
de se quod talis sit confitetur. Hom9
Pamachio et Oceano de

Qui ethiopem invitat ad balneas
et si nigredinem non auferat illi ul-
pectoriam accipit sibi. Et licet in illius
candore non proficiat, certe vel in pro-
lucro letatur. Ita sine dubio inobe-
diente divinis sermonibus monet quis
respergentis peccata non tollat. Mercedem
tamen sibi de ministerio caritatis acquirit. Ex-
cuso hoc dicto quia vos sperno. Non loquor
quia forte vos non diligo. Respondeo
voce apostoli: Deus testis est, quod in statu et
faciam non contempno sed doleo et infe-
licitatis in meis visceribus apparere
non fidei. Omnia indicia in vobis testi-
monia non propria agnosco, qui videntes
non videtis, et audientes non voltis
audire. Item forte dicturus sum. Ex
utroque conturbor. Times auditores offen-
dere, sed plus times contemptores. Peiores
tamen qui verba dei audiendo dissimulant
peiores in dolis habentur. Illa quidem
aures habent, sed non voluntate, non audi-
unt, non palpant manibus nec capiunt.
Unde in maiore comparatione meliora sunt,
quia non corrumpunt ... nec patria
et deo in mota discernunt, et naturaliter
surda. Recte meliora inobedientibus iudi-
cantur. Optat propheta si mercior loquitur
David pro huiusmodi hominibus comparandos
esse serpentibus non negamus. Sicut aspi-
de obdurantis aures suas ne vocem
audiat incantantis. Et videant si non
recte serpentibus comparantur qui quod au-
diunt nature beneficio dissimulant cal-
liditatis astucia. Antipodum dici possunt
qui etiam nomen sine humanitatis amit-
tunt. Non quia non possunt sed quia impossi-
bilitate voluntas nature invita sup-
duxit. Plurimum ergo viciositatis quorum ge-
mini mores per adversam consuetudinem
corrupti malis operibus conciderunt. Sicut
vasa plena limo liquore puri clementi
cape et continere non possunt. Sic ager
spinosus nisi ante cultoris labore sint
extirpata, non mittit in se iacta semina
sed suffocat. Ita et animus solitudi-
num secularium plenus illecebris verbum
non potest suscipere divinum. Nisi prius
spiritus mundi sollicitudines excusserit
eius magis evangelium in se salubre pro-
cederit. Modo quibusdam minus
forsitan videar deo dissimulante
peccare. Sed veniet adveniet illa dies qua
facta nostra quasi in quadam tabula
depicta monstranda sunt. Quantis
in die illa expedisset si in hac
vita et membrorum sensum et virtutum
rigore caruissent. Et quanti velit elo-
quens, et multi feliciores loquacibus
tunc erunt. Et quanti pastores prophetis
quanto rustici oratoribus, quanti ebetes
argumentis precendi sunt racionis. Job
sanctus inspiratione ad piam gloriam
devotus sic in dolore suo clamabat
verum per vestem in tormento lucis, ut quid
vita nature sunt gemina, ut quid
ubera suxi, cur non in ventre mor-
tuus sum, et mox ut de utero exivi
non perii? Et hoc dei amicus
dicebat in luce, quid ab inimicis eius
dicetur in tenebris? Si ille ingemi-
scit, quem febris urebat, quid faciet
quem gehenna consumet? Si ille dolet
ubi gemina fuisset commissa tamquam pe-
des semper in dei amore vixerunt,
quid faciet dictus est tamquam magnum
in iniquitate steterunt. Displicet illi
qui natus contra imperat, qui bene
incipit, quia illud omnis moriturus
edebat, quid male viventes facient
quos ignis eternus et omnis magnum
morituros expectat. Durus est hic
sermo, quis potest eum audire. Hoc
dixerunt illi discipuli qui post ve-
stigia in evangelio reliquerunt, et
de domino verbo scandalum passi, solum
maluerunt esse dominum, unde ... vel
dens cultum nolunt audire ieiunii
libidinosi verbum castitatis offensio
est. Sicut propheta dicit, Abhominatio
est viro iusto directa via. Iam
antiquitus dictum est ad Ysaiam, quod
prius infidelibus lapis offensionis
extitit. Adulari non possum ne et
fratrem decipiam et me sermo condempnat
Salomonis qui ait verba adula-
torum mollia sunt, hec aut ferunt
in meliora vertunt. Non est fidei

medicus qui ante digestionem putredi-
nem superducit vulneri cicatricem. Non
possumus ergo lac dare, quia nec vos
semper parvuli esse debetis. Dicite
michi quot anni sunt ex quo regenera-
ti sumus in Christo. Consideret unus-
quisque quantum ex eo est tempore in illa ce-
lesti etate profecit. Nescio qualiter
placeant parentibus illi infantes qui
sunt annorum xv vel xx, si in ea qua
nati sunt modicitate permanent. Sed
de nobis dicendum est quos temporis racio
non modicos sed abortivos invenit.
Ibunt de virtute in virtutem de bonis
scriptum est patris. Videamus si pa-
res sumus, quid in nobis ex quo re-
generati sumus in Christo virtutis accessit.
Quid humilitatis in prosperis, quid
paciencie in adversis, quid in tribulacione
gaudii, quid felicitatis in dampnis,
quid indulgencie in offensis, quid
castitatis occasione lubrice. Alii de
virtute cottidie transeunt ad virtutem,
nos de infirmitate ad infirmitatem. Alii
meliora per momenta fiunt, nos deteri-
ores sepe efficimur, quasi non cum
iudicium experiremus. Stulti sumus
si cum iudice forte credimus. Unum
proclamamus salvatorem credentium, una
fides, unum baptisma, una ecclesia,
unus deus. Dicit apostolus. Quid er-
go hodie malus, crastina peior. Hodie
avarus, crastina avarior. Ante animum
mee cupiditati villa suffecerat, hic
iam hoc anno quinta forte non sufficit.
Plus extendebatur animus ut decem
solidos possiderem, iam mihi centum par-
vi esse ceperunt. Et cum veri parvi
veri filii dei qui vadunt de virtute
in virtutem si perdiderint aliquid de virtutis
occasione letantur. Ego mihi alienas
atque scaurus prendere non possum. Sed
agit certa cupiditas, quid crudelius
in parvulo, quid serena in alio filio
ordine nature ante religionem certe
Iam fecisti in pedibus, quod in capi-
te esse debuerat. Aurum inexcusabile
parte ... dominatur, et quid est
illud rogo vel quale est, quod nos
amittit adeo. Cuius splendor eternus
est per quem michi splendor veri solis

de avaricia

amittitur. Aurum et argentum lutum
ex quo sumus ex arena ex vite ta. Et ut
propheta ait lignum offensionis est aurum
quod iudicio mentis excelso accipitur
per auri libidinem mancipatur qui eodem
actu accipit solidum quia magis perdat.
Iniuriatur imperatoris imagine, et amittit
imaginem Christi. Vis scire quam pessimus
sit amor lucri, et amor requirende pe-
cunie, propter hunc Iudas tradidit salva-
torem, et ecce quando auditur, aut quando
legitur tantum scelus abhorremus et
et quantum in verbo est impium discipulum
condempnamus et proditorem in memo-
racione confodimur. Quid inter nos
inde iudicium inde Iudam condempnat.
Qui in semetipsis dominum per cupiditatem
suas animas eternis cruciatibus tra-
dunt, et traditores fiunt prius et occisi.
Amputamus fures quia iocunda pre-
dicent ridendo loquuntur apostoli ...
iudicium infallibiliter committitur. Sed ioci
non sunt ubi supplicia incidunt. Qui
iocando passi sunt credantur iocando
locuti. Isaias serra secatur. Da-
niel leonibus deputatur. Paulus
truncatur gladio. Petrus in cruce domini
exemplo suspenditur, et hoc totum
ut nos a cecitate sua sua doctrina re-
vocarent. Sed timeo ne inobedientibus
in contra divina beneficia deputentur
et proficiant ad penam in iudicio, quod
hic datum fuerat ad salutem. Timeo
ne fides nostra magis iocabilis sit quam
fides illorum. Timeo ne nos iocando non
salvemur, et quos per dignum introimus ad
ecclesiam, sic videat de nobis ille secundum
scriptum est. Qui habitat in celis irride-
bit eos. Multa sunt que dicantur
sed fastidio tuo, quod aspera et inculta
fecit oratio et labori meo finem ponit
membrane conclusio. Unum dico quod
incipio, quia domini celum debent amare
non terram, et verbo plus dei obedire
quam diabolo, et iudicium eternum magis
timere quam hominum etc. Jeronimus
ad Exuperantium de philargiria com-
monentis etc.

Inter omnia que in sancti fratris Quintilia-
ni amicitie prestiterunt, hoc vel ma-
ximum est, quod te michi ignotum

corpore mente famulentur. Servus enim non
dignatur eum qui sub paludamento et
habitu militari agat opera prophetarum et
exteriorem hominem aliud pretendentem
vincat interiore homine qui formatus
est ad ymaginem dei creatoris. Unde
fit scilicet tuas interim vinctas literas et
post ad officium pergo levare et provi
nit interim occasionem sepius tabellas
rescribendi. quod ceteris scilicet audi
tus. Illud autem prudentie breviter
significasse sufficiat. ut memineris a
postolice sententie. Iunctus es uxori ne
quaeras solutionem. solutus es ne queras
id est alligationem que solutioni est contraria
Qui ergo servit officio coniugali iunctus
est. Qui iunctus est servus est. Qui
autem solutus est liber est. Cum ergo
Christi gaudeas libertate et aliud agas
aliud repromittas. ac propter modicum in
domate constitutus scias non debes ad tol
lendam tunicam tecta descendere nec re
spicere post tergum. nec aratri semel ar
repti stivam dimittere. sed si fieri potest
imitare Joseph et egiptie domine pallium
relinque ut nudus sequaris dominum
salvatorem qui dicit in ewangelio. Nisi
quis tulerit crucem suam et secutus me fuerit
non potest esse meus discipulus. Proice
sarcinam seculi. ne queras divicias
que camelorum pravitatibus comparantur.
Nudus et levis ad celum vola. Ne
alas virtutum tuarum auri deprimant pondera
Hoc autem dico non quia te avarum didi
cerim. sed sub intelligendo id dicto ad hunc
milicie dare ut impleas sacculum quem
dominus evacuare precepit. Si igitur qui habent
possessiones et divitias iubentur omnia
vendere et dare pauperibus et sic sequi
salvatorem dignoscitur autem tua dives
est et dominum facere quod preceptum est. aut
ad hunc tenuis et non debet querere quod
erogatura est. Certe propius pauperi
voluntate omnia in acceptum refert.
Nemo apostolis pauperior fuit. et nemo tam
pro domino derelinquens in evangelio. Vidua
illa paupercula que duo minuta misit
in gazophilacium nobis profertur
divitibus. que totum quod habuit
dedit. Et tu igitur eroganda non que
ras. sed quesita iam tribue ut fortis

De divite

Simul tremebundus simul propius assi
stat. ut letus te de longissima re
gione venienti occurrat pro. ut stolam
exuat. ut deponat amiculum ut involet
pro vitulum saginatum ut expedi
tum cum sancto fratre Juliano ad
nos cito faciat navigare. Presentem
amicitiarum fores si apparueris nos
crebro habebis hospites. Et ignotus
ad ignotum audeo scribere. sancte an
cille Christi Edibie et filie mee co
niugis tue Artheime uno sexus
ex coniuge atque conserve facit depre
catio. Que nequaquam propria salute
contenta tuam et ante quesivit in
patria. et nunc in sanctis locis querit
salutem. Imitari cupiens Andree et
Philippi apostolorum benivolentiam quorum
alter cum inventus a Christo fratrem Simo
nem et amicus Nathanael invenire
desiderat. ut alter eorum mereatur
audire. Tu es Simon filius Joha
nis. tu vocaberis Cephas quod interpretatur
Petrus. Alter domum dei. hoc enim in
lingwa nostra sonat Nathanael
Christi loquentis ad se testimonio pre
fertur. Ecce vere israhelita in quo dolus
non est. Optavit quondam et Loth
cum filiabus salvare coniugem suam
et de medio Sodome et Gomorre
pene se incensis erumpens educere
eam que pristinis viciis tenebatur
astricta. sed et trepida desperacione re
spiciens quod post tergum est infidelitatis
titulo condempnatur. et ardens fides
propria mulieris perdita totam se gra
vibat civitatem. Deinde postquam Sodo
miticas valles ac tenebras delinquens
ad montana conscendit. Ortus est ei sol
in Segor que interpretatur parvula. ut
fides Loth. quia maiora non poterat
saltem minora servaret. Neque enim
Gomorre quondam et erroris ar bi
tror statim ad meridiem poterat pervenire
in qua Abraham amicus domini cum
angelis suscepit. Dum enim Joseph
fratres pascit in egipto. suspensus quoque au
dit a sponsa ubi pascis ubi cubas
in meridie. Samuel quondam plangebat
Saul quia superbie vulnera penitencie cu
ravit medicamine. Dolor super laude
nostrorum planctus super penitentibus.
de super his de cuius laudis scriptum est

Cum venit impius in profundum ma-
lorum contempnit. Hoc nos ostendit ysa-
yas dicens Vocabit dominus sabaoth
in die illa ad fletum et planctum, et de-
calvacionem et accinctionem cilicii. Ipsi
autem fecerunt leticiam et exultacionem
mactantes vitulos et occidentes oves
ut comedent carnes atque dicent Man-
ducemus et bibemus cras enim mori-
emur. Desperabant et Ezechiel loquitur
dicens Et tu fili hominis dic domui
Israel Sic locuti estis dicentes Iniqui-
tates nostre et iniquitates nostre super
nos erunt et in ipsis contabescimus
et quomodo salvi esse poterimus. Dic eis
Vivo ego dicit dominus nolo mortem
peccatoris sed ut convertatur anima sua. Et
desperatio iterum Revertimini recedentes a via
vestra quare moriemini domus Israel.
Nichil ita offendit deum sicut desperacio
ad desperacionem meliorem habere peiori-
bus licet, et ipsa desperacio incredulitatis
indicium sit. Qui enim desperat
salutem non putat futurum esse iudicium
quia si metueret utique bonis operibus
se iudici prepararet. Audiamus per
Ieremiam loquentem dicit Converte
pedem tuum anima aspera et guttur tu-
um siti. Et iterum Numquid qui cadit
non resurget, aut qui aversus est non
revertetur. Et per Ysaiam Quando
conversus ingemueris, tunc salvus
eris, et scies ubi fueris. Scire non
possumus egrotacionis mala nisi
cum fuit sanitas consecuta. Et quantum
boni lux habeat vita demonstrat.
Clarius ergo fit lumen comparacione te-
nebrarum. Ezechiel quoque hic idem
vobis quia eadem et quomodo Convertimini
inquit et reddite ab iniquitatibus
vestris domus Israel et non erunt vobis
in tormentum impietates. Proicite
omnes impietates vestras in quibus
impie egistis adversum me et facite
vobis cor novum et spiritum novum, et
quare moriemini domus Israel. Nolo
enim mortem peccatoris dicit dominus. Unde
in consequentibus loquitur Vivo ego dicit
dominus Nolo mortem peccatoris nisi ut
convertatur anima sua et vivat. Ve-
niens incredula honorem repromissionis
desperet, et semel ad perdicionem animus

desperatus non adhibet vulneri curationem
quod nequaquam estimat posset curari. Id-
eo iurare se dicit Ut si non credimus
penitenti deo credamus saltem pro sua
salute iuranti. Quam obtinendam et
instanter precatur et dicit Converte nos
deus salutaris noster et averte furorem
tuum a nobis. Et iterum Domine in vo-
luntate tua prestitisti decori meo forti-
tudinem. Avertisti faciem tuam et factus
sum conturbatus. Postquam autem fedita-
tem delictorum meorum ulcisceris decorem
innatam infirmitatem meam tua gratia
roborasti. Ecce audio pollicentem Per-
sequar inimicos meos et comprehendam
illos et non convertar donec deficiant.
Utique qui te ante fugiebam et iniqui-
orum tua comprehendat manus. Ne-
cessabo persequendo donec deficiam a
via mea pessima et revertar ad virum
meum priorem qui michi dabat lintea-
mina mea et oleum et similam et ciba-
bat me pinguissimis cibis. Qui ide-
o obsessit atque preclusit vias meas pes-
simas ut eam invenirem viam que dicit
in ewangelio Ego sum via et vita
et veritas. Audi prophetam dicentem Qui
seminat in lacrimis in gaudio metent
Euntes ibant et flebant mittentes semina
sua Venientes autem venient in exul-
tacione portantes manipulos suos. Et
loquitur cum eo Lavabo per singulos
noctes lectum meum in lacrimis stratum
meum rigabo. Et iterum Sicut desiderat
cervus ad fontes aquarum ita desiderat
anima mea ad te deus. Sitivit anima
mea ad deum fontem vivum. Facte sunt
lacrime mee panes per diem et noctem.
Et in alio loco Deus deus meus ad
te de luce vigilo Sitivit ad te anima
mea quam multipliciter tibi caro mea In
terra deserta et invia et inaquosa sic
in sancto apparui tibi. Numquid enim
sitierit anima mea, tamen multo ce-
lerius carius inde labore quesivi et
te in sancto apparere non potui donec prius
in terra deserta aviens et in via ad-
versarius peccatibus et absque humore
et venenate illius libidinis convertentem

Iudeus et gentilis quod non sunt deinceps non sunt plangendi

Flevit et dominus super civitatem ierusalem
quia non egissent penitenciam Et petrus
trinam negacionem amaritudine abluit
lacrimarum Impleverunt quod illud prophe-
tiarum Exitus aquarum deduxerunt
oculi mei Plangit et Ieremias populum
penitenciam non agentem dicens Quis
dabit capiti meo aquam, et oculis
meis fontem lacrimarum et plorabo po-
pulum meum istum per diem lacri-
marum et nocte Cum autem plangat
et deficeat sequenti sermone demon-
strat Nolite flere mortuum neque plan-
gatis Eum fletu planctu qui egre-
ditur quia non revertetur ultra
Neque quem enim gentilis plangendus
est atque iudeus qui in ecclesia non
fuerunt, et semel mortui sunt,
De quibus salvator dicit Dimitti-
te mortuos, et sepelient mortuos
suos Sed eos qui propter scelera atque
peccata egrediuntur de ecclesia non vo-
lunt ultra ad eam redire damp-
nacione viciorum Unde ad viros
ecclesiasticos qui muri et turres ec-
clesie nominantur loquitur propheticus
sermo dicens. Muri syon effundite
lacrimas Implentes illud apostoli
Gaudete cum gaudentibus flere cum
flentibus Ut dura corda peccan-
cium vestris lacrimis provocetis ad
fletum ne perseverantes in malicia
audiant Ego plantavi te vineam
frugiferam, omne semen tuum quomodo con-
versa es in amaritudinem vitis
aliene Et iterum, ligno dixerunt
Pater meus es, et lapidi tu me
genuisti, et verterunt ad me dor-
sa et non facies suas Et est sensus
Noluerunt ad me converti ut agerent
penitenciam sed cordis duricia in iniuri-
am meam sua terga verterunt Rur-
sumque dominus loquitur ad Ieremiam
Vidisti que fecerunt in habitacio
ysrael abierunt super omne excelsum
et subter omne lignum frondosum

et fornicati sunt ibi Et dixi
postquam fornicata est, hec
omnia ad me revertere et non est
reversa O clemencia dei O mira
dimittia, dum et post tanta scele-
ra nos provocat ad salutem, et ne-
quidem volumus ad meliora con-
verti Vir si relinquit uxorem
virum suum et alii nupserit, et vo-
luerit postea reverti ad eum, nun-
quid suscipiat eam et non detes-
tabitur Pro qua propter sumptum est
iuxta hebraicam veritatem
quod in grecis et latinis codi-
cibus non habetur Et tu reli-
quisti me tamen convertere et sus-
cipiam te dicit dominus Ysaias
quoque eiusdem sensum huiusdem
pene loquitur sermonibus,
Convertimini qui profundum consilium
cogitatis et iniquum filii ysrael
Revertere ad me, et redimam te
Ego deus et non est alius preter
me Iustus et salvator non
est absque me revertimini ad me
et salvi eritis qui estis in extre-
mis terre Recordamini horum
et ingemiscite, et agite penitenciam
qui erratis convertimini corde et
memetote priorum a seculo, quoniam
ego sum deus, et non est alius preter
me Ezechiel et Iohel Convertimini
ad me ex toto corde vestro in
ieiunio et lacrimis et planctu
et scindite corda vestra et non ve-
stimenta vostra misericors enim et
miserator est dominus et agens
penitenciam super maliciis Denique
autem sit misericordie, ut ita loquar
nimie inefabilis quod clemencie
Hec propheta nos docet per quem
loquitur deus dicens Quid faciam
effraim, quid te protegam israel
quid tibi ungam faciam, sicut adama.

ponam te / et sicut sobrium Contri
quia est cor meum in me et conturba-
ta est Penitudo mea nequaquam
satiam secundum iram furoris mei
Unde et David loquitur in psalmo
Non est in morte qui memor sit
tui / in inferno autem quis confitebit-
ur Et in alio loco / peccatum meum
notum feci et iniquitates meas
non abscondi Dixi pronunciabo in-
iquitatem meam domino et tu remi-
sisti iniquitatem impietatis cordis
mei Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore oportuno Veru-
tamen in diluvio aquarum multarum
ad ipsum non approximabunt Vide
quanta magnitudo sit fluctuum
ut aquarum diluvii comparetur
quos qui habuit / et dixit cum
Jeremia Non sileat pupilla oculi
mei statim in illo complebitur
Misericordia et veritas obviaverunt
sibi / iusticia et pax deosculate
sunt / ut sit iusticia et veritas que
servavit misericordia et pax provenient ad
salutem Totam penam peccatoris
ostendit David psalmus Quinquage-
simus quando ingressus est David
ad Bethsabee uxorem Urie Ethei
et Nathan propheta ante correptus
rendit dicens Peccavi statim quia
meruit audire Et dominus abstu-
lit a te peccatum Adulterio enim
vinxerat homicidium / et tamen con-
versus ad lacrimas Miserere mei
deus secundum magnam misericordiam tuam
Et secundum multitudinem miseracionum
tuarum dele iniquitatem meam Ma-
gnum enim peccatum magna indigebat
misericordia Unde ingerit et dicit Mul-
tum lava me ab iniquitate mea
et a peccato meo munda me Quoniam
iniquitatem meam ego cognosco et de-
lictum meum contra me est semper
Tibi soli peccavi Rex enim alium
non timebat Et malum coram te
feci ut iustificeris in sermonibus

tuis et vincas cum iudicaris Con-
clusit enim deus omnia sub peccato
ut omnibus misereatur Tantum quia pro-
fecit ut videmus peccator et penitens
transierit in magistrum Docebo iniquos
vias tuas / et impii ad te convertentur
Confessio enim et pulcritudo coram
eo / ut qui sua peccata sunt confessus
et dixit Corrupte sunt et computru-
erunt cicatrices a facie insipientie
mee / feditatem vulnerum in sanitatem
decorem convertit Qui enim abscon-
dit iniquitatem non prosperabitur Achab
rex impiissimus vineam Nabu-
the cruore possedit / et cum Jeza-
bel non tam coniugio quam qui crude-
litate coniuncta Helie increpatione
corrumpitur Hec dicit dominus Occi-
disti et possedisti Et item in alio lo-
co quo linxerunt canes sanguinem
Nabuthe ibi lingent sanguinem
tuum Et Jezabel ipsa canes comedent
ante muros Jezabel Quod cum
audisset Achas / scidit vestimenta
sua et posuit saccum super carnem suam
ieiunavit quia et dormivit in cilicio
Factus quia est sermo domini ad Heliam
dicens Quia reversus est Achab et
humiliatus est coram me / non inducam
malum in diebus eius Et tamen
criminis Achab ad penam pena
differtur in posteros / et Jezabel
in scelere perseverans presenti iudicio
condempnatur Ecce quantum et dominus
in Ewangelio Viri Ninivite surgent
in iudicio cum generatione hac et
condempnabunt eam quia penitenciam
egerunt ad predicationem Jone Non
enim venit vocare iustos sed pecca-
tores ad penitenciam Dragma perijt
et tamen invenitur in stercore Nona-
ginta novem oves reliquit in solo-
titudine et unam ovem que ab-
erraverat Pastor humeris reportat

Unde et letitia angelorum est super uno
peccatore agente penitentiam. Et ideo tanta fe
licitas ut de salute nostra exultent
celestia. De quibus dicitur penitentiam agite
appropinquabit enim regnum celorum. Nullum
in medio spatium. Mors et vita sibi
contraria sunt. et tamen per penitentiam copu
lantur. Quemadmodum filius totam
prodigerit substantiam et prius a patre
vix porcorum siliquis media sustenta
bat. Revertitur ad patrem immolatur
enim vitulus saginatus. stolam acce
pit et anulum ut christi recipiat
vestimentum. quod dudum polluerat
et audire meretur candida sunt
vestimenta semper recepto ergo signaculo
dei. proclamet ad dominum. Peccavi
in celum et coram te. Et reconciliatus
osculo ditat ad eum. Signatum
est super nos lumen vultus tui domine.
Iusticia iusti iusti non liberabit
eum in quacumque die peccaverit. et ini
quitas iniqui non nocebit ei qua
cumque die conversus fuerit. Omnem quemque
iudicat sicut invenerit. nec preterita
considerat sed presentia. si tamen vetera
crimina novella conversatione mutet.
Septies cadit iustus et resurgit.
Si cadit quomodo iustus est. Si iustus
quomodo cadit. Sed iusti vocabulum non
amittit. qui per penitentiam semper resurgit.
Et non solum septies. sed septuagi
es septies delinquenti si convertatur
ad penitentiam peccata donantur. Cui plus
dimittitur plus diligit. Meretrix
pedes salvatoris lavabat et crine
et detergit. et in typum ecclesie de
gentibus congregate meretur audire
Dimittuntur tibi peccata tua. Pharisei
iusticia perit superba. et publicani
humilitatis confessione salvatur.
Per Ieremiam contestatur dicens. Re
me xviii°. Ad primam loquar
contra gentem et regnum ut eradicem
et destruam et disperdam illud. Si pe
nitentiam egerit gens illa a malo suo quod
locutus sum adversum eam. agam
et ego penitentiam super malo quod co
gitavi ut facerem ei. Et ad primam
loquar super gentem et regno ut edi
ficem et ut plantem illud. Si fecerit
malum in conspectu meo ut non exau
diat vocem meam penitentiam agam
super bono quod locutus sum ut facerem
ei. Statim quoque infert. Ecce ego fin
go contra vos malum. et cogito contra
vos cogitationem. Revertatur unus
quisque a via sua mala. et dirigite
vias vestras et studia vestra. Qui
dixerunt desperavimus. Post cogi
tationes nostras ibimus. et unusquisque
post pravitatem cordis sui malum
faciemus. Symeon iustus loquitur
in evangelio. Ecce hic positus est
in ruinam et in resurrectionem corum
multorum qui agunt penitentiam. Apostolus
scribit ad Corinthios. Auditur inter
vos fornicatio. Et talis fornica
tio qualis nec inter gentes quidem
est. ita ut uxorem patris aliquis ha
beat. et vos inflati estis et non ma
gis luctum habuistis ut tollatur de
medio vestrum. qui hoc opus fecit.
Et in secunda ad eosdem epistola. Ne abun
dantiori tristitia pereat qui eiusmodi
est revocat eum et obsecrat. ut
confirment super illum caritatem. et qui
incestu perierat per penitentiam conservetur. Quid.
Nullus enim mundus est a peccato nisi unius
quidem diei fuerit vita eius. Numerabiles
autem anni vite illius sunt. Astra
quoque ipsa non sunt munda in conspectu
eius et adversus ipsos angelos suos pravi
tatem quidem excogitavit. Si in celo
peccatum quanto magis in terra. Si delic
tum in his qui carent tempta
tione corporea quanto magis in nobis
qui fragili carne circumdamur. Et
cum apostolo dicimus. Miser ego quis
me liberabit de corpore mortis huius.
Non enim habitat in carne bonum. nec
agimus quod volumus. ut aliud anima
desideret. aliud caro facere cogatur.
Et si quidem iusti appellantur in scrip
turis et non solum iusti sed iusti coram

In celo est
peccatum

dei, iuxta quod dictum est per prophetam: Sep-
ties cadit iustus et resurgit, et iniquitas
iniqui non nocebit ei in
quacumque die conversus fuerit. Denique
et Zacharias pater Iohannis, qui scri-
bitur iustus, peccavit in eo quod non
credidit et statim silentio condempnatur. Et Iob qui iustus et immaculatus
et sine querela in principio
voluminis scribitur, postea et
dei sermone et confessione sua peccator
arguitur. Si Abraham, Ysaac
et Iacob, prophete quoque et apostoli
nequaquam caruere peccato, si purissimum
triticum habuit mixtas paleas, quid
de nobis dici potest? De quibus illud scriptum est: Quid paleis ad frumen-
tum? dicit dominus. Et tamen palee
futuro reservantur incendio. Et
zizania hoc tempore mixta sunt segetibus
frumentorum, donec veniat qui habet
ventilabrum in manu et purgat
aream, ut triticum congreget in hor-
rea et quisquilias gehenne igni
comburet. Hec omnia quare per pul-
cherrima scripturarum prata discur-
rens in unum locum volui congre-
gare et speciosissimis floribus
coronam tibi texere penitentie, quam imponamus capiti tuo, et assumas pen-
nas columbe et voles et requiescas
et clementissimo reconcilieris patri.

Narravit mihi uxor quondam
tua, nunc soror atque conserva, quod
iuxta preceptum apostoli ex consensu
abstinueritis vos ab opere nuptiarum
et vacatis orationi. Illa quoque per te
vestigia quasi in solo posita fluctua-
sse, immo ut apertius loquar, esse
prolapsa; illa autem audisse a domino
cum Moyse: Tu vero hic sta me-
cum, et dixisse de domino: Statuit
supra petram pedes meos.
Tuam domum, que fundamenta fidei
solida non habebat, postea diaboli tur-
bine concidisse. Porro illius perstare
in domino et suum tibi hospitium non
negare, ut cui prius coniunctus fueras
corpore, nunc spiritu copuleris. Qui enim
adheret domino unus spiritus est. Cumque vos
rabies barbarorum et imminens captivitas
separaret, pactam iurisiurandi testificatione
pollicitum ut ad sancta transire loca
vel statim vel postea sequereris, ut serva-
res animam tuam, quam videris fuisse ne-
glegentia perdidisse. Redde igitur quod presente
domino spopondisti. Incerta vita est mor-
talium. Ne ante rapiaris quam tuam im-
pleas sponsionem, imitare eam quam do-
cere debueras. Pro pudor! fragilior sexus
vicit seculum et robustior superatur a sexu.
Tanti dux femina facti est, et non
sequeris eam cui in tua salute candidata
est fidei? Quod si te rei familiaris tenet
reliquie et sub mortes amicorum et civium
ruinas et ruinas urbium atque villarum,
saltem inter captivitatis mala et feroces
hostium vultus et provincie tue infinita
naufragia teneto tabulam penitentie et me-
mento conserve tue, que tuam cotidie
suspirat salutem. Tu negaris in patria,
immo non patria, quia patriam perdidisti;
ista pro te in locis venerabilibus resur-
rectionis et crucis et cunabulorum domini
salvatoris, in quibus parvulus vagiit, tui
nominis recordatur teque ad se orationibus
trahit, ut si non tuo merito saltem huius
salveris fide. Iacebat quondam paraliticus
in lectulo et sic erat cunctis artubus
dissolutus, ut nec pedes ad ingrediendum
nec manus movere posset ad precandum;
et tamen, ut offertur ab aliis, restituitur
pristine sanitati, ut portaret lectulum
qui eundem a lectulo portabatur. Et
te igitur absente corpore presente fidem offert
conserva tua domino salvatori et
dicit cum Chananea: Filia mea
male vexatur a demonio. Recte
enim appellabo animam tuam filiam eius,
qui sexus nescit diversitatem,
quia te parvulum atque lactantem et nondum
valentem sumere solidos cibos
nutriat ad lac infantie et mutuo tibi
alimenta de nostro, ut possis dicere
cum propheta: Erravi sicut ovis perdita,
quere servum tuum, quia mandata
tua non sum oblitus. Et

Quisquilie (?) [illegible] dicuntur palee que
minutissime sunt vel
[illegible] supersunt [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]

Jeronimus ad lucinium beticum

Nec opinanti michi subito littere tue redditte sunt, que cum insperate tanto gaudiorum plene quiescentem animum suscitaverunt, et statim amore complexus sum quem oculis ignorabam et mecum illud tacitus musitare: Quis dabit michi pennas sicut columbe et volabo et requiescam, ut inveniam quem diligit anima mea. Vere nunc in te domini sermo completus est: Multi de oriente et occidente venient et recumbent in sinu abrahe. Cornelius centurio cohortis ytalice iam tunc lucinii mei prefigurabat fidem. Apostolus Paulus scribens ad romanos: Cum in hyspaniam proficisci cepero spero quod preteriens videam vos et a vobis deducar illuc, tantis fructibus approbavit quid de illa provincia quereretur. In brevi tempore ab iherusalem usque in hylliricum evangelii iaciens fundamenta Romam vinctus ingreditur ut vinctos superstitionis erroribus liberos faciet. Manet in hospitio conducto per biennium ut nobis utriusque instrumenti eternam redderet domum. Piscator hominum misso rethe apostolico te quoque quasi pulcherrimum auratum inter innumera piscium genera traxit ad littus. Reliquisti amaros fluctus, salsos gurgites, scissuras montium et leviathan regnatorem in aquis contempsisti, iesum deserta expetens, ut possis propheticum illud dicere: In terra deserta et invia et inaquosa sic in sancto apparui tibi. Et iterum: Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine; expectabam eum qui me salvum faceret a pusillanimitate spiritus et tempestate. Obsecro ergo te et moneo parentis affectu, ut qui sodomam reliquisti ad montana festinans post tergum ne respicias. Ne aratri stivam, ne fimbriam salvatoris, ne crinitos eius nocturno rore madefactos, quos semel tenere cepisti, aliquando dimittas. Ne de tecto virtutum pristina quesiturus vestimenta descendas. Ne de agro revertaris domum.

Ne campestria cum loth et amena ortorum diligas, que non irrigantur de celo ut terra sancta, sed de iordane flumine, postquam dulces aquas maris mortui corruptione mutavit. Cepisse multorum est, ad culmen pervenisse paucorum. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit coronam. At contra de nobis dicitur: Sic currite ut comprehendatis. Non est invidus agonotheta, nec alteri palmam alteri parat ignominiam; omnes athletas pariter desiderat coronare. Gaudet anima mea et magnitudine letitie verecundior patior, ut in lacrimis vota prorumpant. Zacheus publicanus ad unius hore conversionem hospitem habere meruit salvatorem. Martha et maria condito apparatu domini cenam suscipiunt. Meretrix lavat lacrimis fletibus pedes et ungentis honore corporis dominici nitidat sepulturam. Symon leprosus invitat magistrum cum discipulis et non contempnitur. Abrahe dicitur: Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et vade in terram quam monstravero tibi. Relinquit caldeam, relinquit mesopotamiam; querit quod nescit, ne perdat quod invenerit. Non enim arbitratus est simul habere posse et patriam et dominum. Sed iam tunc illud prophete david ope complebat: Advena sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Hebreus id est perates atque transitor, dum non est presenti virtute contentus, sed preteritorum oblitus in futurum se extendens extendit, et sit illud: Ibunt de virtute in virtutem. Mysticum sortitus est nomen et viam tibi aperuit, quod non queras ea que tua sunt, sed que aliena, et illos parentes putes tuos, affines atque cognatos, qui tibi in christo copulati sunt. Mater inquit mea et fratres mei hii sunt qui faciunt

voluntate patris in. Habes te-
cum pignus in carne nunc in spiritu so-
ciam de coniuge germanam de fe-
mina virum de subiecta parem
que sub eodem iugo ad celestia
simul regna festinet. Tanta rei
familiaris dispendiato et ad con-
tulos rediens non cito deponit.
Ioseph cum tunica egiptiam effugere
non potuit. Adolescens ille qui opa-
tus sindone sequebatur Ihesum quia
tentus fuit a ministris fugat, terrenum
abiectis opertorum nudus evasit.
Helias igneo curru raptus ad
celum melotem reliquit in ter-
ris. Heliseus boves et iuga prioris operis
vertit in victima. Loquitur sapientissimus
vir: Qui tetigerit picem inquina-
bitur ab ea. Quamdiu versantur in
rebus seculi et anima nostra posses-
sionum ac redituum procuratione de-
vincta est de deo libere cogitare
non possumus. Que enim participatio
iustitie cum iniquitate aut que so-
cietas lucis ad tenebras? Que con-
sensus Christi ad belial? Que pars
fidelis cum infideli? Non potestis
inquit dominus servire deo et mamo-
ne. Onus deponere incipientium est
non perfectorum. Fecerit hoc Thebanus
Crates, fecit Antistenes. Se ipsum
offerre deo proprie christianorum est et apostolorum
qui cum vidua paupertatis
sue in gazophilacium era mitte-
tes totum censum quem habebant
habuerant domino tradiderunt. Et
meruerunt audire: Sedebitis super
xii solios iudicantes xii tribus
Israel. Hoc et ipse intelligis quo me
replicem et quod sic aliis verbis
te ad sanctorum locorum invitem habita-
culum. Habundantia tua multorum
inopiam sustentavit ut et horum
divicie tuam indigentiam re-
dimerent. Fecisti tibi amicos de ini-
quo mamona qui te recipient
in eterna tabernacula. Laudanda

res et apostolorum temporibus tipe utilitati
cogitanda quando venditis possessioni-
bus credentes afferebant precia atque
fundebant ante pedes apostolorum ostenden-
tes avariciam esse calcandam. Sed do-
minus magis querit animas credentium quam
opes. Legimus: Redemptio anime
viri proprie divitie. Possumus quidem
divitias proprias intelligere que non de
alieno non de rapinis sunt. Iuxta
illud: Honora dominum de tuis iustis
laboribus. Sed melior illa intel-
ligentia ut divitias proprias cognos-
camus thezauros absconditos quos
nec fur possit suffodere nec latro
violentus eripere. Opuscula mea
que non sui merito sed bonitate tua
desiderare te dicis ad describendum
hominibus tuis dedi et descripta vidi
in carthaceis codicibus ac frequenter
admonui ut conferrent diligentius
et emendarent. Ego enim tanta volu-
mina frequentia commeantium et pere-
grinorum turbis legere non potui et ut
ipsi probavere presentes longo tentus
incommodo vix diebus quadragesime quibus
ipsi proficiscebantur respirare cepi.
Unde si paragramata repperis vel
minus aliqua descripta sunt que
sensum legentis impediunt non michi
debes imputare sed tuis et inscitie
notariorum librariorumque qui
scribunt non quod inveniunt sed quod
intelligunt. Et dum alienos erro-
res emendare nituntur ostendunt
suos. Porro iosippi libros et sanctorum
papie et pollicarpi volumina falsus
ad te rumor pertulit a me esse
translata quia nec otii nec virium
est tantas res eadem in alteram
linguam exprimere venustate. Orige-
nes et sancti Didimi pauca tran-
stulimus volentes nostris ex parte ostendere
quid greca doctrina retineret.
Canonem ebraice veritatis excepto

ortatento quem sunt in manibus hec
primus tuis et notariis describendum dedi
Septuaginta interpretum editionem et te ha-
bere non dubito et ante annos pluri-
mos diligentissime emendatam studiosis
tradidi. Novum testamentum grece
tradidi auctoritati. Ut enim veterum librorum
fides de hebreis voluminibus examinanda
est ita novorum greci sermonis nor-
mam desiderat. De sabbatho quod queris
utrum ieiunandum sit, et de eucharistia
an sit accipienda cottidie, quod roma-
na ecclesia et hyspanie observare per-
hibentur scripsit quidem et ypolitus
vir disertissimus sive carptim que
diversi auctores in variis auctoribus
ediderit. Sed ego illud breviter te ad-
monendum puto traditiones ecclesiasti-
cas presertim que fidei non officiant
ita observandas ut amaioribus
tradite sunt, nec aliarum consuetudine
aliarum contrario more subverti. Atque
utinam omni tempore ieiunare possimus
Quod in actibus apostolorum diebus penteco-
sten et die dominico apostolum paulum
et cum eo credentes fecisse legimus
Nec tamen manichee hereseos accusandi
sunt cum carnalis cibus preferri non de-
buit spirituali. Eucharistiam quoque absque
condempnatione nostra et pungente
consciencia semper accipere. Et psalmistam audire di-
centem Gustate et videte quoniam suavis
est dominus. Et cum eo canere Eructavit
cor meum verbum bonum. Nec hoc dico
quod festis diebus ieiunandum putem
et contextas quinquaginta diebus
ferias auferam, sed unaqueque pro-
vincia habundet in sensu suo et pre-
cepta maiorum leges apostolicas arbitretur.
Duo palliola et amphibalum de tu-
is vestibus vel utenda vel sanctis dan-
da suscepi. Ego insignia paupertatis
et cottidiane simbola penitencie et tu veri-
tue misi quatuor cilicia apta pro-
posito et usibus vestris et codicem hoc

est visiones Ysaie valde obscurissi-
mas quas nuper hystorica ex-
planatione disserui. Ut quotiens
cunque ea opuscula videris ca-
rissimi amici dulcissimi recordatus
navigationem quam pararas parumper dissimu-
les tuas paras. Et quia non est in homine
via eius, et a domino gressus ho-
minis dirigitur. si forte quod procul
absit aliquid fuit impedimenti
queso ut quos caritas iungit terrarum
longitudo non separet. Et absente
in lucinum nostrum, semper presentem litterarum
vicissitudine sentiamus. Hic est
finis epistole beati ieronimi lucinio
betico ad altiora provocans ubi
invitat eum in urbem et de ieiunio
sabbati atque cottidiane eucharistie
perceptione satis edocet etc. Ieronimus ad occeanum de unius uxoris
virum

Numquam o fili Occeane fore
putabam ut indulgentia prin-
cipis calumniam sustineret reorum et de
carceribus exeuntes post sordes et
vestigia catenarum dolent alios re-
laxatos. In evangelio audit invi-
dus salutis aliene. Amice si ego
bonus quare oculus tuus nequam.
Conclusit deus omnia sub peccato
ut omnibus misereatur. Ubi habun-
davit peccatum superabundavit gratia.
Cesa sunt egipti primogenita, et
ne iumentum quidem israheliticum in
egipto derelictum est. Et consurgit
michi cainna heresis atque olim
emortua vippera contritum caput
ledant. que non ex parte ut ante con-
sueverat sed totum christi subruit
sacramentum. Dicit enim esse aquam
que corpus non possit purgare san-
guine suo non tam profundas scelerum
pristinorum in nostris corporibus atque animarum
cicatrices ut medicinam illius atte-
nuari non queant. Et quid aliud ait
nisi ut christus frustra mortuus sit
Frustra autem mortuus est, si aliquos

non pot vimsitare Mentitur Joha
nes baptista et digito xpm et voce
demonstrans Ecce agnus dei qui
tollit pcta mundi Si sunt adhuc
in seclo quorum xpus pcta no tulit
Aut enim ostendendi sunt no ee de
mundo, quos xpi ignorat indul-
gencia Aut si de mundo sunt vir-
eligendum et nobis cum sine pec
cato esse contendant Aliud si non
labati aquas pro potentia ad hunc
dei imbecillitate probant Sed absit
de omnipotentem credere quod in aliquo
impotens sit Omnia que pater facit
et filius facit similiter Infirmitas
filii redundat ad patrem Cuncta
orientale membra portata sunt Tote
apli epistole xpi graciam sonant et
ne parum indicetur simpliciter gratie
inicipaco: gratia inquit vobis et pax
multiplicetur Multiplicata promitti
tur et a nobis paucitas affirmatur
Quoniam mihi ista movet problema Car-
terius hispanie epus homo etate
vetus et sacerdocio, una antequam bap
tizaretur, alteram post lavacrum priore
mortua duxit uxorem, et arbitraris
eum contra apli fecisse sententiam qui
in katholico stendit epm unius
uxoris virum precepit ordinandum
Miror autem te unum protraxisse in
medium cum omnis mundus hijs or-
dinacionibus plenus sit Non dico
de presbiteris non de inferiori gradu ad
episcopos venio quos si sigillatim
voluero nominare tantus numerus congre
gabitur ut ariminensis synodi mul
titudo superetur Sed indecens est sic
uni tuciri, ut plures accusare vi
dearis, et quem racione non possis forte
tate peccantium defendas Instimui rome
me a viro eloquentissimo cornitum
ut dicitur sylogismi ut quocumque
vertem strictus teneter Uxorem inquit
ducere peccatum est an non Ego simplex
et qui insidias vitare nescirem
dixi non esse peccatum Alius simili

aliud proposuit In baptismate bona opera
dimittuntur an mala Et in hoc idem
simpliciter respondi pecta dimitti Cum me se
curum putarem ceperunt in hinc inde tor
mina succrescere et absconditi primus acies
dilatari Si inquit uxorem ducere non est
peccatum baptismum autem pecta dimittit quicquid
non dimittitur reservatur Illico mihi
quasi a fortissimo pugili percussus ex
ante oculos caligo versari cepit statimque
recordatus crisippi et in me veneris
concitati et in adversarium proposicionis sero
pheam Ergo inquam ut videas Bap
tismum hominem facit novum an non Consen
sedit quod novum faciet Gradatim intuli
Ex toto novum facit an ex parte Induit
Ex toto Deinceps interrogavi Nichil
ergo veteris hominis in baptismate reservatur
Annuit Cepi protinus texere Si bap
tismum novum hominem facit et ex toto
novum creat nichil quod in eo veteris hominis
reservatur, non potest homini imputari quod
in veteri quondam fuit Primum supposito
solum mihi obmutuit Postea non pro sma
ris viro tum loqui nesciret tacere non
potuit Sudare tamen frons pallere
gene tremere labia herere lingwa salina
siccari et plus timore quam etate contrahi
cepit aliquid Nonne legisti ab apostolo
unius uxoris virum assumi in sacerdocium
et rem non temere diffiniri Erat mihi
sillogismus provocaverat Et videbam credere
hominem ad intricaturas tortuosas
sua contra illum tela iaciebam baptis
ingum apostolus elegit in episcopatum an ka
thecumenos Respondere nolebat nolebat
Ego idipsum ingerere et secundo ac tercio
scitari quem nobam putares. Dicto ma
ad auditores Nichil interest utrum in
dictis adversarium vigilantem an dormi
entem ligeret nisi quod facilius est quie
scenti quam reluctanti vincula innectere
Si apostolus non kathecuminos inter elegit
sed fideles ffidelis autem est qui epus ordi
natur vicia kathecumini non imputabimus
fideli Torquebam istius moi spicula et
vibrantes hastas in litargicum dirigebam
Capitabat tamen et quasi per mentis crapulam
ructans et nauseans eliciebat Apostolus
dixit Paulus hec docuit Profertur
ergo epistole una ad Thimotheum altera

An licitum sit ducere uxorem

ad Titum. In prima scriptum erat Si quis
episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Opor-
tet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris
virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospita-
lem, doctorem, non violentum, non percusso-
rem, sed modestum, non litigiosum, non avarum,
domum suam bene regentem, filios habentem
subditos cum omni castitate. Si quis autem
domui sue preesse nescit, quomodo ecclesie dei dili-
genciam adhibebit, non neophitum, ne in super-
biam elatus in iudicium incidat dyaboli.
Oportet autem eum et testimonium habere bonum
ab hiis qui foris sunt, ut non in obprobrium
incidat et laqueum dyaboli. Ad Titum
statim in principio sed mandata ponuntur
huius rei gratia reliqui te Crethe ut ea
que desunt corriges et constituas per civi-
tates presbiteros, sicut ego tibi disposui. Si
quis est sine crimine unius uxoris vir,
filios habens fideles, non in accusacione luxurie
aut non subditos. Oportet ergo episcopum esse
sine crimine tamquam dei dispensatorem, non
superbum, non iracundum, non percussorem, non
turpis lucri cupidum, sed hospitalem,
benivolum, prudentem, iustum, sanctum, con-
tinentem, obtinentem eum qui secundum
doctrinam est fidelis sermonem, ut possit ex-
hortari in doctrina sana et contra dicen-
tes arguere. In utraque epistola sive episcopi sive
presbiteri, quamquam apud veteres idem episcopi
et presbiteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis
est, hoc etatis, iubentur monogami in clerum
allegi. Certe de baptismate apostoli sermonem
nemo esse dubitat. Si ergo omnia que
in ordinatione queruntur episcopi non preiudicat
ordinando licet ante baptisma non fue-
rit, quid ei obsit, et non obsit quare
solum nomen uxoris impediat, quod so-
lum peccatum non fuit reputabile. Omnia
scorta et publice colluvionis sordes
impietas in deum, parricidium et incestum
in parentes atque in contra ordinarias
voluntates utriusque sexus mutata na-
ture scorto purgantur. Uxoris inhe-
rebunt macule et lupanaria thalamis
preferentur. Ego non tibi imputo meretricum
catervas, scortorum greges, effusionem
sanguinis et instar suis in omni ceno
libidinum volutabra et tu michi olim
mortuam de sepulcro uxorculam protrahis

quam ideo accepi ne facerem quod fecisti.
Audiant ethnici messes ecclesie de quibus
cottidie horrea nostra complentur.
Audiant kathecumini qui sunt fidei
candidati, ne uxores ducant ante bap-
tisma, ne honesta iungant matrimonia,
sed scottorum et atticotorum ritu accedere
publica platonis promiscuas uxores
communes liberos habeant, immo caveant quo-
que etiam vocabulum coniugis ne postquam
in Christo crediderint vocent eis
aliquas non concubinas, nec meretrices, quas
uxores habuerint. Recolat universa possessorum
copiam suam et totius mundi plangat eccle-
tis. Cum ergo veterem iudicium se exhibuit
delictorum, audiat increpantem Ihesum:
Ypocrita, eice primum trabem de oculo tuo
et tunc videbis eicere festucam de oculo
fratris tui. Vere scribarum et phariseorum
similes, culicem liquantes et camelum
glucientes, decimamque mentam et ane-
tum et dei iudicium pretermittimus. Quid
simile uxor et scortum? Imputatur
infelicitas mortue coniugis et libido
meretricia coronatur. Ille si prior uxor
viveret aliam non haberet. Tu ut passim
tamen nuptias coniuges quid po-
tes excusare? Forsitan timuisse te di-
cas, si matrimonium copulasses, non
posses aliquis clericus ordinari. Ille in
uxore optavit liberos, et tu in meretri-
ce sobolem perdidisti. Illum nature
et benedictioni domini servientem crescite
et multiplicamini et replete terram
cubiculorum secreta texerunt, te pub-
licante ad conspectum publici fatuos ex-
citata est. Ille quod licebat verecundo
pudore celavit. Tu quod non licebat
impudenter omni orbi ingessisti. Illi
scriptum est: Honorabiles nuptie et
cubile immaculatum. Tibi legitur:
fornicatores autem et adulteros iudicabit deus.
Et qui corrumpit templum dei cor-
rumpet illum deus. Omnia inquit nobis
in baptismate condonata sunt crimina nec [adepta]
putat indulgentiam iudicis metuen-
da severitas, dicente apostolo: Et hec quidem
fuistis, sed abluti estis in nomine domini
nostri Ihesu Christi et in spiritu dei nostri.
Omnia peccata donata bene et fideliter
condonata. Sed quero quid tue sordes

lote sunt et in medio immunditie sordidate? Non di-
co ait sordidatas, sed in eodem statu man-
sisse quo fuerant. Si enim sordide fuissent
lote utique fuissent ut munde. Rogo que
est ista contrarietas et argumentum omni puteali
luto turbidius? Quia non est peccatum, peccatum
est, quia non est sordidum, sordidum
est. Non dimisit dominus, quia non
habuit quod dimitteret. Et quia non dimi-
sit, idcirco manet quod non fuit. Cuncta
omnium hec baptisma et aque in Christo
sanctificate gratia. Paululum post: Docto-
bo. iterum inter volitare pubem Cha-
le arboris nodo malo timeus requi-
ens est. Hoc quod dicitur unius uxoris
virum potest aliter disseri. Ex Iudeis erat apostolus,
prima Christi ecclesia de Israhelis reliquiis con-
gregabatur. Sciebat lege concessum et exem-
plo patriarcharum ac Moysi familiare populo
noverat in multis uxoribus liberos
spargere, ipsis quoque sacerdotibus huius licen-
tie patebat arbitrium. Precepit ergo
ne eandem licentiam ecclesie sibi vendicarent
sacerdotes, ne binas pariter et trinas coniugia
sortientur, sed singulas uno tempore uxores
habeant. Ne contentiose nimium clamites esse quod
diximus, accipe et aliam explanationem,
ne tibi soli liceat non voluntatem legi, sed
legem ingerere voluntati. Quidam coacte
interpretantur uxores pro ecclesiis, viros pro episcopis
debere accipi. Et hoc in Nicena
synodo a patribus esse decretum, ne de alia
ad aliam ecclesiam episcopus transferatur, ne
virginalis paupercule societate contempta
ditioris adultere querat amplexus. Ut
quo culpa et vitio filiorum in legitimis
in constitutionibus accipitur. Damnus
quod dispensatio ad animam referatur
et corpus, ita et uxores pontificum dici
etiam de quibus in Ysaia scriptum est:
Mulieres properantes de spectaculo ve-
nite, non est enim populus habens intelligentiam.
Et iterum: Mulieres divites surgite
et audite vocem meam. Et in proverbiis:
Mulierem fortem quis inveniet? Hono-
rabilior est pretiosis lapidibus que talis
est. Confidit in ea cor viri sui. Et in eodem
volumine: Sapientes mulieres edifica-
verunt domum, insipientes destruxerunt
manibus. Nec hoc inquiunt episcopis
videatur indignum cum de deo scriptum

sit dicit: Despicit uxor mea sum, sic despexit
me dominus iste. Et in apostolo: Despondi enim
vos uni viro virginem castam exhibere
Christo. Mulierem autem id est gynecam iuxta
greci sermonis ambiguitatem in his omnibus
testimoniis uxorem possumus intelligi. Sed
levita est inquit et satis dura est hec
interpretatio. Redde igitur scripture simpli-
citatem, ne tuis contra te legibus
dimicemus. Teneam et aliud. Si quis
dubium utile — ante baptismum habuit concubinam et illa
mortua baptizatus uxorem duxerit, utrum
clericus fieri debeat an non. Respondebis posse fi-
eri, quia concubinam habuit, non uxorem. Con-
iugales ergo tabule et iura dotalia non
concubitus ab apostolo condemnatur. Mul-
tos videmus ob nimiam paupertatem uxo-
riam sarcinam declinare et ancillas suas habere
pro uxoribus susceptosque ex his liberos
colere ut proprios. Si forte ditati ab impera-
tore stolam illis meruerint, confestim apostolo
colla submittent et invite inter uxores
eas recipere cogetur. Si autem imperiale
rescriptum eadem tenuitas non emerit,
cum nationis legibus scita ecclesie mutata
sunt. Unde nec hoc quod dicitur unius uxoris
virum unius mulieris possit intelligi, ut
tantum magis referatur quam ad dotales
tabulas. Hec universa proferimus, non quo
vere et simpliciter intelligentie resistamus,

EPLA. M. IVAN. A. H. sed ut
doceamus te scripturas sanctas sic intellige
ut scripte sunt, nec evacuare baptismum
salvatoris et totum passionis sacramentum
irritum faciamus. Audis mundus necdum
sole rutilante nec pallente luna nec
astris micantibus in compositam et invisi-
bilem materiam abyssorum magnitudine
et deformibus tenebris obprimebatur; solus
spiritus dei in aurige modum super aquas
ferebatur et nascentem mundum in signum
baptismi parturiebat. Inter celum et ter-
ram medium extruitur firmamentum et iuxta
ebraici sermonis celum id est samaim
ex aquis sortitur vocabulum, et aque que
super celos sunt in laudem separantur domini. Unde
et in Ezechiel cristallum super cherubin
videtur extensum, id est compacta et denso-
res aque. Primum de aquis quod vivat
egreditur et pennatos fideles de terra

Paradisus in eden plantatur

ad celum levat. Fabricatur homo de limo
et inter manus dei aquarum sacramenta
versantur. Plantatur paradisus in eden et
fons unus in quatuor principia dividitur
qui postea egrediens de templo et contra
solis ortum vadens amaras aquas mor-
tuasque vivificat. Peccat mundus et sine
aquarum diluvio non purgatur. Statimque co-
lumba spiritus sancti expulso alite te-
terrimo ita ad noe quasi ad christum
in Jordane devolat et ramo refectionis
ac luminis pacem orbi annunciat. Pharao
cum exercitu suo nolens populum dei exire
de egipto in typo baptismatis suffocatur
et in psalmis de interfectione illius scribitur
Tu confirmasti in virtute tua mare tu con-
fregisti capita draconis magni, tu con-
trivisti capita draconum in aquis. Unde
reguli et scorpiones arentia queque sec-
tantur et postquam ad aquas venerint
ydrophobas et limphaticos faciunt. Mirra
mutatur sacramento crucis et lxx palme
apostolorum dulcoratis legis gurgitibus irri-
gantur. Abraham et ysaac puteos fodi-
unt et repugnant allophili et bersabee
civitas iuramenti et regnum salomo-
nis nomen sumit a fontibus. Rebecca inve-
nitur ad puteum. Moyses filias ia-
thro madian aperto puteo ab iniuria vi-
dicat. Precursor domini in aquis fontium
iuxta salim quod interpretatur pax et fasti-
gio populum parat. Ipse salvator post
baptisma et sanctificatas suo lavacro
iordanis aquas regnum celorum incepit
predicare. Primum signum ex aquis facit.
Samaritana vocatur ad puteum. Sitien-
tes invitat ad potum. Nicodemo dicit
occulte: Nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu sancto non potest intrare in regnum
celorum. Cum ab aquis cepat martyrii
pietatis sacramenta finivit in aquis. latus
ipsi percutitur lancea et baptismi atque
martyrii pariter sacramenta funduntur.
Post resurrectionem apostolos mittit ad
gentes precepit que eis ut baptizent
eas in misterio trinitatis. Penitet facti
populum iudeorum et statim a petro ad bap-
tismum mittitur. Antequam parturiat parit
syon et nascitur gens simul. Paulus
persecutor ecclesie et lupus rapax beniamin

Ananie submittit caput nec ante recu-
perat aspectum quam curet baptismo ce-
citatem. Eunuchus candacis regine ethi-
opum lectione prophetica christi baptismo parat
mutat contra naturam ethiops pelle-
m suam et pardus varietates suas. Qui io-
hannis acceperant baptisma quia spiritum
sanctum nesciebant iterum baptizantur ne
quis putaret ex iudeis ac gentibus
aquas sine spiritu sancto ad salutem posse
sufficere. Vox domini super aquas
dominus super aquas multas. Dominus
diluvium inhabitare facit. Dentes eius
sicut grex omnium de tonsure que ascen-
derunt de lavacro omnes gemellos
habentes et non est infecunda in eis. Si non
est infecunda nec sterilis. Oves habebant
ubera lacte rorantia que cum apostolo pos-
sint dicere: Filioli mei quos iterum
parturio donec christus formetur in vobis
et lac potum dedi vobis non escam.
Micheas de baptismi gratia vaticinatur
Ipse autem convertetur et miserebitur nostri demerget
iniquitates nostras et proiciet in pro-
fundum maris omnia peccata nostra. Quod er-
go in lavacro omnia peccata merguntur
quasi una expor properat. Beati quorum
remisse sunt iniquitates et quorum
tecta sunt peccata. Beatus vir cui non
imputabit dominus peccatum. Arbitror
quod possimus et nos hunc tacito aymit
commige. Beatus vir cui non imputabit
dominus vpocem. Audiamus et Ezechi-
elem filium hominis quid de venientis virtu-
te pronunciet cuius homo est futurus
filius. Assumam vos de fontibus
et aspergam super vos aquam mundam et
mundabimini ab omnibus immundiciis vestris
et dabo vobis cor novum et spiritum novum
ab omnibus inquinamentis mundabo vos sordi-
bus et in omnibus michi promittitur
sordes emundant que tanto magis in mun-
dicie non conquinant. Dabo cor no-
vum et spiritum novum. In christo enim ihesu
neque circumcisio aliquid valet neque preputium
sed nova creatura. Unde et cantamus
canticum novum et veteri homine depo-
sito non ambulamus in vetustate
littere sed in novitate spiritus. Hic est

calculus nominis. cui nomen novum
scribitur quod nemo scit legere nisi qui illud
accepit. quotquot enim baptisati sumus
in christo ihesu in morte illius baptizati
sumus. Consepulti enim sumus per bapti
smum in mortem. ut quomodo christus resurrexit
a mortuis per gloriam patris ita et nos
in novitate vite ambulemus. Toci
ens novitate legimus, et totiens macu
losum nomen vetustatis nos post ulla novi
tate deleri. Consepulti sumus in christo
in baptismate et resurreximus per fidem
operacionis dei qui suscitavit eum a mor
tuis. Cum que essemus in delictis et in
preputio carnis nostre convivificavit nos
cum illo donans omnia delicta, de
lens quod adversum nos erat cirographum
decreti quod erat contrarium
nobis, et ipsum tulit e medio affigens
illud cruci. Cum christo mortua sunt
universa cirographi veteris peccata deleta
sunt. solum nomen vivit uxoris, Dies
mei deficiant, si cuncta que ad pote
ciam baptismi pertinent de scripturis
sanctis voluero digerere. et nativitatis
secunde ymmo in christo prime ponere sacra
menta. Antequam dictandi fratrem
finem faciam, iam enim intelligo me
mensuram me excedere. epistole volo superiora
capitula in quibus futuri episcopi vita
describitur cursim deponere. Et apo
stolus non unius uxoris est quoque. sed
in omnibus que precepit doctore saltim
suscipiamus. Similique observo ut ne
quis me in singulari atque istius temporis sacer
dotum que scripsisse que scripsi existimet
sed in ecclesie utilitate. Ut enim orato
res et philosophi describentes quales velint
esse perfectum oratorem et philosophum non fa
ciunt iniuriam demosteni et platoni
sed res ipsas absque personis diffiniunt
Sic in descriptione episcopi et in eorum exposi
tione que scripta sunt quasi speculum
sacerdotum proponitur. Iam in potestate
et conscientia singulorum est quales se ibi
aspiciunt ut vel dolore ad infirmita
tem vel gaudere ad pulcritudinem pos
sint. Ex quo nos dignitatem episcopatum de
sideravit bonum opus desiderat. Opus

de vita episcopi pulcre

de vero ordine

non dignitatem. Labores non delicias. Opus
per quod humilitate decrescat non intumescat
fastigio. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem
esse. Id ipsum quoque ad Titum. Si
quis est sine crimine. Omnes virtutes in
uno sermone comprehendit. Et pene rem
contrariam exigit. Si enim omne peccatum etiam
in ocioso verbo reprehensione dignum est,
quis est ille qui absque peccato .i. sine rep
rehensione venerit in mundum. Sed futurus
pastor ecclesie talis eligitur ad cuius com
paracionem recte grex ceteri nominentur. Diffini
unt oratores rethorem qui sit vir
bonus dicendi peritus. Ante vita, si
lingwa irreprehensibilis queritur ut
dicta vita suscipiantur. Perdit enim
auctoritatem docendi cuius sermo opere
destruitur. Unius uxoris virum. De hoc
supra diximus. Nunc ante admonemus
ut si unius uxoris virum etiam ante bap
tismum tenemus quoque que precepta sunt
ante baptismum requiramus. Neque competit
universa post baptismum et unum hoc man
datum intelligere ante baptismum. Sobrium
sive vigilantem. H. N. Ø. A. H. O. C
quippe utrumque significat. Prudentem
ornatum hospitalem doctorem. Sacerdotes
qui ministrant in templo dei prohibentur
vinum et siceram bibere ne in crapula
et ebrietate aggraventur corda eorum
et ut sensus officium exhibens domino vigeat
semper et tenuis sit. Quod autem infert pru
dentem excludit eos qui nomine sim
plicitatis excusant stultitiam sacerdotum
nisi enim cerebrum sanum sint omnia me
bra in vicio erunt. Ornatum quoque E.
ΚΟΣΜΙΟΝ est prioris verbi id est
qui vitia non habet irreprehensibilis appel
latur. Qui in virtutibus pollet ornatus est
possumus et aliud intelligere hoc verbo
iuxta illud Tullii. Caput est artis
decere quod facias. Sunt enim quidam ig
norantes mensuram suam et tante stoliditatis
ac vecordie ut in motu et in incessu
et habitu et in sermone communi risu
spectatoribus tonant. et quasi intelligentes
quid sit ornatus comunt se vestibus et
munditiis corporis et lautioris mense
epulas parant, cum omnis istiusmodi
ornatus et cultus sordibus fedior sit

Sacerdotes prohibentur vinum bibere

Quod autem doctrina a sacerdotibus expetitur
et veteris scripta sunt legis et ad Thitum
plenius scribitur. Timotheus enim et absque
sermone conversato quantum exemplo pro-
dest tantum silencio nocet. Nam latra-
tum canis baculo que pastoris luporum
rabies deterrenda est. Non vinolentum non
percussorem. Virtutibus vicia apposuit
Didicimus quales esse debeamus. Ut discamus
mus quales esse debeant sacerdotes. Vino-
lencia scurrarum est et comessatorum. Venter
quam mero estuans cito despumat in libi-
dines. In vino luxuria in luxuria vo-
luptas. In voluptate in pudicitia est. Qui
luxuriatur vivens mortuus est. Ergo
qui inebriatur et mortuus et sepultus
est. Noe ad unius hore ebrietatem nu-
dat femora sua. que per sexcentos annos
sobrietate texerat. Loth per temulentiam
nesciens libidini miscet incestum. Et
quem sodoma non vicerat vina vicerunt.
Percussorem autem episcopus ille condempnat
qui dorsum posuit ad flagella et ma-
ledictus non remaledixit. Sed modestum
Duobus malis unum apposuit bonum
et temulentia et ira modestia refre-
netur. Non litigiosum non avarum
Nichil est impudentius arrogantia ru-
sticorum qui garulitatem auctoritatem
putant et parati semper ad lites in sub-
iectum sibi gregem tumidis sermonibus
tonant. Avaricia in sacerdote vitanda
et Samuel docet. nichil contra populo
se tulisse se tulisse probans. Et apostolorum
paupertas qui refrigeria sumptuum a fratribus
accipiebant et preter victum et vestitum
nichil se aliud, nec habere nec velle
gloriabantur. Quam ad Thimotheum
avariciam. Ad thitum turpis lucri cu-
piditatem aptissime notat. Domum suam
bene regentem. Non ut opes augeat
Non ut regias paret epulas. Non ut
celatas patinas struat et fasides an-
lentis vaporibus coquat qui ad ossa
remanent et superficiem carnium non dissol-
vant artifici temperamento. Sed ut
quod populis preceptum est. prius a dome-
sticis exigat. Filios habentem subditos
cum omni castitate. Ne pervitient filios

Heli. qui in vestibulo templi cum mu-
lieribus dormiebant et religionem
predam putantes. quicquid optimum in ho-
stiis erat in suas delicias convertebat.
Non neophitum ne in superbiam elatus
in iudicium incidat dyaboli. Unum mi-
ror non queo. que hominum tanta sit ce-
citas de uxoribus ante baptismum
et rem in baptismate mortuam immo
cum christo vivificatam in calumpniam
trahere. Cum tam apertum evidens que
preceptum nemo custodiat. Heri cathe-
cuminus. Hodie pontifex. Heri in amphite-
atro. hodie in ecclesia vespere in circo
mane in altario. dudum fautor histri-
onum. Nunc virginum consecrator. Num
ignorabat apostolus tergiversaciones
nostras et argumentorum ineptias nescie-
bat. qui dixit unius uxoris virum
ipse mandavit irreprehensibilem. sobrium
prudentem ornatum hospitalem
doctorem modestum. non vinolentum
non percussorem. non litigiosum non avarum
non neophitum. Ad omnia claudimus
oculos. solas videmus uxores. Quod
autem ait. Ne in superbiam elatus incidat
in iudicium dyaboli. Quis non
exemplo verum probet. Ignorat momen-
taneus sacerdos humilitatem. et mansue-
tudinem rusticorum. ignorat blandicias
christianas nescit se ipsum contempnere
De dignitate transfertur ad dignitatem.
Non ieiunavit non flevit. non mo-
res suos sepe reprehendit. et assidua
meditacione correxit. Non substanciam pau-
peribus erogavit. De kathedra quasi
ducitur ad kathedram id est de superbia
ad superbiam. Iudicium autem et ruinas
dyaboli nulli dubium qui arro-
gancia sit. Incidunt in eam qui in puncto
to hore nec dum discipuli magistri
sunt. Oportet ergo eum et testimonium
habere bonum ab hiis qui foris
sunt. Quale principium talis et cla-
usula. Qui irreprehensibilis est non
solum a domesticis sed ab alienis con-
sono ore laudatur. Alieni et extra
ecclesiam sunt iudei heretici atque genti-
les. Talis ergo sit pontifex christi. ut
qui religioni detrahunt vite eius

detrahere non audeant. Aut nunc plerosque
cernimus vel favore populi in aurigarum
modum precio redimere vel tanto omnium
hominum odio vivere ut extorqueant pe-
cuniam quam mimi impetrant gestibus.
Hec fili Occeane sollicito timore
perquirere hec magistros ecclesie docere
custodire, hos in sacerdotibus eligendis
rationes observare. non inter propria
odia et privatas simultates carpentesque
propter auctorem suum invidia legem Christi
interpretari. Unde quantum sit testimonii
huius quod arguimus maritum preter vinculum
coniugale, et hoc ante baptismum nichil
aliud ab emulis obici potest. Cum propter
non mechandum ipse dixerit et non
occides. Si non mecharis, sed occidis
transgressor legis factus es. Cui totam
legem servaverit et offendit in uno
fit omnium reus. Itaque cum opposuerit
nobis uxorem ante baptismum nos
ab eis omnia que post baptismum que
precepta sunt requiramus. Pretereunt
quod non licet et obiciunt quod conces-
sum est. Et sic est finis. Deo gratias

Jeronimus ad Castricianum

Sanctus filius Eraclius
diaconus michi retulit
quod cupiditate mei Cissa
usque venisses, et homo
pannonius id est terrenum animal
non timueris adriatici maris estus
et Egei atque Ionii subire discrimina
Et nisi te pius fratrum retinuisset affec-
tus voluntate opere complesses. Habeo
itaque gratiam et in acceptum refero
In amicitiis enim non res queritur sed
voluntas, quia et alterum, et a bonis
inimicis sepe prebetur. Alterum sola
caritas exhibet. Simul quod obsecro non
imbecillitatem corporis quam sustines
de peccato te estimes evenisse quod
quidem et apostoli suspicantes de eo qui
natus erat cecus ex utero interroga-
tes quoque dominum salvatorem. Iste peccavit
an parentes eius. sed ut manifestarentur
opera dei in illo. Quantos enim cernimus
ethnicos atque iudeos hereticos atque diver-
sorum dignitatum dogmatum homines
volutari in ceno libidinum madere

sanguinem feritate lupos rapinis vince-
re. Et in illorum flagellum
appropinquare tabernaculis eorum. nec cum
ceteris hominibus verberari et ideo insolescere
contra deum et in celum ponere os ad cel-
um eorum. Cum econtrario sanctos sciamus
viros egrotacionibus miseriis et egestate
torqueri Cum fortitudine dicunt. Ergo
frustra iustificavi animam meam et la-
vi inter innocentes manus meas. Statim-
que reprehendentes semet. Si narravero
sic Ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.
Si cecitatem penam putas esse peccati
et ad dei iniuriam iram. quod crebro me-
dici remediant in similibus Ysaac quoque
in tantum lucis istius expers fuit ut cui
nollet decepto errore benediceret.
Referes etiam in Iacob cuius caligave-
runt acies et tamen interioribus oculis et
spiritu prophetali longe post futura prospiciens
et Christum veniret de stirpe regia esse
venturum. Ezechiam et manasse inde
non poterat. Numquid non reges Iuda
sanctius Egyptio unctione infectus
est. Numquid Petro Paulo quos sublimis
neronianum gladium cruentavit et
ut de hominibus taceam dei filius susti-
nuit ignominiam crucis. et tu beatos
putas qui filicitate istius seculi et
deliciis perfruuntur. Magna ira dei
est. quando peccantibus non irascitur deus
Unde et in Ezechiel ad Iherusalem Iam
irascar non irascar super te zelus meus
recessit a te. Quem enim diligit deus cor-
ripit et castigat omnem filium quem
recipit non tendit pater nisi quod
amat. Non corrigit magister discipulum
nisi cum quem ardentioris cernit ingenii.
Medicus si cessaverat curare desperat.
Cum si videris quod Lazarus recipit
mala in vita sua libenter nunc tantum mala
patiar. ut futura michi gloria reservetur.
Non enim vindicabit deus bis in idipsum
Iob vir sanctus et immaculatus et
iustus in generatione sua, cur tanta
perpessus est que illius volumine con-
tinentur. Et ne veteres replicando hy-
storias longum faciam, et excedam
longum faciam et excedam mensuram
epistole brevem tibi fabulam referam

que in senectem temporibus accidit. Beatus Antho-
nius cum sancto Athanasio Alexandrie
episcopo propter confutacionem hereticorum in urbe cet ac-
citus et isset ad eum Didimus vir eruditis-
simus captus oculis inter ceteras sermocina-
ciones quas de scripturis sanctis habebant
cum de eius admiraretur ingenium et acu-
men animi collaudaret sciscitans ait
Num tristis es quod oculis careas corporalibus
cum ille pudore reticeret secundo tercioque
interrogans tandem elicuit quasi per vim
exprimit ut merorem ad simplicitatem fateretur.
Cui Anthonius Miror ait prudentem
virum eius rei dolore dampno quam formi-
ce et musce et culices habent, et non letari
huius possessione quam sancti soli et apostoli
meruerunt. Ex quo prudens quod multo me-
lius est spiritu videre quam carne et illos
oculos possidere in quo festuca peccati
non possit incidere. Nos licet hoc anno
non venimus tamen non desperamus adven-
tum. Et si sanctus Donatus
portitor literarum tuus rursum amplexibus
fuit revectus et illo comitatus huc
veneris, libenter suscipiam dispensacionis
morum magnitudine fenoris duplica-
ta etc. Jeronimus ad Damasum
papam
Importuna in ewangelio
mulier tandem meruit audiri et clau-
so cum servis ostio media licet nocte ab
amico panes amicus accepit. Deus ipse
qui nullius indiget se imbecilliis (?) superari
publicanum precibus vincitur. Ninivetica ci-
vitas que peccato periit fletibus stetit. Quorsum
ista tam longo repetita principio?
Videlicet ut parvum magnus aspicias, ut di-
ves pastor morbidam non contempnas
ovem. Christus in paradisum de cruce la-
tronem intulit. Et ne quis aliquando
seram conversionem putaret fecit homici-
dii pena martirem. Christus in quam
prodigum filium revertentem leta am-
plectitur, et nonaginta novem pecudibus
derelictis una ovicula que remanserat
humeris boni pastoris advehitur.
Paulus ex persecutore fit predicator.
Oculis carnalibus excecatur ut mente
plus videat. Et qui vinctos Christi famulos
ducebat ad concilium iudeorum ipse pro cat[ena]

Epistola valde pulchra

de Christi vinculis gloriatur. Ego igitur
ut ante iam scripsi Christi veste in
romana urbe suscipiens nec barba-
rice limite teneor. Et ne putes al-
terius hanc de me finxisse sentenciam
quod merere ipse constitui, ubi ut ait
gentilis poeta Celum non animum mu-
tat qui trans mare currit. Ita
me incessabilis inimicus post tergum
persecutus est ut maiora in solitudine
bella nunc paciar. Hinc enim perfidis
fulta mundi rabies arriana fremit.
Hinc in tres partes scissa ecclesia ad se
rapere festinat. Monachorum circa
commanencium antiqua in me surgit
auctoritas. Ego interim clamito: Si
quis kathedre iungitur Petri
meus est. Meletius Vitalis atque
Paulinus tibi here se dicunt. Posse-
rem credere si hoc unus assereret. Nunc aut
duo mentiuntur aut omnes. Ideo
obsecro beatitudinem tuam per crucem
domini, per necessarium fidei nostre decus,
ita qui apostolos honore sequeris se-
quaris et merito. Ita in solio cum XII
iudicaturus sedeas. Ita te alius cinc-
tum Petro cingat. Ita municipatu
celi cum Paulo consequaris ut
michi litteris tuis apud quem in Syria
debeam communicare significes. Noli
despicere animam pro qua Christus mortuus
est etc. Jeronimus ad Heliodorum
Grandes materias ingenia parva
non sufferunt et in ipso conatu
ultra vires ausa succumbunt. Quanto
maius fuit quod dicendum est, tanto
magis obruitur qui magnitudinem
rerum verbis explicare nititur. Absque
creatoris noticia sed unus homo perditus
est desiderium absentie eius ferre
non possumus, non illius sed nostram
vicem dolentes. Quanto ille felicior
tanto amplius nos in dolore esse
debemus quod tali caremus homine. Ne-
pocianus avunculum pontificem despicere
non audebat, et non ut in plerisque acci-
dere solet assiduitas familiaritate
familiaritas contemptum fecit illius,
sed ita eum colebat colebat ut
parentem, ita admirabatur quasi no-
vum cerneret. Quid multa? quit clerum

Aliud bone qui gemitus. qui eiula-
tus. que tibi inedicto. que fuga ocu-
lorum omnium querebatur se ferre non posse
et iuvenilis etatis incongruam sacer-
dotio causabatur sed quanto plus
repugnabat tanto magis studia
omnium in se concitabat, et merebatur
negando quod esse nolebat Eoque
dignior erat quo se clamabat in-
dignum. Primam tamen habuit ut humi-
litate superaret invidiam Ita in sin-
gulis virtutibus enitebat. quasi ce-
teras non haberet. cum communi suo
desuper tunicas aliquas proponens libenter audi-
re vel videre videretur. recta precipere prima
non aliter cogitare disputaret
contra se magis docere quam vincere
lectione assidua et meditatione diu-
turna. Pectus suum bibliothecam fecerat
Christi. Unde hoc. Non nisi ex amore
dei. Unde legitur quod indefessa medi-
tatio Nepotiani expediit eius qui le-
gem dedit. alii nummum addunt num-
mo et marsupium suffocantes matrona-
rum opes venantur obsequiis sunt ditiores
monachi quam fuerant seculares. Posside-
ant opes sub Christo paupere quas sub lo-
cuplete diabolo non habuerunt Et suspiret
eos ecclesia divites quos tenuit mundus
ante mendicandos. O inestimabilis humana
condicio. Sine Christo vanum est omne quod
vivimus. Unde platonis sententia est Omnem
sapientium vitam meditationem esse mortis
Debemus igitur et nos animo premeditari
quod aliquando futuri sumus. Et quod velimus
nolimus abesse longius non potest. Nam
nongentis vite excedentibus annos Et Ma-
thusale nobis nostra tempora donarentur tamen
inutile et preterita longitudo que esse de-
sisset. Etenim inter eum qui decem vixit
annos et eum qui mille postquam idem
finis vite advenit transactum omne tempus
est. Nisi quod magis sex onusto peccatorum
fasce premittitur. Inter ceteros indignus
domus et communis satis quasi spectaculum sub-
tilitatis, iniqua est publice dictum ne Red-
dunt fecerit. Res sibi faciendas docet
putat. Cave ne committas. quod aut qui
reprehendere digne laudasse iudicantur
aut qui imitari conantur delinquere.
Omnes quotiens potes, immo plusquam potes
mollitiem animi tui et ubertim affluentes

lacrimas reprime, ne grandis pietas in
potentem apud incredulas videatur Desperatio
putetur in deum. Xerxes rex qui subvertit
montes tum de sublimi loco infinitam
hominum multitudinem vidisset flesse dicitur
quod post centum annos nullus eorum super-
futurus esset. O si possemus in talem a-
scendere speculam. de qua universam terram
sub pedibus cerneremus. ostenderem tibi totius mundi ruinas
gentes gentibus et regnis regna collisa
Cottidie morimur, et nec commutamur. et
tamen eternos nos esse credimus. Quot
puncta notamus. tot moriuntur sunt dampna
temporum. Solum habemus lucri quod et nobis
sociavit amore. Iungamur igitur in spiritu
et stringamur affectu et fortitudine inter
quam beatus Chromatius scripta condidit
in dormitione Virgini nos iungemur
Et cum quo loqui non possumus de eo loqui
numquam desinamus. Nepotianus depictatus
est amore, libellum fecit quod voluit Et
brevem libello amicitias eterne memorie
consecravi. Quo suscepto Darii divitias
se vicisse iactabat. Illum oculis manibus
sinu. ore retinebat. Cumque in strato
frequenter iactabat evolvit. sepe super pectus
soporatus soporati dulcis pagina de-
cidebat etc. Jeronimus de viduis

Honora viduas que vere vidue sunt
hoc est que omni prorsus auxilio
destitute sunt. Que manibus laborare
non possunt. Quas paupertas debilitat etas
conficit. Quibus deus spes est et omne
opus oratio. Ex quo intelligi datur ado-
lescentulas viduas exceptis his quas
excusat infirmitas vel suo labori vel libe-
rorum propinquorum ministerio delegari. Honor
autem hic accipitur vel pro elemosina vel munere
ut est illud presbiteri duplici honore
habeantur. Certe multo laboriosius est
non frui quod habeas quam desiderare quod non
habeas. Unde et virginitas minoris facil-
itatis est. quod caret incentiva non novit.
Et viduitas in illo sollicita quod preteritas
non retulit voluptates, maxime si
putat virum perdidisse non premisisse Quorum
alterum doloris alterum gaudii est. Prima
creaturarum nos docuit plures nuptias refutare
Unus adam et una Eva nec dividensi

uxorem, nec ille qui duplicat panem in opere
coniugali liberos procreare. Olim gloriosus erat il-
lum optimum audire consilium t. s. u. o. Et vi-
f. f. Nunc de continentibus dicitur: Qui ad-
heret deo unus spiritus est. Et adhesit anima
mea post te me suscepit. Nam boni tui
est in impetus quod speramus. Quicquid mali
quod accidere potest in timendum est. Libido
enim consummata semper sui relinquit penitudinem
nequaquam satiatur et extincta reaccenditur
ubi crescit et deficit. Nec ratum paret
que impetu ducitur. Si scandalizat so-
lus est totam etiam nec prebere videbo ut
fratrem. Melius est famulacium minimi
quam salutem aliene perire. Apostoli toto orbe
peregrini non ob in zona nec galigas habuere
in pedibus. Et tamen dicere potuit nichil
habentes et omnia possidentes. Sed aliqui
edificant quasi semper victuri. Comedunt
quasi non altera die morituri. Nemo
tam fractis viribus etiam si decrepite se-
nectutis est ut non se putet unum annum
esse victurum. Explicit opus. Jeroni-
mus ad Paulinum

Obsecro te Pauline karissime ut multi-
tudines hominum et salutaciones
et convivia veluti quasdam cathe-
nas fugias voluptatum. Sit tibi vilis ve-
stitus tibique olera et legumina interdum et
pisciculos pro summis delitiis computa. Naza-
reus qui esum deserat et illo pane vescitur
non quererat magnopere quod de preciosis
cibis stercus conficiatur. Nunquam vino
redoleas quia vinolentos sacerdotes apostolus
condempnat et vetus lex prohibet, qui
altari serviunt vinum et siceram non bibant.
Quod quis inebriat et sensum mentis evertit
effuge similiter, ut vinum tantum ceterum
orum tempus impone quantum sufficere potest. Sint
tibi cenula vasta, simplicia moderata,
non suspiciosa. Cruda prebet oleo non vesci
et molestias quasque difficultates queri-
bariorum querere. Cuncta igitur frater
intuitus per quam viam incedere debeas
revelata facie tua loquar. Sin autem cu-
pias esse quod diceris esse monachus, quid
facis in urbibus, que utique non sunt solorum
habitacula sed multorum. Cum igitur apostoli
principes nos habe. Semper in manu tua
sacra sit lectio et multo tempore disce

quod doceas. Frequenter orandum et fle-
xo corpore mens est erigenda ad dominum.
Crebre tibi sint vigilie et ventre va-
cuo non sepe dormiendo. Secularium et
maxime potentum consorcium devita.
Habeto simplicitatem columbe, ne cui-
quam machineris male, et serpentis
astuciam, ne aliorum insidiis supplan-
teris. Non multum distat a vicio
decipere posse vel decipi. Templum
dei animo ardentem. Illam exornare
rarum vesti. Illi affer donaria in
illa Christum suscipe. Nescio quo plus
placet mundo qui Christo displicet. Vo-
lo ergo ut sine intermissione orationi
vaces et vigil sit tibi sensus. Non cogi-
tationibus variis pateas. Corpus pariter
et animus tendatur ad dominum. Ira-
cundie pareat. Ama scientiam scripturarum
et carnis vicia non amabis. Nec vaga
mens tua variis perturbationibus que
si animo insederint dominabuntur tui
et te deducent ad delictum maximum. Quod
facis semper aliquid operis ut diabolus
inveniat te occupatum. Manus tue
nullo tempore divinis libris vacue sint.
Adolescenciam tuam nulla sors quidem
nec sordes commaculent, ut ad altare
Christi tamquam sponsus de thalamo procedas
et habeas foris bonum testimonium.
Non credas laudatoribus tuis, immo
derisoribus quorum ne libenter accommo-
des. Naturali quodam malo adula-
toribus nostris libenter favemus, et quamvis
nos respondeamus nos indignos et cal-
lidus rubor ora perfundat, attamen
ad laudem suam anima intrinsecus
letatur. Tunc ergo ne aurem linguam
aut aures habeas prurientes. Nemo
invito auditori et laudatori libenter
offert. Distat detractor, dum te viderit
non libenter audire, non facile de-
trahit. Officii ergo tui est visitare lan-
guentes ac lectos corum, et nobilium
amorem custodire secreta. Officii quoque
tui sit non solum oculos castos videre
habere, sed et linguam conservare
et cor mundum tenere, ut possis deum
videre. Sermo presbiteri scripturarum lectione
sit conditus. Nunquam petentes raro
accipiatis rogati. Beacius enim est
magis dare quam accipere. Si peteti

te tecbne. Numquam deformis mulierem
dispicies. nec alia domus. quod agatur in
alia parte nominet. efficiunt que nomen
tamen non vultum nesciant. hospitio-
lum quoque tuum mulierum pedes raro aut
numquam terant. et econtra. Omnes puel-
las aut virgines equaliter dilige. aut
equaliter ignora. Tutius est tamen igno-
rare quam diligere. Ne sub eodem tecto
maneas solus cum sola. secreto et
absque arbitrio vel teste non sedeas.
Si familiarius est aliquid loquendum
habet nutricem maiorem domus virginem
viduam vel maritatam. Si propter officium
clericatus aut virgo aut vidua visitatur
numquam solus introeas. tales quoque habeto
socios ne eorum contubernione infameris.
nec in preterita castitate multum confidas
quia nec David sanctior nec Salomo-
ne poteris esse sapientior nec Sampsone
fortior. Memento semper quod paradisi co-
lonum mulier de possessione sua eiecit.
Caveto omnes suspiciones. et quod quod probabi-
liter fingi potest ne fingatur ante devita.
Non est tam in humana ut nullum
pater habeat cum se audeat credere. Cre-
bra munuscula et oratoria et fasci-
culos et vestes ori applicatas et obla-
tos et degustatos cibos blandas quoque et
dulces litteras sanctus amor non habet.
Mel meum lumen meum. amor meus
meumque desiderium sanctus amor
non habet michi crede. non potest cum deo
toto corde habitare qui familiaritatibus
feminarum et mulierum occupantur sine
copulantur. Frequens femmarum colloquium virus
mentem mollificat. sensum ebetat
et sapientem esse non patitur. Si cel-
ci cum mulieribus habitant confessarium
diabolo non deerit. Amor mulierum
insatiabilis est extinctus reaccenditur
et post copiam inops est. Animum
virilem effeminat. et post passionem quod
sustinet nichil aliud cogitare potest. So-
cietas mulierum clericis et monachis
maxime debet esse infesta. unde et mu-
lieres non melius quam fugiendo vi-
tantur. quia cum ceteris motibus quis
possit resistere hinc non potest nisi fugiendo
resistere. Herba vidit mox appetit nasci
et libidinis intuitu et visu actione

mulierum arescit. Cum corpus tuum castitati
dedicas cum mulieribus habitare non presumat.
Per hanc temptat diabolus quasi per
hostem familiarem. Mulier caput peccati
arma diaboli, expulsio paradisi, mater
delicti, corruptio legis antique. Facies
mulierum sagitta est truculenta. Inseruit
oculus in anima et venenum ibi repo-
suit. et quanto magis rememoratur tanto
maiorem putredinem operatur. Effugio co-
fabulaciones mulierum si castus esse vo-
lueris. et ne tribuas eis fiduciam unde
de in tuis conspectibus. Oleum emittit
lapis lampadem et lucernam. et ignis in-
cense attendit in eo fabulacionem mulierum.
Ignem namque attendens cum volu-
ptate ocius cum mulieribus ad sermonibus
emollitus non facile valebis abscedere.
Crede est cum feminis qui cum domino ad
altare fabularis. ut hec omnia dico
quod mite aut in sanctis viris formidem
sed quod vix in omni proposito et in omni g-
radu et sexu boni et mali reperiuntur
malorum quoque condempnatio bonorum vero
laus sit ad quam nos perducat pater
et filius et spiritus sanctus Amen.

Incipit liber beati Augustini de sancto latrone

Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.
Divinitas operabatur in corpore. apparebat in fragilitate humanitas in
virtute maiestas. Ad hoc utique nobiscum
vixit in carne ut preferret nobis exempla
iusticie. Ad hoc pro nobis mortem subiit
ne conferret munera salutis eterne
hominem ad hoc induit ut erudiret
ad hoc tradidit ut redimeret. ad hoc
reassumpsit ut in deo viveret. vitam
ad hoc deposuit ut dampnaret mor-
tem. ad hoc suscepit ut vinceret. Cum
tamen principium morti redditure quasi
sermo quidam succubuit, sed quod dominus
imperavit. Sed quidem nec in animam pla-
ga inferni nec corpus tenere mortali cor-
ruptione valebat. qui in inferno sub
eadem hora regimen mortis crimina de-
struebat. Cum dominus per
innumeris tante dignationis de ple-
nitudine celesti in factura se etiam
factor exinanivit. Militari dixi
Crux eum pugnantem vidit victorem et
triumphatorem

Quas v enatus et passus

A primo celo egressio eius et usque ad infimum
presidium despecio. Omnia eadem quam persona
quam bene manifestant nature due. Humana
pariter et divina sedem baratri penetraturus
hominem se confessus est. Dum descenderet
dum se perdidit. Dum rediret ut redimeret
impios. ut ait sermo divinus. Ut re-
dimeret impios inter duos latrones re-
putatus est. quod dextera bona quam legimus
pependisse. in sinum confusionem et ob-
probrio crucis tradidit ut latronem glori-
ficaret. Sed si bene respicimus non illi soli
profectum deprehendimus. Nam dum tam
insignem relaxat. dum tanto debitori
residit in manus debiti cautionem humanos
quam concepit securitate ut consolatio fieret
ac spes totius populi absoluto cunctis de-
spati et peccatum domini in publicum
tirecret beneficium. Quare indubitanter
credendum est, quod latroni ad commendatorem
fidei sue. Etiam spei nostre utilitatis ac-
cessit. Immensa enim dei nostri bonitas. li-
berius tribuit. que etiam generaliter pro futuris
precognoscit. et ideo iuxta fiduciam nostre
clemencie si quis nostrum crimina probabili
comissatione dampnavit. et christum toto
corde crediderit etiam nunc ut latro in
semetipsum ingressum paradisi appropinquasse
se noverit. Quantum autem in spem salutis
humane magnitudo fidei et altitudo
diviciarum nostre dei. Ecce hominem scelibus
involutum pena nunc sit. Hac innocentia
hac offensa perdurat ad gloriam. Quam salute
perdiderat. Hinc perditus invenit. cruciatus
absolvat. Dampnatus se venit. sed non sine
causa tamen meruit. Videamus quo tempore
fidelis apparuit. Ecce inter signa et virtutes
attestantibus miraculis et attlantibus
aquo cum iniciis et discipulis meis
iam robusta titubavit. et inter supplici-
cius quadam modo contradicentibus in la-
trone fides novella convaluit. Sub tempore
passionis tempore ab ancilla interrogatus unus
ex discipulis beatus Petrus unus ex di-
scipulis peculiaris christi cognitus ita re-
spondit. Non novi hominem istum. Et iste
qui ante non noverat exclamavit. Memen-
to mei domine dum veneris in regnum
tuum. Quam singularis et quam stupenda

donatio, sub isto tempore reus credit quod
negavit clerus laudabilius. Hic utique
in latrone ac magnificencius sunt quod ho-
minem additum morti, et nunc extrema
nescientem supplicia credidit deum. Quod
si inter victum opera credidisset, et non
sine causa tamen meruit. Advertamus ple-
nius quo tempore deum confitetur. Ser-
viebat impietas persequencium exulta-
bat impietas blasphemancium contectos
liuores et volnera christum solum hominem
demonstrabant. Cruciatur manibus in ligno
crucis extensis et venienda confixis que
que condempnabat. Adde et crure magis
ad inter dicti ligni ubi in ignominiam scenda
sceleris transgressione porrectas. Hec
itaque consilio per omnia infirmitatem
hominis asserebat ille se prelatus lancee
tremendam professionem ostendebat dominum
apostolis post divina miracula despera-
nitibus. Solus hic non accepit scan-
dalo crucis et mortis, solus hic testis
est maiestatis. qui potius prelatum do-
loris. Et ideo hoc in latrone posita
mirabilem dominum angelicus laudatoribus
videt. Ille mancera credo nascentem
fidem latronis iam credentis in christo
spiritus corpore ad mota divinitas que
se largius sub momento illo pagendo
redemptionis infuderat. Videamus
qualis ipsa sunt deprecatio confitentis.
Memento inquit mei domine dum ve-
neris in regnum tuum. Non dixit Si
deus es depriti supplicio eripe me.
Sed magis quia deus es. de futuro
iudicio libera me. Quam cito replet
enim sancti spiritus eruditio. per quem sunt
ex animo dicta retogitans, et sic intol-
lerabile probat quod meruit. Predicat
seculis iudicem regem quam seculorum. non
dum vocatus et iam electus, et non iam
dum famulus, et iam amicus, non dum
discipulus et iam magister, atque ex latrone
confessor. Memento inquit mei, gloria
voce presenti tempore annunciatur. Tempus
despicimus, quia et si pena in latrone
novus que consummatur in auctore de
ligno crucis clamat. Si iam tempora tri-
bulationis videamus, quid inter ista re-
spondeat dominus et larga dei bonitas
que semper ex cedit vota ita graciam

ad nigit et inita L Hodie mecum tam
quam si diceret Quamvis me confidens meus
comes et unicus tanti testis triumphi
quamvis me tanto tempore exorandum putas
ut in die iudicii mei meminerim tamen
[illegible]quit me ad presentem retributionem patior
dissimulans longe quod in futura sola
fidem perfectam inter fatigas Hodie me-
cum eris in paradiso tamquam hereditaria
et prima sede qua expulso Adam
in expulsis duobus est clausa in cherubin-
is flammis te introeunte reserabit Ingre-
dere illuc primus intra paradisum ne-
quaquam ultra tuum aditum cherubin
infensus nullus illuc cibum letale
nulla aut iam legem nulla arborum
prohibitas. Ego tibi illic unus cibus
et vita et me forte vere nec est ali-
quis hostis in illo beato nemore ut
antiquus draco ille insidietur possess-
io est illic me introducente firmabatur
Accedat infidelitas que deum et ho-
minem tamen hominem recognoscit Nam
sicut diabolus est qui de paradiso expulit
ita deus est qui reducit Et secundum
pro deum hominem agnoscimus operantem
positus in patibulo velud arbiter in medio
dampnatorum negantem repulit confi-
tentem suscepit Hunc deputas regno
illum relinquit inferno Hunc igitur
credimus in maiestate mediaturum
et iudicaturum quem iam in cruce
vidimus exercere iudicium Credamus
neque solum eum ex sola virtute patientie
qui dum ab homine teneri et necti
traditur sic quoque hominem gloriam pol-
licetur qui illas ipsas iniurias et
plagas congestas in corpus suum con-
vertit in premium nostri Sed et ipsis
mundi irrationabilis creatura motibus
suis deum loquitur Nam media
passione domini salvatoris celestia
et terrestria turbantur lux cum nocte
miscetur elementa statuuntur et
ab antiquis misteriis effugantur
A parte vero nostra conmoni perspicitur vero
immunditia auctoris sui Nam etiam
ipsa terra concutitur a fundamentis suis
quasi que per se crucem domini vix
sustineat tamen hominum ad scelus proprium

contremiscit Dies refugio lucis quod
pro respuit lamentum et fusco corpus
tenebrarum habitu more lugentis induta
Et sicut celi tota facies dominice na-
tivitatis gloriam nova luce testatur ita
tantis iniuriam novis tenebris detestatur
Et que duritia cordis humani. Ve
eis qui ista non credunt quia quidem
creatura insensibilis que recipere
non potest credulitatis affectum dat tamen
deo confessionis obsequium Et cum
pro sola homine Christus mortuus est
quibus tamen dat ei post illa mundi te-
stimonium divinitatis ad quem non perve-
nerunt beneficia passionis Certe tamen
ista fuit cognoscat homo quantum
valeat et quantum illum obnoxium fac-
iat vel natura vel gratia Agnoscat
quantum homo valeat et quantum debeat
et dum premium ab illo expectat deus
et quem tanta dignatione homines tam
quasi velit esse comparatione gravem
vel pretiosum Agnoscat homo quantum
valeat et quantum debeat et dum precium
suum cogitat vilis esse se dedignat
et potius vitam muneris salvatoris
ex ipso bono non deconspeculata salute
restituat Christianus ergo sollicite
quod tanti sudoris commercio Christus re-
demit Reus itaque erit non parvi
precii sed sanguinis Christi qui violat
et maculat animam Christi sanguine
mundatam Blasphemus homicida
castitatis proditor hec tria capitalia
occidunt Contestamur caritati vestre
tam pias ceteros malorum blasphemus
homicida proditor castitatis scilicet expu-
gnator aliene id est qui lectum alienum [illegible]
transgreditur qui extra coniugem suam
per mortiferos errat amplexus reus
erit eterne mortis quia [illegible] in se
habuit sanguinem redemptoris Et quia
clamat Apostolus Neque adulteri neque
rapaces regnum dei possidebunt Ab-
stineamus manus ab alienis alienige-
nis oculos ab aliena femina Cave-
amus ne corpus quod Christus assumpsit et
iniuriam faciamus in nostro corpore

Caueamus itaque peccatis et criminibus vi
tam ponderare non ad nos prophetia respi
ciat ista terribilis. Nemo est inquit deus
in conspectu eius in omni tempore aufe
runtur iudicia tua a facie eius. Inreme
diabile periculum est si aliquis viciis et
cupiditatibus frena laxare ut se voz
deo non meruerit redditurus, quia pro eo
magis sit iam pena peccati mei, quam
peccatum et memoriam perdidisse futuri iudicij
Nam nobis ita dulcia sunt pomorum
spolia per modum minimis amarissima
sicut locutus sit dictum est, refugiamus
terminis aliene ab honestate contagia
vitemus obscena iuste voluptates inter
dia. Hec qui ait lignum de stipula et
lignis iniquitatum preciosos succendit
ignes et iniquum exterminatores consummat
vapores. Nam tamen est inde si admirat
homo ut in paucis vite huius annis
consummat eternos et sub breui fine
congregat et penas sine fine meorias
Sed ne forte lignum liligine nimis se
curus faciat aut remissum tam nova
crudelitas ne forte dicat aliquis in
corde suo. Non me usque adeo conturbat
et cruciat me conscientia. Non me adeo
conturbat culpabilis vita. video sub
momento video sub exiguo spacio latroni
crimina sua. Primum considerandum est in
latrone ne ideo non solum credulitatis
compendiosa deuotio sed temporis illius subgo
hec agerent occasio quo instore legi
titubasse perfecto. Deinde mihi latronis
mite onde et remissionem beatitudinis
pollicetur. Committit diaconus secunditatem
ut inferat perditionem, nec dimigari pot
quod hec inanis spei umbra recepit.
Doceant queso vos ab hac persuasione
immutabiles presertim sub tali securitate in
di et vane boni, etiam malis pleni
ex hac luce parrupti. Cottidie expa
uescendi sunt crimina nostri et consumma
tionis metu que et quod uel spata uel sub
ita sunt et meterimus remediis caritatis
sunt. Amen dico est dies qui preueniet
conspicit. Ipse se seducit et de morte
sua ludit qui hoc cogitat quod potest
ei extremi temporis indulgentia

sub venire. Incertum est hoc, quia
sumus periculosa, et in ultimum diem
promissa securitas. Deinde stultissimus
ut tamquam deuotitatibus agitur et inus
inutilibus vite deficientibus committat
extremis. Credibile est apud deum
quando homo sub fiducia penitentie
in senectute se reseruat. Credite
fratres difficile est ut callida dissimu
latio ordinate consummationes obtine
digna sit facultate apud illud cordis
inspectorem. Ars non admittitur ad sa
lutem. Ille autem de quo locuti sumus
latro beatus, beatus inquam non tamen
in siluas incerta viam tendens, sed
viam ipsam in Christo tenens ac mite
predam subito rapiens atque in mutato
genere nona spolia de morte prepa
reportans. Ille nec salutis tempora
sciens dispulit, nec remedia statutis
sui in momenta ultima infelix frau
de reposuit, nec redemptionis spem
in desperationis nouissimus reseruauit
nec religionem mutare, nec emptum sunt.
Et si fuisset forsitan inter apostolos
non posterius fuisset in inibi qui
per factum est in regno. Ergo etiam
ex hoc extremo placuit deo, quia
ad consequendum fidem non fuit illi
extrema hora sed prima. Opus   Auctoritas predicte
est ergo ut sibi homo cottidianus ac
tum providcat et procuret bonam con
summationem. Opus est ut tota no
stra vita talis sit in conuersatione,
et liberari mereamur in fine, et
incessabiliter diem transitus nostri
et temporis iudicij cogitantes. Nos
quoque cum latrone iugiter prouolua
mur ad dominum. Memento
mei domine dum veneris in re
gnum tuum. Amen.

Et sic finis libri beati Au
gustini de latrone. Sequitur
liber beati Augustini de
firmitate ecclesie.

Hodie nobis translata est celum
non stellis de celo in terram de
scendentibus, sed apostolis
ad celos ascendentibus.

qa effusa ē copiosa gr̃a xp̄us facti
et p orbem vniu̾sum ṗpata est celum
et nō imitans naturam sed volunta-
tem emendans Inuenit namq̃ publi-
canum et ewangelistam effecit. inuenit p̾-
secutorem et apostolum reddidit. inuenit
latronem et in paradisum introduxit. inue̾t
meretricem et virginibus coequauit. inue̾t
magos et ewangelistas eos ostendit. fu-
gauit maliciam et induxit benignitatem
et exterminauit seruitutem et induxit li-
bertatem. concessit debitum. et intulit
graciam dei. Ideo celum factum est
terra. et hoc sepius dicens nō cessabo
Ubi enī tales stelle sunt apl̄i stelle
celo apostoli super celos Certe supra
sunt inquit ap̄l̄us capite. ubi xp̄us
est in dextera p̄ris sedens. Stelle de
igne sensibili apl̄i de igne intelligi-
bili Stelle in nocte lucent in die
obscurabunt. apl̄i in die et in nocte
suis radiis. hoc est v̄tutibus efful-
gent Stelle orto sole obscurantur.
apl̄i sole iusticie resplendente sua cla-
ritate lucebunt Stelle in resurrec-
tione cadunt sicut folia. apl̄i in resur-
rectione rapientur in nubibus Et
illis quidem sideribus alius antifex
alius lucifer appellatur In apl̄is ãt
antifer nullus. omnes luciferi. et eos
stellas maiores apl̄i Et quecumq̃
eos luminaria mundi vocauit nō pecca-
bit. et nō solum dum adhuc essent
in corpore. sed magis etiam nunc quando
de hac vita migrarunt Terra enim
et multa seminatorum nō minuunt in morte
nō redeunt die. nō dissoluunt in terra
nec nocte obscurantur. nec tenebris
obumbrantur. et hec res ipsa demo-
strat Piscatores quippe erant et il-
lis dormientibus recia operabantur
et tunc quidem pisces capiebant ad
mortem. nunc autem homines capiunt
ad salutem. claudos facientes currere
cecos illuminantes. leprosos mundantes
demones effugantes Testatur mul-
titudo credencium vinitores erant et
illis absentibus corpore. vinea floresc̄it
et botros affert Etenim vinitores erant
et piscatores et tres et colump̄ne
et medici et duces. et doctores. et
athleta et pugnatores &c
Colump̄ne quidem quia v̄tute
sua robur sunt fundamenta
ecclesie quia in confessione ipsorum fundata
ē eccl̄ia dicente domino Tu es petrus
et super hanc petram fundabo eccl̄i-
am meam Portus autem quia tempestates
impias repulerunt Gubernatores
quia onera terrarum piam terram duxe-
runt Pastores quia lupos abegerunt
et oues conseruauerunt. Aratores quia
spinas eradicauerunt Vinitores quia la-
bruscas amputauerunt et semina pietatis
plantauerunt Et nō dicas me non
intacissimum hec dixisse addentem.
Paululum in medium hec omnia
faciente Uis enim plantatorem uide-
re audi Ego plantaui apollo rigauit
sed dominus incrementum dedit Uis
autem structorem videre Sicut
sapiens inquit Architectus fundamen-
tum posui Uis autem dimicatorem
uidere. sic pugno nō ut aerem ver-
berans. Uis enim videre captorem Ab iherusalem
et in circuitu usq̃ ad mare. et inde
ad hyspanias videre Non ē collucta-
tio ad v̄sus carnem et sanguinem
Uis enim videre ducem assumite ar-
ma dei. et induite loricam fidei et ga-
leam salutis et gladium sp̄us Uis enim
videre stantem Bonum certamen certaui.
cursum consummaui fidem seruaui Uis
videre coronatum Et tum erat unus omnia
faciebat dominum suum imitans Et enim
cum sit diuinitas unius substancie et
immutabilis pro nostra salute omnibus
omnia fecit Tu pastor factus es. et ipse
et vinea sicut ipse dicit Ego sum vinea
vos autem palmites. promouere quem
voluisti. factus est et via dicens Ego
sum via per me si quis intrauerit saluabit-
ur et ingredietur et pascua inueniet
Omnis factus es illi et pastor Ego sum
pastor bonus Pastor namq̃ bonus
ponit animam suam pro ouibus suis pec-
cator factus es. factus et agnus Ecce
agnus dei ecce qui tollit peccata mundi
Manducare voluisti. factus est et me(n)-
sa. bibere voluisti factus ē et potus
Qui manducat carnem meam et

bibit sanguinem meum in me manet
et ego in eo. Vestis voluisti, facta est tibi
vestimentum. Quotquot autem baptizati estis
Christum induistis. Sponsa fieri voluisti
facta est et sponsus. Qui enim habet sponsam
sponsus est, sicut Johannes baptista dicit.
Nubere voluisti, factus est et vir. De-
spondi enim vos uni viro virginem castam
exhibere Christo.

Meretrix eras, et facta es virgo. Quam no-
va et admiranda rerum commutatio.
Apud seculi homines nuptie virgi-
nitatem dissolvunt, apud spirituales autem
nuptias meretricem ex gentibus accepit
ecclesiam et virginibus castiorem effecit.
Interpretare mihi o heretice, quomodo meretrix
effecta est virgo. Hoc te nescire dicis et dis-
putare audaci de deo temeritate conaris.
Circumvenire non queo fide vir principio.
Hec autem operatur spiritus sancti gratia que lar-
ge effusa est super apostolos dei. Et factus
est repente de celo sonus tamquam adve-
nientis spiritus vehementis et replevit to-
tam domum ubi erant sedentes et appa-
ruerunt illis dispertite lingue tamquam
ignis. Non ignis sed tamquam ignis. Si
ignis inquit, quomodo non ardebat, interrogat
Judeus. Interrogabo et ego Judeum. Si ig-
nis erat quomodo non comburebat rubum fa-
cile lignum. Quid igne vehementius, quid
rubo vilius. Et neque lignum exurebat,
neque ignis extinguebatur. Et item quomodo cor-
pora trium puerorum ignis non exussit, sed
caminus in rorem versus est, et carbones tam-
quam rosas arbitrabantur. Certamen eius
corporis et tenue corpus fiebat victoria. Et
quibus terra solubilius sive factum est firmius.
Interpretare mihi veteri, et illa que pres-
serunt ut credatur veritati. Quare spiritus
sanctus in igne apparuit per velocem miss(?)
susceptorum, non autem ipse hoc solum, sed et
sicut ignis spinas comburit, sic et spiritus
sanctus peccata dispertit. In magnis est Daniel
in lacum leonum, et in maiorem rabiem
illorum virtus divina repressit. Peragravit
piscatores orbem terrarum et infirmitate cu-
m morientes ad sanitatem eorum reduxerunt
et in ruina positum ad stabilitatem eorum
renovaverunt, non scuta moventes, non arcus
tendentes, non sagittas mittentes, non pe-
cuniam largientes. Non eloquentia confidentes

sed erant nudi quidem sed induti
Christo. Pauperes sed divites. Pecunia indi-
gentes, sed regnum celorum possidentes.
Non habentes humana solatia, habentes
autem divina. Unde Ecce ego enim inquit vo-
biscum sum omnibus diebus usque ad con-
summationem. Peragravit universum orbem
terrarum oves simul cum lupis. Quis
vidit, quis audivit dicit. Mitto vos
sicut oves in medio luporum. Quis vero quam
pastor oves mittit in medio luporum,
sed magis si videt lupos congregat
oves. At vero Christus contrarium fecit,
oves ad lupos direxit et vulnerare
a bestiis non sunt, sed magis lupi
ad omnem mansuetudinem sunt conversi.
Et ut non viderunt illi oves sumus quia
et mittis nos in escam luporum,
timorem illorum uno sermone abstulit.
Non dixit ite nec enim virtute eorum
mittebat eos, sed ecce inquit ego mitto
vos. Confusum quidem vos sed qui mittit
potens est etc.

Quis es tu. Ego sum qui celum
extendi, qui terram fundavi.
Quod mare infrenavi, qui mortem
dissolvi, qui chirographum quod
contra vos erat concisi, qui veterem
legem immutavi, qui vos ad primam
patriam renovavi et dissolutos conforto.
Quid mari fortius, sed parva arena arena
intollerabilem illius impetum re-
primit et continet. Ecce ego inquit
mitto vos, qui mortis habeo potestatem,
qui de celo descendi. Ecce ego mit-
to vos ut oves in medio luporum
tamquam murus quidam bestie fiebat
omnibus ut nec fuga concederetur
saluti circumvallati undique. Oves ergo
mittere in medio luporum oves in-
currerunt lupi, et mutati sunt lupi, et
facti sunt oves, nec enim natura sed
voluntate lupi erant. Ecce ego mitto
vos. Quid ergo nos precipis. Estote pru-
dentes sicut serpentes. Serpentes si
millies vulneretur caput autem suum
salvat, totus est sanus. Sic et tu si pe-
cuniam adversarius tollere vult, libens
trade, et si omnes facultates auffer-
re conatur cede. Et si ipsam temporalem
vitam tuam extorquere cupit, ne re-
sistas, tantummodo fidem tuam custodi. Il-
la illesa manente omnia ingentia
mala facillima erunt. Unde Cristi

de ventre matris tue, nudus redibis
sed forsitan in exilium mitteris, tu
dicito: Domini est terra et plenitudo eius.
Sed mors forsitan occupabilis non est
timenda, quia transitus est. Tantum modo
fidem serva, thezaurus indeficiente
divitias sempiternas. Horum ergo que di-
cta sunt martires testes sunt, quia fidem
non perdiderunt, et post recessum de cor-
pore fortiores sunt vivis. Propterea igitur
dominus homo factus sum. Propterea car-
nem indui, ut hunc orbem universum sal-
varem. Multum enim deo ecclesia cara
est, non muris circumdata, sed fide circum-
septa. Propter ecclesiam extensum est celum,
diffusum est mare, extensus est aer,
terra fundata est, paradisus plantatus
est, mirabilia multa facta sunt,
pellagus scindebatur, petra frange-
batur, et iterum coniungebatur, manna
pluebat de celo, et tamquam primosa
ponebatur mensa. Propter ecclesiam prophete,
propter ecclesiam apostoli, et quod plus
dicam propter ecclesiam unigenitus dei fi-
lius homo factus est. Sicut dicit
paulus: Qui proprio filio suo non pepercit,
ut ecclesiam mederetur sanguinem
filii effudit, propter ecclesiam hunc sanguinis
irrigat ecclesiam etc.

Et ideo plantula eius marcescere
non possunt, nec amittunt folia
arbusta eius, non subiacent mutabilitati
temporis, nec est condicioni obnoxia
ut per estatem coma foliorum tegatur,
hyeme autem amittat. Non tenetur
temporum qualitate, sed eam spiritus sancti
gubernat gratia, et ideo non senescit nec
contrahitur, et multis oppugnantibus
non obprimitur. Quanti ab initio ob-
pugnaverunt ecclesiam tamen fidei semina
latentur, et arma contra eam commota
sunt, sed quanto impugnabatur tanto
clarior redebatur. Sed nunc quod propter di-
gnitatem et reges et duces et milites,
et universus orbis fide repletus est. Nam
in principio et ut ita dicam in cuna-
bulis ecclesie reges fuere impii, duces
insani, populus peccatorum deditus, et boni
undique dampnabantur, arenae dedebat(?),
demonibus fumus et odor pessimus

maculabat aerem, terra coinquinabatur
sanguine, diabolus diabatur. Pater
abdicabat filium, filius inhonorabat
patrem. Natura quidem scindebatur, sed
pietas non dividebatur. Ubi sunt nunc
qui audebant ecclesie contraire? Quando
novella erat in nullo potuit ledi, et
nunc quando usque ad celum pervenit,
estimas eam posse superari? Quando cum
xi essent apostoli nullus eos superare
potuit, sed pauci homines totum ceperunt
mundum. Et nunc quando terra et mare
et orbis terrarum et universitate civitatum(?) loca,
regiones et civitates et omnes fines
terre pietate repleti sunt, putas eam
te posse vincere tenere? Sed non potes. Christus
enim propter eam passus est. Porte inferi
non prevalebunt adversus eam. Facilius
celum exterminari potest et terra perire
quam aliquid mali pati ecclesiam. Cuius
est qui hoc dicit: Ipse Christus loquitur:
Celum et terra transibunt, verba autem mea
non transibunt. Valde enim verbum dei potius
celo validius est, quia celum opus dicitur.
Propterea deus fecit celum et verbum in opus
apperuit, et currebat natura, et nemo
impediebat, quia verbum domini imperabat,
qui et facere et immutare potest. Ego
eam edificavi, qui celum statui, sed
propter celum non fudi sanguinem, et propter
celum circumcisus non sum, nec propter ce-
lum celeste corpus accepi. Et quid dicam
celi, angelorum corpus non accepi, ut di-
scas quod celo et angelis et omni creatura
honorabilior ecclesia est. Ubi celum et
terra transibunt, verba autem domini
non transibunt.

Assit gentilis, assit iudeus, si hec
inania verba sunt redarguat, si autem
veritas est, que dicta sunt adverent vir-
tutem dei. Dicit Christus: Celum et terra
transibunt, verba autem mea non preteribunt. Fa-
cilius est celum perire et terram devorari
quam verba mea excidere. Nunc autem
sunt verba eius adducamus in medium,
videamus ne forte mentiti(?) non du-
bitamus dico, sed hereticos includo. Que
ergo sunt verba: Celum et terra transibunt,
verba autem mea non preteribunt. Qui sermo-
nes que verba: Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam.

~~pulsis nimis quod ecclesiam impugnantibus~~

Nimis pulsis quod impugnantibus ecclesiam

et porte inferi nō prevalebunt adversus
eam. Super hanc petram nō dicit
sup petrum. Non enim sup hominem sed sup
fidem ecclesiam suam. Quid aut erat
fides. Tu es christus filius dei vivi. Pe-
tram vocavit ecclesiam suscipientem fluctus
et nō titubantem. Etenim ecclesia suscipit tē-
ptaciones, et tamen nō vincitur. Quid est
sup petram, hoc est sup confessionem, super
sermones pietatis. sed forsitan interroga-
bis. Utrum hec edificacio suscipiat la-
pides aut ligna aut fenum. Non inquit
nec enim est sensibilis edificacio, quod
si talis esset, solveretur tempore. Confessi-
onem aut pietatis, neque demones
neque ulla creatura vincere potest. Testantur
martires quorum latera videbantur sed fi-
des nō fraudabatur. Quoniam nona (?) eorum mar-
tires paries effoditur et thesaurus non
aufertur. caro finditur et fides nō rumpitur
Talis quippe martirum virtus. Etenim sup
hanc petram edificabo ecclesiam meam
et porte inferi nō prevalebunt adversus
eam. Attendite diligencius. por-
tas inferi pericula vocat que mortem
pariunt. Quemadmodum ergo in infernum intravit,
inspicis etiam quomodo periclitatur. Sicut enim
porte civitatis ... sunt, sic pericula
introitus mortis sunt. Et tamen inimicus non
prohibet temptaciones, ut ostendat virtutem
eius. Si nemo eam impugnare posset
dicere poterat, quando si impugnaretur utique
vinceretur. propterea permittit impugnari, ut nō
debilitatis repugnacionem fidei victoriam
putaret. Et porte inferi. Non dixit non
oppugnabunt ei, sed nō prevalebunt ad-
versus eam, sed nō demergitur. Quid ergo
impugnabitur fides, et tamen vinci non potest
tempestates suscipit ecclesia, sed nō demergitur
iaculis incessanter impetitur, sed nō perforatur
machinamenta preparantur, sed telis nō ceditur
Et quid dico ecclesiam totam
sermone locutus est predicator, et at-
tamen invisibilis perseverat. Conati tamen
omnium hoc delere conati sunt, sed nō potue-
runt. supra petram enim fundata erat
Considera tirannos reges diademata
gladios acutos, bestiarum dentes immanentes
caminos sartagines manus ferreas, et gra-
phios et omnia machinamenta parata, et fa-
ctum quid, suam evacuavit diabolus

sed nichil lesit ecclesiam. porte enim
inferi non prevalebunt adversus eam
Testatur res ipsa, quanti impugnaverunt
et nō prevaluerunt, et impugnatores
quidem taciturnitati et oblivioni dati
sunt, ecclesia aut cottidie augmentatur
virtutibus. Ubi nunc Claudius. Ubi
Augustus. Ubi Nero. Ubi Thiberius
nomina sunt nuda, eorum aut nemo
nec ulla horum mencio, et quia ecclesiam
impugnaverunt ideo et memoriam perdi-
derunt. Ecclesia aut clarior resplendet
urbiumque terris ad Indeos ad Mauros
ad Britanos ad Hispanos usque ad
ultimos fines terrarum. Armenie (?) in prin-
cipio erat orbium et omnia religione
plena. Ante hoc enim omnia erat
impietate repleta. Nunc aut nō
solum civitates religione florent
sed fide christi, sed etiam heremus in no-
mine domini gloriatur. Ante ea namque
et regine in conviviis virorum salta-
bant ut filia Herodiadis fecisse
legimus. nunc vero vix famula di-
gnatur hoc facere. Antiquitus
gentilium filii parentibus sociabantur
connubio, et soror fratri iungebatur
impune. Nunc vero virginitatem ap-
petunt. Ante hoc aut aliquotiens
in Britania humanis vescebantur
carnibus, nunc ieiuniis reficiunt ani-
mam. Massagete et derbites mi-
seros putant qui egrotacione mori-
untur et parentes cognatos propinquos
cum ad senectutem venerint inqui-
lanites devoravit, vetus esse di-
centes, ut asse pocius quam a vermi-
bus consumantur. Nunc vero post
passionem ihesu christi, et resurreccionem
eius abstinencia et castitate devo-
te militant christo. Et propter omnes
gentes parate sunt pro nomine domini
nostri ihesu christi fundere sanguinem
suum. Ante hoc impii et persecutores
erant reges, nunc vero ad ecclesiam perfe-
runt pietatem. Et ingredientes limen
ecclesie deponunt coronas et crucem
ihesu christi in suis depingunt.
frontibus foris arma, hic misteria
foris scuta, hic sacrificiorum celebracio

Theodosius filius pr̄ Theodosius re-
ligione ac pietate insignis deorum
pro his omnibus gratias agamus domino
per Ihesum cristum dominum nostrum cui est
gloria et potestas cum spiritu sancto per
immortalia secula seculorum Amen

Scias quod in oratione dominica De oratione
tria ponuntur primo ponitur dominica
oracionis ponuntur vii petitiones ubi sub-
ditur prefacio que benivolentie cap-
tatio cum dicitur Pater noster Secundo
ponuntur vii petitiones ubi subditur
Sanctificetur nomen tuum etc. Tercio sub-
iungitur affirmacio vel conclusio cum
subditur Amen Hec enim tria oratores
facere consueverunt Primo scilicet ponere
prefacionem in qua captant benivolentiam
iudicis commendando eum a potencia
sapiencia et bonitate Deinde petunt
Tercio concludunt dicentes audacter
quod petitiones sue utiles et iuste exau-
diri debent Sic et Cristus hic nos
docet orare deum trinum et unum Primo
ergo ponitur prefacio in qua dei benivo-
lencia captatur et hoc ex tribus primo
ex sciencia in hoc quod dicit Pater ut com-
datur sciens dare bona petentibus Se-
notatur enim antiquitas in patre eterno
et post sequens sapiencia quia Job xii
dicit In antiquis est sapiencia
Secundo ex voluntate et amore in
hoc quod dicit noster Qui enim dat nobis
filium suum ut esset noster frater redemptor
quomodo non cum illo omnia nobis donavit
Romanorum viii Item ex potencia cum
dicit Qui es in celis in domo tua
specialiter quia ibi magis in opere relucet
dei potencia sapiencia bonitas Quando
enim aliqui sciunt et nolunt bene facere
amicis suis sed nequeunt quod ex cara-
citatem ex bona sua sunt quasi diceret
Sed non est ita de te pater qui in domo
tua es in celis scilicet ubi est omnium bonorum
habundancia festinemus ergo nunc il-
luc ire ubi est pater noster patria nostra pa-
trimonium hereditatis nostre Ubi enim
est corpus illic congregabuntur et
aquile Cum ergo domine deus noster
possis scias velis nos exaudire et
scire posse et velle compleant omnem

certum confidimus de tua misericordia quod no-
stras honestas petitiones exaudies
Petimus ergo et dicimus Sanctificetur etc.
Petitiones autem sunt septem que sic ordi-
nantur Due sunt partes iusticie facere
bonum et declinare a malo Et primo peti-
mus ut deus det nobis graciam faciendi bonum
et hoc in quatuor primis petitionibus Secundo
quod det nobis graciam vitandi malum et
in tribus hoc in tribus ultimis petitionibus
ibi Et dimitte nobis Bonorum autem
quedam sunt spiritualia que pertinent ad animam
Et hec primo petuntur Quoddam autem
est temporale quod pertinet ad sustentacionem
corporis et hoc petitur secundo ibi Panem
nostrum Et post ordo ex verbis domini Mathei
Primum querite regnum dei et iusticiam eius
et hec omnia adicientur vobis Bona
autem que pertinent ad animam sunt tria
Horum autem quoddam pertinet ad futuram
vitam ut gloria et istud primo petitur cum
dicitur Sanctificetur nomen tuum Duo
alia pertinent ad animam in presenti scilicet
perseverancia in bono et gracia Et ista petuntur
secundo cum dicitur Adveniat regnum
tuum etc. Petitur ergo primo bonum glorie
quod ad animam pertinet in futuro cum dicitur
Sanctificetur nomen tuum id est in nobis
glorificetur ut te videamus facie ad fa-
ciem quod in futuro implebitur Vel
sanctificetur nomen tuum in nobis id est confirmetur
quod non possimus illud amittere quod
scilicet simus filii tui perfectam in futuro quod
solum per peccatum amittimus sed in futuro beati
non peccabunt nec peccare poterunt
Et hec est petitio contra superbos quia
tales dei veritatem et claritatem dei videre
non possunt Quia timor mentis est ob-
staculum veritatis Deinde petitur bo-
num perseverancie cum dicitur Adveniat
regnum tuum scilicet finaliter id est regnum mi-
litantis ecclesie veniat ad regnum tri-
umphantis quasi diceret Da nobis graciam
ut possimus perseverare in bono ita ut
perveniamus ad regnum tuum eternum
Qui autem sic petit salutem omnium postulat
Quod est contra invidos qui de malo
proximi gaudent de bono dolent Na
secundum illud dictum Poete Invidus
alterius rebus macrescit opimis Sed
sancti affectus in omni bono secundum
Ambrosium Tercio petitur donum gracie

Posset enim dici in quo petis perseverantiam
Respondet in caritate et gratia Unde
dicit fiat voluntas tua sicut in celo
et in terra Da nobis gratiam quod nos qui
habitamus in terra ita faciamus voluntatem
tuam sicut cives celestes Vel sicut
voluntas tua fit in celo i. a iustis
ita fiat in terra i. a peccatoribus Et sci-
as quod voluntas tua dei duplex
dicitur ubi proprie et sic dicitur voluntas
beneplaciti vel dicitur methaphorice
et sic dicitur voluntas signi et hec
est quintuplex scilicet preceptio prohibitio con-
silium promissio operatio Deus precipit ac
prohibet permittit consulit implet Horum
autem signorum duplicitatis ratio hec est
quia vel signum voluntatis est respectu
presentis et sic respectu bonorum est operatio
respectu malorum permissio Vel est futu-
rorum et sic respectu mali est prohibitio
respectu boni ad quod omnes tenentur
preceptum sed respectu perfectionis boni quod
non omnes attingunt est consilium
Dicitur autem deus aliquid velle metha-
phorice eo quod ad modum volentis
se habet inquantum precipit vel consulit
vel prohibet vel aliquid huiusmodi
facit Voluntas beneplaciti consequenter
semper impletur sed voluntas signi
non Hec petitio est contra iactuosos
et inobedientes qui nolunt maioribus
obedire sed pocius magis dominatores
esse Sic iam habemus petitiones
que pertinent ad bonum anime Contra
quas vitia opponuntur scilicet superbia per quam
homo perdit deum Invidia per quam
perdit proximum Ira per quam perdit seipsum
quia impedit ira animum ne possit cernere
verum Quarto docet nos Christus petere
bonum temporale quod pertinet ad sustenta-
tionem corporis cum dicitur Panem
nostrum Et dicit panem quod est contra
delicatos qui non sunt contenti cibo
communi Panis enim cibus hominum commu-
nis est Nostrum i. pro nobis factum
Vel nostrum non alienum quod est contra avaros
Vel contra illos qui de rapina vel
de usura comedunt et vivunt Cotti-
dianum dicit contra gulosos quia

vix tales non panem cottidianum sed simul
tot dierum comedunt Da nobis dicit
contra hereticos qui ista temporalia
non a deo credunt dari sed a diabolo
Hodie addit ut doceamur de crastino
non esse solliciti Mathei 6 Autem in
ewangelio suo ponit supersubstantialem
et possunt esse due partes Et est sensus
Da nobis hodie i. in presenti tempore
panem nostrum i. Christum qui est panis
fidelium Da dico super panem i. preter
panem spiritualem i. necessarium ad su-
stentationem quasi dicat Da nobis utrumque
panem anime et corporis Lucas
autem ponit cottidianum quia tamen de
viatico exponitur Et intelligitur per
panem quod est corpori necessarium Unde
videtur petitio i. exemplum proverbiorum Di-
micias mendicitatem et paupertatem ne dederis
michi sed tantum victui meo tribue
necessaria Hec petitio est contra vendi-
cantes qui perdunt dominum suum co-
medentes eius panem et ideo dere-
licto adherent huic domini sui Et
si intelligatur de pane sacrame-
tali cum ipse cottidianus perficit
hominem In pane intelliguntur omnia
alia sacramenta Si autem intelligatur
de pane corporali per panem intelli-
gitur omnis sufficientia victus sicut
dicit Augustinus ad probam Item
et eukaristia est precipuum sacramentum
et panis est precipuus cibus Et
Dimitte Et hic secundo docet
Christus petere ea que pertinent ad al-
teram partem iusticie scilicet declinare
a malo Est autem triplex malum scilicet
preteritum presens et futurum Et ideo ter in
missa dicitur Agnus dei qui tollis
peccata mundi miserere nobis Tollit
ut dicit Augustinus dimittendo peccata
et admonendo ne fiant ducendo
ad vitam ubi fieri non possunt et am-
moto ipsius triplicis mali petitur quod
Malum preteritum est malum culpe
Malum futurum malum temptationis
que inclinat in culpam et est via in
ipsam Malum presens est malum
pene Per hoc quod dicimus
libera nos a malo preterite

culpe ostendimus quod sumus peccatores et in mundi Per malum autem future temptationis indicamus quod sumus infirmi non valentes per nos resistere Per malum autem preteritis pene in minus quod sumus miseri sed deus est clemens et misericors ad dimittendum potens ad auxiliandum/ copiosus ad beatificandum Petitur ergo primo ut a nobis amoveatur malum culpe preterite cum dicitur Et dimitte nobis debita nostra id est peccata nostra propter que sumus debitores pene Nam qui aliquem offendit eius debitor efficitur Et secundum Crisostomum Qualis precessit offensio talis debet sequi reconciliatio Quicumque habet debitum istud non solvit nisi non illud solvere non potest/ quia ut dicit propheta Mutuabitur peccator et non solvet Et dicit signanter debita nostra/ quia culpa non est a deo auctore/ sed voluntate nostra propria Et per intelligi debemus debita sive offensas vel peccatis que petimus nobis dimitti Nam peccavimus id est diminuimus per eam in nos metipsos Iuxta illud propheticum Peccavimus cum patribus nostris Indemum sz iniuste egimus In per eam iniquitatem fecimus Quantum ad nos ipsos Sequitur Sicut et nos dimittimus id est dimittemus vel dimitteremus debitoribus nostris/ qui nos offenderunt et nobis satisfacere debuerunt Hec petitio est contra indulgere nolentes sed vetralibus quia Ecclesiastici xxviii° dicitur Homo homini servat iram et a deo querit medelam Quarto petitur amotio future temptationis cum dicitur Et ne nos inducas in temptationem id est ne nos a temptatione vinci permittas Et secundum Crisostomum non oramus non ut temptemur/ sed ne in temptationem inducamur Temptatio enim ratione utilitatis et victorie que provenit inde bonum est/ Unde Iacobi primo capitulo Omne gaudium existimate fratres cum in temptationes varias incideritis Hec petitio est contra illos qui se temptationi exponunt ut qui cum mulieribus in locis privatis loqui volunt et ludere etc sed atti

ncat quia Poeta dicit Cogitate potis nomine culpa tegi Tercia petitio remotio mali preteritis pene cum dicitur Sed libera nos a malo scilicet preteritis pene que nobis humilitatis causa est Iob xvi° Sagitte domini in me sunt quarum indignatio ebibit spiritum meum spiritualitatem Hec petitio est contra querentes in hoc mundo felicitatem quia non potest hic pura leticia esse quia Boecius dicit Quam multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo respersa est Sed potest queri an ille qui non habet peccatum aliquod peccet in dicendo Pater noster qui confitetur debita se habere que non habet Ad hoc dico quod hic non potest aliquis esse cum omnino aperte saltem veniali vel quantum ad aliquem reatum in minimis sit Si tamen prelationis fiat non peccat dicens in persona ecclesie Item queritur de illo qui debita non dimittit an peccet dicendo Pater noster Dico quod in persona ecclesie dicit se dimittere peccata Unde non peccat hoc dicendo/ sed remissionem non consequitur nisi dimittat Sed si in persona sua hoc dicat/ non dicit quantum ad illud quod agit/ sed quantum ad id quod optat pervenire/ Postea sciendum quod in predictis vii petitionibus contentis vii possunt intelligi dona gratie Sanctificetur nomen tuum per fidem que mentem purificat ut hic per fidem deum cognoscamus et in futuro per speciem Adveniat regnum tuum per spem qui speramus regnare Qui enim spe caret non credit aliam vitam esse Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra/ per caritatem qua dei voluntas impletur Panem nostrum cottidianum da nobis hodie per fortitudinem quia panis cor hominis confirmat Et dimitte no. de. no. sicut et nos di. de. no. per iusticiam/ quia iustum est qui dimittimus nostris debentibus quod deus nobis dimittat Et ne nos inducas in temptationem/ per temperanciam qua temperancia refrenatur Sed libera nos a malo/ per prudenciam qua declinamus nocivum Ultimo ponitur conclusio Amen

qui iuste et iuste sunt petitiones tue ppo-
site exaudire nos digneris. Hec in ka-
tholicon per totum etc. Sermo Au-
gustini De vanitate huius seculi
In hac vita positi fratres ita agite ut
cum huic migraveritis et caro vestra
in sepulchro cepit devorare anima
ornata bonis operibus cum sanctis omnibus
letetur in celis. Retrahat vos a ma-
lis operibus vel peccatis multitudo eorum
quos premisistis. Attendite calamitates
considerate divitum sepulchra, ubi corpora
qui ante parva tempora vobiscum erant
quid sunt nisi quod fuerunt. Ubi quod cupidi-
tas eius seculi et divitie profuerant. Ecce
modo ossa eius nisi soli cineres remanse-
runt. Certe si modo loqui possent hec
nobis dicerent. Ut quid miseri tan-
to studio vanitatem discurritis. Ut
quid vos criminibus et vitiis repletis.
Considerate ossa nostra et vel sic
vobis horreat cupiditas vestra et iniquitas
cumulata. Quod vos estis nos fuimus
et quod nos sumus vos eritis. Ita
omnia fratres karissimi sollicita considera-
tione pensate et hec considerantes
expavescite. Ante oculos proponite
diem mortis et ad emendationem quantum
potestis sollicite festinate. Nolite ne-
gligere quia sustinet pius dominus nos
peccantes. Quia quanto diutius exspec-
tat ut emendetis tanto gravius si ne-
glexeritis iudicabit. Si forte putatis
quod finis mundi tardius veniat, vel
quid unusquisque considerat finem. Ecce
cum libenter ac iocundissime in mundo
moratur homo, multaque tempora
disponit agenda, repente rapitur
in morte et in puncto aufertur a corpore.
Sed ille est beatus qui iam semper
habuit ante oculos et festinavit
in illa hora mortis paratus inveniri po-
tuit. Et si vultis scire karissimi
quam cum magno metu magnisque
doloribus anima separatur a corpore,
diligenter advertite. Veniunt enim
angeli assumere eam ut perducant

eam ante tribunal iudicis metuendi.
Et tunc illa memorans sua mala opera
et perversa que in die noctuque gessit plu-
riora commisisset si affuisset possibili-
tas contremiscit et querit ea fugere
inducias quoque petere ipse quoque dicentes: Tu nos
egisti opera tua sumus. Non te deseremus sed
tecum semper erimus tecum quoque pergimus ad
iudicium. Hec quidem peccatoris anima
ait que cum horrendo timore a corpore
separatur et pergit plena peccatis et negli-
gentiis confusione. Iusti vero anima cum separatur
a corpore non timet nec expavescit sed
a malis cum magno gaudio egreditur
et cum exultatione pergit ad deum
deducentibus se sanctis angelis. Illam
horam fratres modo timete ut non tunc
in aliquo timeatis. Illam nunc pre-
cavete ut tunc securi esse possitis.
Mementote magis quod in medio
laqueorum diaboli ambulatis et ideo
semper parati estote. Ut quando domini pre-
ceptum fuerit iussum sine labore ab omni labe
peccati ad requiem transire possitis.
Non arbitramini vos diu in hoc mundo
mansuros quia nunquam ~~pervenit~~ ut venient
post divitum amissum perceptum nec
unius hore momentum in hac vita
consistere concedetur. Cavete igitur ne in
exitu vestro tristitiam faciatis angelis
et gaudium inimicis. Scitote vero quia
cum anima a corpore excluditur statim
aut in paradiso pro bonis meritis collo-
catur aut certe pro peccatis in inferni tar-
tara precipitatur. Eligite modo quod
vultis et iam in vita vestra disponite
aut perpetualiter gaudere cum sanctis
aut sine fine cum impiis cruciari.
Itaque fratres vel pene vos terreant si
premia non invitant et quod seculum
si despicere non valetis vel cum iustitia
possidete. Certe in adolescentia terrat
sape vel in senectute respirat. Et
mala que peccando commisit penitendo
iam expurgat. Ecce paulatim deficit
mundus et cuncta que videntur velo-
citer tamquam vespertina umbra tran-
seunt. Ecce quod olim pronuntiabat
propheta iam tempore presenti cernitur. Substra-
huntur ut videtis omnia bona et
cotidie mala crescunt. Nolite

ergo fratres iam mundum diligere / que tanta cunctis cum velocitate transire. Nolite in eius amore anchoram cordis iam figere quem sic ad finem conspicitis declinare. Presertim cum apostolus clamat quod amicitia huius mundi inimica sit deo. Si enim ipse mundus nos diligeret diligendus utique non esset / quanto magis nunc dum ipse nos odire probatur quos tantis insequitur malis. quibus omnibus modis contempnendus atque fugiendus est. Vitam ergo eternam omnibus precordiis vestris amate quam numquam in secula seculorum finiatur. Illuc festinate ubi semper vivatis et ubi iam mori numquam timeatis. Si iam enim sic amatis istam vitam miseram secundum quam / ubi cum tanto labore vivitis / et ubi vix currendo satagendo sudando suspirando necessariis corporis satisfacitis quanto magis amare vitam eternam debetis ubi nullum laborem sustinebitis ubi summa securitas / summa felicitas / felix libertas, felix beatitudo. Ubi eciam implebitur illud quod dominus in ewangelio dicit Erunt homines similes angelis. Et illud Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Qualis putabis tunc erit splendor animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum / ubi iam non erit ulla tristicia nullus ibi labor / nullus dolor / nullus timor nulla mors / sed perpetua semper sanitas perseverat. Nulla ibi consurgit malicia / nulla carnis miseria / nulla omnino necessitas. Non erit ibi fames, non sitis non frigus / non estus / non lassitudo ieiunii / nec ulla temptatio inimici / nec peccandi voluntas / nec delinquendi possibilitas / sed totum leticia / totum exultatio possidebit homines quod sociati angelis sine ulla carnis infirmitate regnabunt. Erit ibi iocunditas infinita / beatitudo sempiterna, in qua qui semel adeptus fuerit semper tenetur. Nichil hoc loco magnificentius nichil gloriosius / nichil prestancius nichil verius / nichil illa bonitate sincerius / nichil illa habundancia copiosius. Ubi iam non formidabit fortissimus hostis qui cupit inique animas iugulare / nec fatiga bimur turbulenta tortoris. Non incutiet timorem immanitas barbarorum / nec ulla ultimus timebitur adversitas. Nemo in loco illo quod iam indiget vestimento / nec est illic frigus / nec estus nec ulla aeris inequalitas. Nullus ibi exponitur / nullus exspectatur / nullus est ibi peregrinus. Quod omnes qui illuc venire meruerint semper in propria patria vivent. Non ultra adversabitur spiritui / sed inenarrabili cum angelis sempiterna corpore summa fruetur. Et quod oculus non vidit sicut apostolus dicit nec auris audivit / nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Ecce quali beatitudine perditurus erit qui modo deum se laudare / nolunt emendare. Ideo nos fratres domino ampliante de digne nostra sermone de precio / quibus tanta beatitudo preparatur in celo. Dum ergo tempus est spacium nobis habendi dum festinemus despiciamus que terrena sunt, ut adipiscamur celestia. Cogitemus nos esse in hoc seculo peregrinos / ut liberius festinemus ad celos. Velociter enim transeunt, et cito tamquam umbra pereunt cuncta que hic videntur. Perpendamus fratres karissimi quales erimus in die iudicii / dei et angelorum eius conspectui presentandi / quando opera nostra erunt nobis ante oculos nostros ponenda. Qualis erit confusio cum contigit peccatis suis in conspectu dei omnium quam hominum et angelorum erubescere / qui hic nec unum quidem hominem se peccantem volt nunc inspicere. Vel quis pavor erit dominum iratum videre quem placatum non valet humanitas comprehendere. Illum ergo diem semper timeamus quem non possumus [illegible] preundere. Illum diem iugiter paveamus et vel sic nostros actus renovemus. Consideremus qui terror in die illo erit cum deus de celo ad iudicandum venit. Quam metus erit dominum iratum vide-

ad cuius adventum omnis ira clementia gratiarum. Tunc enim terra contremiscet. virtutes quoque celorum commovebuntur. Tunc mirum tubis perstrepentibus angelorum omnes gentes que in seculo fuerint et omnis homo tam viri quam femine in corpore suo quique qui nati sunt in mundo boni et mali sancti et peccatores vel quicumque ab initio nati et mortui fuerint. sive a bestiis devorati. sive ab igne consumpti. sive etiam ab aquis absorpti. Omnes simul in momento temporis in ictu oculi resurgent. in corporibus sine dubio corporibus istis in ipsa carne quam hic habuerunt et in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi in qua et ipse dominus resurrexit a mortuis. Et omnes ante iudicium Christi venient peccatores enim electi et reprobi oculis suis videbunt. Sicut et ipse dominus in evangelio dicit Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna et potestate angelorum agminibus circumseptum Et congregabuntur ante eum omnes gentes terre, et separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab hedis Et statuet quidem iustos a dextris, impios autem a sinistris Tunc dicet ad eos qui a dextris erunt Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi Esurivi enim et dedistis mihi manducare Sitivi et dedistis mihi potum et que audistis in Evangelio Tunc omnibus aspicientibus ostendet livores vulnerum quoque clavorum in ipso sine dubio corpore quod pro nostris peccatis vulneratum est Et ita peccatores ~~compellens~~ arguens dicet Ego te homo de terre limo manibus meis formavi. et in paradisum meum quem non merebaris collocavi Sed tu iussa quoque mea contempnens deceptorem sequi maluisti Unde et iusta pena dampnatus in inferni suppliciis deputatus eras Postea misertus tui carnem assumpsi in terris inter peccatores habitavi contumelias et obprobria propter te sustinui, ut te eriperem Colaphos et sputa suscepi ut tibi dulcedinem paradisi redderem Acetum cum felle bibi propter te vepribus coronatus

crucis fixus, et lancea vulneratus sum Ad inferna descendi, ut te ad paradisum reducerem Tartara adii, ut in celo regnares Agnosce ergo impietas humana que pro te pertuli Ecce livores quos propter te suscepi Ecce clavorum foramina quibus affixus in cruce pependi Suscepi dolores tuos ut te sanarem Suscepi penam, ut tibi gloriam darem Suscepi mortem, ut tu vivas sine fine Conditus iacui in sepulchro ut tu regnares in celo Hec omnia pro nobis sustinui Amplius quid debui vobis facere debui et non feci Dicite mihi nunc et ostendam Quid passi estis propter me dominatorem vestrum. vel quid boni egistis Ego cum essem invisibilis et impassibilis. propter vos dignatus sum sponte pati, propter vos incarnatus sum Cum essem dives, propter vos egenus factus sum Sed vos humilitatem meam, et precepta mea spernentes seductorem magis quam me secuti estis Ecce modo non potest iusticia mea aliud iudicare, nisi quod merentur opera vestra Ergo quod ipsi elegistis tenete Contempsistis lucem possidete tenebras, quas amastis Ite in perditionem Secuti estis dyabolum ite cum illo in ignem eternum Quanta putas tunc erit meror, quis luctus que tristitia, que angustia, cum hec fuerit adversus impios prolata sententia. Tunc erit malis dura separatio a dulcedine consortii sanctorum Tunc impii tradentur in potestate demonum, ibunt cum ipsis corporibus suis cum dyabolo in supplicium eternum, et permanebunt sine fine in luctu et gemitu. quippe exulati a beata paradisi patria cruciabuntur in gehenna perpetua, numquam lucem visuri, numquam refrigerium accepturi sed per milia milium annorum in inferno cruciandi, nec inde in seculum liberandi. Ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando moritur Sic enim ibi ignis consumit ut semper reservet Sic tormenta aguntur ut semper renoventur Iuxta vero qualitatem culpe penam unusquisque sustinebit gehenne Et similis culpe

augentur
rei ~~agitatur~~ penis similibus cruciandi
Non ibi audietur aliquid nisi fletus
et planctus atque stridores dentium Non
ibi erit aliquod consolamentum. nisi flam
me. et livores penarum [illegible] debent quod
miseri in igne eterno semper in secula se-
culorum Amen Justi autem ibunt in vi-
tam eternam in ipsa sine dubio carne
quam hic habuerunt, et sociabuntur
angelis sanctis in gloria sempiterna
ubi numquam iam ulterius morituri, nunquam
iam corruptori virenti sed semper leti
ac dulcedine dei iugiter satiati, ful-
gebunt sicut sol in gloria et claritate quam
preparavit deus diligentibus se. Et erit
tunc, quanto amplius quisque alio hic
obediens deo fuit, tanto ampliore
illic mercedem accipiet. Caritate quam
hic amplius quis deum amavit tanto
amplius eum videbit Benedicamus
Igitur dominum deum fratres qui ad
leticiam spiritualem congregavit nos
Simus in humilitate cordis semper et
gaudium nostrum penes ipsum sit Non
de prosperitate aliqua huius seculi iacte-
mur, sed noverimus felicitatem non esse
nisi cum ista transierint Modo gau-
dium nostrum in spe sancta sit. totum desi-
derium vita eterna sit Omnia suspi-
ria nostra christo anhelent Ille unus
concupiscatur qui fecit decorem. et
pulchros facit desideretur Ad illum
omnis cursus illi ingemiscamus Et
dicamus Semper magnificetur dominus
qui volunt pacem servi eius. Amen
Explicit Sermo Beati Augu-
stini De vanitate huius seculi
mundi

Prologus Hugonis super Regulam beati Augustini etc.

Ante omnia fratres karissimi diligatur
deus, et deinde proximus, quia
ista precepta sunt principaliter nobis
data etc. Admonitione fratres que dico
et attendite singuli diligenter Cum
surgitur ad vigilias nocturnas mente sue
tempore per momenta singula debet religiosus
computare et videre ut semper bene fa-
ciat, aut si male fecerit ut caveat

in omni tempore pro hoc revolvens
si nunc vel cras esset moriturus hoc
faceret Cum psallitur ad vigilias vel
ad horas diei reliquas, et per cor ad
psalmi sensum habeat, et corde magis
quam voce domino cantandum revolvens
nisi ad aliquid sublimius rapiatur
ad horam licitum est preterea nomine debitoris
vel dicendi in choro sive vel attende
in alto Et si aliquis vero eum errare con-
tigit per unam sillabam, per sillaba dictionem
per dictione versum, per versum psalmum
totum repetere debet Ad regularia
intervalla debet ad orationem sedere et necessitatem
corporis providere, ita tamen ut vadens
et rediens de dici nomine sursum corda
Et nondum quod propositi specialiter est, si cor-
pus requirit infirmitatis rigoris pristini
aliquantulum relaxare Tempore etiam
lectionis orandum est, aut si ad le-
gendum accedat non querat scientiam sed sa-
porem Est enim sacra scriptura puteus
Jacob ex quo hauriuntur aque que in
oratione funduntur Et nondum quod
non semper ad oratorium est eundum
sed in ipsa lectione contemplari potest
vel orare, post completorium enim statim
psallendum est sanctis altaribus
Si sacerdos est tamquam unus ex alum assistat
angelus in specie toto ~~capitulo~~ Si minist
tamquam domino administret Tempore
laboris cum aliis exeat ad laborem
in quo considerare debet non quod agat
sed quo animo agat, si nimio laborare re-
nuerit sed penitere, cessante manu
debet spiritus laborare meditando vel orando
quoniam in ipso opere idipsum facere tenetur
Post hoc accedat ad mensam, ubi non
solum fauces sumant cibum carnis
sed et aures cibum mentis Deinde
in hoc plurimum gaudeat quod sibi vi-
liora quam aliis apponitur Tanto enim
feliciores sunt qui in sustinenda pau-
tate fuerint fortiores Post prandium
in gratiis solvendis pro nobis noverit
supplicandum, pro peccatis eorum sic quorum
elemosinis sustentantur, et timere debet
ne quid corpori suo supra necessitatem
indulserit Si forte vocetur ad colloquium

cum saecularium

et 2m regulam et sine risu pura verba et
rationabilia loquatur / et antequam ea pfe-
rat, his ad linguam veniant quam semel ad
linguam ~~Si vero cum aliquo de seculo~~
~~loqui debeat~~ tunc maxime ponat custodiam
ori suo et nichil omnino proferat quod non
edificet audientes Sic igitur in tunctis
se habeat ut nullus dubitet quin eum vi-
dit quam religiosus sit ~~ille~~ Deinde cum
post completorium in lectum suum venit
de singulis diebus in plenario sibi capi-
tulum teneat / et cunctarum ibi cogitacio-
num ponat racionem cum eis diligenter
recogitans si quid ipsa die in cogitatione
locutione seu opere deliquerit / quod peni-
tere quid spiritualiter / et per singulas noctes lec-
tum suum lavans hoc est per singulis
peccatis conscienciam suam lacrimis et dolore
puri ficans diligenter omnia computet
de singulis in capitulo publice de
apertis, privatim de occultis confessionem
faciturus Ut autem confessio sit perfec-
ta debet habere videlicet, ut sit voluntaria
et nuda et munda voluntaria ex
propria deliberatione et proposito Nuda ut
inde pro re gesta peccatum suum dicat Mun-
da ne peccatum suum palliet, ut sodoma
sed pura et simplici intentione accuset
In capitulo vero coram omnibus quibus penitere
offendit in ipsa ordinem manifeste
revelet et tamen pro modo assistens in-
diti in cunctis ibi se habeat loquatur
respondeat vel proclamet. Clamor eius
mitis et cum oleo caritatis sit unctus
Ecce in primo habemus ordinem et modum
~~vivendi~~ et speculum vivendi in per-
fectionem moralis Remedium pollicetur
assiduitas tenendi vero capitulum
speciale sicut ... etc.

Incipit expositio regule beati Augustini etc.

Hec precepta que subscripta sunt in
regula appellantur, quia vere
in eis recte vivendi nobis forma ex-
primitur Regula autem dicitur eo quod recte
regat vel doceat Et quod nos dicimus
regulam greci canon appellant Unde
etiam greco nomine canonici id est re-
gulares appellati sunt hii qui in monasteriis

constituti iuxta regularia precepta sanctorum
patrum canonice atque apostolice vivunt
quibus dicitur hec sunt que ut obser-
vetis precipimus in monasterio constituti
Ad hoc nobis divina precepta leguntur
quatenus lecta intelligant intel-
lecta opere compleant Nam et si intel-
ligant et non impleant metuenda
est illa sententia qua dicitur Servus qui
scit voluntatem domini et non facit pla-
gis vapulabit multis Hinc paulus
ait Non enim auditores legis, sed
factores iustificabuntur Audiamus
ergo sacra precepta patris domini et memo-
res simus mandatorum eius ad facien-
da Verba sic dicit Beatus Jacobus
Si quis in lege perfecte perspexerit libertatis
et manserit in ea non auditor obliviosus
factus sed factor operis, hic beatus
in facto suo erit Et dominus in evangelio
Beati qui audiunt verbum dei et custo-
diunt illud Igitur hec que precipiuntur
nobis in monasterio constitutis humiliter
attendamus Primum est quod in
unum estis congregati ut unanimes
habitetis in domo Prima namque
ammonicio sit de unitate et concor-
dia / et tali concordia que in deo
est Nam concordia ad faciendum
peccata mala, concordia est vero
ad benefaciendum ad sectandum
iusticiam ad serviendum deo bona est
Hoc est quod in unum estis congre-
gati scilicet ut in servicio domino unum
spiritum et unum animum habeatis in domo
et sit vobis anima una et cor
unum in deo Oportet enim si in unum
sumus congregati corporaliter, ut simul
habitemus spiritualiter Non enim prodest
si nos contingeret continere una do-
mus, et separat diversa voluntas,
Plus enim attendit unitatem animi
quam loci Ecce in una domo sunt
plures homines. diversi mores, diversa
corda, diverse anime Hec omnia
debet coniungere in unum una intentio
et unus amor in deum Debemus
ergo in hoc esse unius animi et unius
voluntatis et intentionis ut summamus

deo. Diligamus enim ex toto corde et ex tota anima, et proximum nostrum sicut nos. Necessaria est ergo nobis virtus concordie que sic haberi potest. Si frater cum venit ad monasterium et incipit se spoliare propria voluntate atque illud imitari qui ait: Non veni facere voluntatem meam. Et iterum: Pater non sicut ego volo, sed sicut tu. Hoc enim quod maxime adducit ad concordiam et hoc est magne humilitatis indicium. Unde generatur obediencia et crescit caritas et pax atque ceterae virtutes. Cum si ego volo facere voluntatem meam et iste suam et ille suam, fiunt divisiones, oriuntur lites, ire et rixe que sunt opera carnis. Et sic ait apostolus: Qui talia agunt regnum dei non consequentur. Sunt quidam in congregatione obstinati in suo sensu, sapientes in oculis suis, hii quod animo conceperint quasi ex ratione defendunt, nec se aliis sed alios sibi applicare contendunt. Et si viderint sibi non obtemperari, statim commoventur atque alios perturbant. Tales esse solent mandatorum seniorum inobedientes, et plerumque quia in eis regnat passio inobedientie et impatiencie. Isti non sunt ydonei ad concordiam. Sed inepta apud vatem evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Singularia quippe obstinatis cordis est sebia et valde stulta sapientia est talibus se velle preferre. Ideo contra id apostolus ait: Si quis inter vos videtur sapiens esse, stultus fiat ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est, et secundum deum magna sapientia omnibus se videri esse inferiorem. Unde scriptum est: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Et dominus discipulos suos, inter quos erat contentio quis eorum esset maior, statim ad humilitatem et concordiam revocat dicens: Qui maior est vestrum, ipse est vester servus. Et ipse filius hominis non venit ministrari sed ministrare et animam suam dare in redemptionem pro multis. Ergo unanimes habitatis in domo. Bonum est enim et iocundum habitare fratres in unum, nec tamen placent et anima nostra nec orationes nostra sacrificia sine concordia. Ideo dicit in evangelio: Vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum. Ex quibus verbis patet quod qui concordiam non habet cum proximo, deo offerre digne sacrificium non valet. Perpendere ergo debemus quanta sit apud deum concordie virtus, sine qua non placent ipsa sacrificia quibus delentur peccata. Et sciendum quia cum ad conversionem venimus contra dyabolum in certamine assumimus. Nichil autem est quod ipse tantum timeat quantum caritatis unitatem. Nam si distribuimus propter deum totum quod habemus, et hoc dyabolus non timet, quia ipse nichil possidet. Si ieiunamus, hoc ipse non metuit, quia cibum non sumit. Si vigilamus, inde non terretur, quia ipse sompno non utitur. Sed si caritate coniungimur, inde vehementer pavescit, quia hoc tenemus in terra quod ipse contempsit servare in celo. Hinc est quod sancta anima terribilis esse ut castrorum acies ordinata describitur, quia sicut hostes timent quando aciem castrorum bene ordinatam et communitam ad bellum vident, ita nimirum dyabolus expavescit spirituales viros virtutum armis accinctos in unitate concordie vivere conspicit, victusque vehementer dolet cum eos per discordiam dividere et penetrare non valet. Hinc de domino scriptum est: Factus est in pace locus eius. Ibi confregit potencias arcuum, scutum, gladium et bellum. Ex quibus verbis patet quod omnia dyabolica arma frangat concordia. Et sit nobis in anima una et cor

vnum in deo. Hec sunt primicie spiritus quas
ex primordiis nostre conuersionis offerre om-
nipotenti deo debemus sicut ipsa sapiencia
precepit dicens fili da mihi cor tuum
Vnius enim corde et voluntate trahimur
ad deum Ergo si corpore separamur a
seculo, corde et anima iungamur deo
ut possimus veraciter dicere, mihi adherere
deo bonum est Nam qui adheret
domino vnus spiritus est Adhereamus
ergo ei ut simus participium fortes, ut simus
vnum in ipso et beati cum ipso dicamus
et adhesit anima mea post te Ca-
ritas nos separat a mundo, et ipsa nos
coniungit deo Sic erit nobis anima
vna et cor vnum in deo, si ex toto cor-
de et ex tota anima diligamus deum
Deus enim caritas est et qui manet
in caritate in deo manet et deus in
eo Sed quia caritas non querit que
sua sunt, recte subiungitur Et non dica-
mus aliquid proprium, sed sunt nobis omnia
communia Non enim debemus aliquid
habere proprium aut quidquam dicere me-
um, sed nostrum, ut dicatur nostra cap-
pa nostra tunica nostra domus nostra
camisia, et in ceteris similiter Omnia
enim in quibus debemus habere, et omnia
communi nomine appellari Sed in hoc
pensandum est, quanta differencia sit in-
ter carnales fratres et spirituales Nam
illi habent que sua sunt diuidunt, isti quod
diuisum erat in commune ponunt Illi
quod suum est querunt Isti non que
sua sunt querunt, sed que ihesu christi
Plus ergo valet ista propinquitas quam
illa quia illa deficit et ista crescit
illa habet diuisionem ista vnitatem
illa transit cum seculo, ista permanet
Ad hoc modo in ista domo simul
viuimus ut post modum in celesti regno
simul maneamus filii dei sumus
inquit apostolus Sed non dum apparuit
quod erimus Scimus autem quod cum appa-
ruerit similes ei erimus quia videbimus
eum sicuti est Et apostolus Non habemus
hic manentem ciuitatem, sed futuram inqui-
rimus Ergo non debemus habere propria, sed
sunt nobis omnia communia Fratres sicut

homines in hoc seculo alius aurum
et argentum, alius domos et familias
alius nomen grande, potenciam et gloriam
alius hoc, alius aliud, dum simili
modo Pars vero nostra est ipse deus Et
nos si volumus hereditatem possidere
deo, inter eos debemus habere ex toto animo
Nimis enim est auarus, cui non sufficit
deus Et si quispiam aliud querimus
vbi gratia aurum argentum possessio-
nes, cum istis partibus pars fieri dominus
dedignatur Verba sunt beati Ieronimi
Ego inquit non accipio hereditatem
inter ceteras tribus, sed quasi sacerdos
et leuita viuo de decimis, et altari
seruiens altaris oblacione sustentor
Habens victum et vestitum hijs con-
tentus ero, ut nudam crucem nudus
sequar Beati enim pauperes spiritu
quoniam ipsorum est regnum celorum Et quia
quam diu hic viuimus corporali
necessitati indigemus recte subiungitur
Et distribuatur vnicuique vestrum
a preposito vestro victus et tegumentum
Sic enim dominus voluit ordinari ec-
clesias suas ut alii vacarent spiritua-
libus, alii eis temporalia ministrarent
Et ideo alios voluit esse prepositos
alios subditos Prepositorum offici-
um est subditis temporalia ministrare
Subditorum ministerium est spiritualibus
studiis insistere lectioni oracioni contem-
placioni vacare in psalmis imnis
et canticis spiritualibus, celestibus cotti-
die deseruire Tanto ergo opus ut
circa se solliciti viuant, dignus
est enim, quanto eos alienos curis
non implicat Constitutum est a domino
ut qui altari seruiunt de altari
viuant Dignus est enim sicut ipse ait
operarius mercede sua Et nos si viuimus
de annona christi iustum est, ut labo-
remus in seruicio christi, et tunc di-
gne mercedem accipiemus, si prius
bene operari fuerimus Dicit enim
paulus apostolus Qui non vult operari
non manducet Et si non labo-
ramus et manducabimus tanto

Qui de xpi
annona viuit
dignus est ut al-
tari seruiat

maioris criminis efficitur rei, quanto dei
beneficia consumunt indigne. Oportet
ergo ut serviamus ei a quo pascimur,
si sine periculo anime volumus sumere
hoc quod nobis distribuitur. Et tanto
plus solliciti debemus esse in bono
opere, quanto ea percipimus sine magno
labore. Nam quid mirum si hii qui
in temporalibus occupantur minus studiose
vivunt. Sed frequenter in cogitationibus
et sermonibus atque actionibus suis of-
fenduntur. Opus enim seculi hominem
ad peccatum etiam quandoque invitum tra-
hit. Hii vero quibus et cura mundi
et occasio peccandi non est, quanto minus
religiose vivunt, tanto amplius summum
iudicem offendunt, nec sine gravi
periculo anime etiam in minimis negli-
gentiis delinquunt. Pensemus ergo
ad quid nobis victus et tegumentum
distribuitur ut sit totum desiderium
nostrum querere primum regnum dei et iu-
sticiam eius propter quod hec omnia
adiciuntur. Qualiter autem distribuendum
sit ostenditur cum subinfertur. Non
equaliter omnibus, quia non equaliter
valent omnes, sed potius unicuique si-
cut cuique opus fuit. Et hoc apostolica
auctoritate corroborat dicens. Sic enim
legitur in actibus apostolorum, quia erant
illis omnia communia et distribuebatur
unicuique sicut cuique opus erat. Hoc
enim est ita intelligendum ut cuique quod
opus erat si abundant distribuerent
ut nullus haberet indigentiam. Unum
enim scriptum est, quod inter eos nullus
egens erat. Scriptum etiam legimus
de ipsis apostolis. Et serviebant deo in
fame et siti in frigore et nuditate.
Ex quibus verbis intelligendum est
quia multi corpore indigent non animo.
Qui semetipsos abnegant propter christum
animi virtute corpora naturam superant naturam.
Dei enim dilectio, sicut fortis est ut
mors non solum illicita desideria verum
etiam motus corporales et naturales pe-
nitusque extinguit affectus. In
initia quippe ecclesie tanta erat
spiritualis abundancia gratie ut non so-
lum modico contenti essent sed hoc
quod nichil habebant presumerent divinis

In ecclesia primitiva

deputarent. Unde apostolus ait. Nichil
habentes et omnia possidentes. Hinc
etiam quidam vir ait. Sufficiebat
nobis paupertas nostra, ut divicias com-
putarent. Item apostolus. Magnus
inquit questus est pietas cum sufficientia.
Habentes igitur victum et quibus tega-
mur, hiis contenti sumus. In huius-
modi non debemus attendere volunta-
tem carnis sed valitudinem nature.
Plus enim appetit voluntas carnalis
quam necessitas. Quamobrem in eo
quod dicitur. Ut unicuique quod opus
est tribuatur. Iste modus servandus
est quatinus sic victum corporis ut
serviat, et iterum sic reprimat ut non
superbiat, sic servet necessitas nature
ut abscindatur superfluitas concupiscentie.
Sequitur: qui aliquid habebant, so-
cium ingressi fuerint monasterium
libenter velint esse commune. Hoc fece-
runt primitive ecclesie fideles. Dignum enim
iudicatur ut qui substantiam
et quibus unus erat spiritus, unus
esset et sumptus. Unde autem additum
est. libenter quia hilarem datorem
diligit deus. Libenter debent terrena
dare ut possimus celestia comparare.
Regnum enim celorum tantum valet quantum
habes. Nichil vilius cum emitur.
Nichil carius cum possidetur. Duo
sunt que relinqui oportet propter deum
facultatem scilicet possidendi et voluntatem
habendi. Hinc est quod dominus ait
in evangelio. Qui non renunciaverit
omnia que possidet non potest esse meus
discipulus. Et iterum. Qui vult post
me venire abneget semetipsum. Illud
pertinet ad substantiam hoc ad volun-
tatem. Non enim sufficit exteriorem
relinquere substanciam nisi interiorem
abscidamus concupiscentiam. Qui autem non
habebant in ea querant in monasterio
que nec foris habere potuerunt. Etiam
illi qui nichil habebant satis habent
unde quod relinquere possint propter deum
scilicet voluntatem habendi. Unde scriptum
est. Non concupisces. Plus enim attendit

dens affectum quam ceu sum. Hic per sapientem dicitur: Fili, da mihi cor tuum. Quod utique fieri non potest nisi prius carnalis appetitus recidatur. Primo ergo nihil omnino habita deserere. Deinde terrena non quaerere, ut postmodum liberius ad caelestia possimus anhelare. Et ne indicatur pauperibus, cum illi qui ad Christum convertuntur necessaria non debent ministrare. Quia nihil quaerere in monasterio constituti proprium prohibitum est. Si tamen corporis infirmitati quod opus est subtrahatur, etiam si paupertas corporis qualis foris erant nec ipsa necessaria poterant invenire. Sive enim divites sunt sive pauperes, sive nobiles sive ignobiles, quicumque attendunt ad servitium Christi iustum est ut vivant de annona Christi. Divitiis enim comparatis indigere. Tamen non ideo putant se esse felices quia inveniunt victum et vestimentum, quale foris invenire non potuerunt. Multi enim ad religionem veniunt non tamen propter aeternae salutis quam corporis necessitatem. Qui non deum colunt sed ventrem, sicut de quibus apostolus ait: Quorum deus venter est. De quibus dicit dominus in evangelio: Amen dico vobis, quaeritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis de panibus meis. Horum tota intentio est atque felicitas ut bene pascatur et bene sit temporaliter, et quia terrena appetunt caelestibus privantur. Receperunt enim, ut dicit dominus, mercedem suam. Unde summopere cavendum est ne temporalibus inhaereamur bonis. Ideo psalmista nos ammonet dicens: Divitiae si affluant nolite cor apponere. Terrena quae nobis in usu esse debent, caelesti desiderio. Est enim quaedam admirabilis et magna multitudo dulcedinis dei, quam abscondit timentibus se, de qua scriptum est: Quam nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit deus diligentibus se. Unde propheta ait: Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Illa ergo satietas debet esse nostra felicitas, quam desideramus. Non exigant ... quia potiuntur hiis ad quae foris attendere non audebant. Sed sursum cor habeant, et terrena vana non quaerant, ne incipiant monasteria divitibus esse utilia, non pauperibus, sed divites illic humilientur et pauperes illic inflantur. Termite exigere signum superbiae est. Si superbis angelis non fuit utile caelum, constat quod superbis hominibus non erit utile monasterium. Et si sanctus sit locus, sanctus sit habitus, sancta opera indicant, totum ex vitio superbiae inutile habet. Superbia enim caput habet. Ideo et David orat ad dominum: Non veniat mihi pes superbiae, quia ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. Unde contra humilibus utilia sunt monasteria. Ipsi enim sunt docibiles dei, sicut scriptum est: Docebit mites vias suas. Et iterum: Qui emittit fontes in convallibus, id est gratiam suam praestat humilibus. Ipsi quidem bona quae fecerunt non amittunt, quia custodes virtutes humilitatem non deserunt. Et quia iuxta evangelium recumbunt in novissimo loco, et secundum prophetam elegerunt abiecti esse in domo dei, ideo a Christo domino merentur exaltari, sicut scriptum est: Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Et iterum: Superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Sunt etiam illi qui aliquid videbantur in saeculo non habeant fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt, magis autem gaudeant non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Summopere debent cavere fratres qui ad sanctam societatem et communem vitam venerunt ut non habeant alter alterum fastidio, quia eo dicitur nec nobilior fuit nec sapientior, quam ut dicit apostolus: Infirma mundi elegit deus et ignobilia

et contemptibilia, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Sed neque potens in potentia sua, neque sapiens in sapientia, neque dives in divitiis suis. Non enim est personarum acceptio apud deum. Nam licet dominus omnium dives omnibus qui invocant eum, non autem de divitum dignitate premium, sed de pauperum humilitate percipimus societatem glorie. Quamvis ipse qui dives est in gloria pauper factus est pro nobis, nec divitibus sed pauperibus dignatus est sociari. Unde et nos simus pauperes spiritu. Ipsum enim pauperibus promissum est regnum. Gloriari quidem pertinet de divitiis ad vanitatem mundi, de paupertate autem gloriari pertinet ad beatitudinem. Nec extollantur si communi vite aliquid de suis facultatibus contulerint, nec de suis divitiis magis superbiant quia eas monasterio partiuntur quam si eis in seculo fruerentur. Que cedenti sunt et ea que prosequuntur. Apre nobis duo quia superbie designantur, unum carnale aliud spirituale. Nam pauperes fastidire et de nobilitate glorari ad carnalem superbiam pertinet, que inter homines seculares frequenter solet evenire. De operibus autem bonis se extollere superbia spiritualis est, que solet etiam regulares corrumpere. Magis autem timenda est spiritualis superbia quam carnalis. Similiter se extollere de bono opere vel virtute ab alto cadere est, et quanto altior est aspectus, tanto periculosior est casus. Dominus dicit in evangelio: Cum facis elemosinam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut elemosina tua sit in abscondito, et ille qui videt in abscondito retribuat tibi. Per dexteram vera opera, per sinistram favor seculi vel elacio designatur. Ex his ergo verbis admonemur ne cetera que agimus ostendere ad elacionem studeamus. Alioquin mercedem non habebimus apud patrem nostrum. Deinde ostendit quantum sit vicium superbie cum subiungit: Alia quippe quecumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant; superbia vero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant. Ex hoc apparet quia ceteris viciis maior est superbia.

Pernicia enim virtutes exterminat et humanam mentem. Superbia enim deo et hominibus odibilis est. De qua scriptum est: Inicium omnis peccati superbia. Prima est in peccando, ultima remanet in conflictu. Nam cum servus dei cetera vicia superaverit et iam ad virtutum alta conscenderit, ad hunc habet pugnam contra superbiam. Quam nisi expugnaverit, frustra in ceteris laboravit. Cum ergo foris bona agimus, intus cor ab elacione custodire debemus, quia nulla deo placet cum superbia operacio. Unde scriptura nos amonet dicens: Ex omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Et quid prodest dispergendo dare pauperibus et pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur divitias contempnendo quam fuerat possidendo. Non prodest nobis mundum relinquere nisi relinquamus et nos. Non enim dicit dominus beati pauperes rebus, sed beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum celorum. De contemptu rerum quippe debet esse humilior, non superbior. Et melius esset ut eas in seculo retineret quam ut sic dimitteret ut inde in monasterio superbiret. Sicut ergo illa anima est beata que sua propter deum pauperibus dividit ut humilietur, ita illa est misera que inde extollitur. Infelix profectio est qui pariter virtutis tendit ad iudicium, et unde premium habere debuit inde tormentum meretur. Omnis quippe superbia tanto in imo est quanto in altum se erigit; tanto profundius labitur, quanto excelsius elevatur. Hec cettus(?) quibusdam hominis ad unanimitatem reddit quos primo commendavit dicens: Omnes ergo unanimiter et concordes vivite et honorate deum nobis invicem, cuius templa facti estis. Unanimiter vivimus si unum animum in deo habeamus, quemadmodum primitiva ecclesia cui erat cor unum et anima una. Quod ait unanimiter pertinet ad voluntatem; quod subdit concordes pertinet ad bonorum mores. Hic est rectus modus vivendi, primum ut sit voluntas una, deinde ut concordes vita fiant(?) qui vult concordie

rme. primo debet pravos mores re-
linquere ne sit per opus inordinatus
indisciplinatus ne aliqua proprietate sua p-
mat ceteros Deinde ita debet liberare
actus suos sermones suos motus suos
et totam vitam suam ut concordare
possit secundum deum illis cum quibus
vivit Rara ergo sunt non multi qui
post quam relinquerint seculum proprias
suas voluntates nolunt Et rursus
sunt plerique qui in suis actibus affec-
tant singulares apparere Ideo dicitur
est Omnes unanimes et concordes
unite deum quia in vicem in nobis
honoramus. si nos invicem propter
deum diligamus et si precepta eius
sollicite custodimus et efficimur sanctum
templum eius per inhabitationem spiritus
eius in nobis Nostrum est deum ho-
norare per bonam vitam, domum nos
est illustrare et per gratiam inhabitare Alia
expositio Nec extollantur si quomodo
inter aliquid de suis facultatibus
reliquerint Melius est res suas
in seculo tenere quam ita eas in mo-
nasterio distribuere ut velit se inde
extollere Nam si extollantur de-
cimitur Unusquisque in eo enim quod bene
agit intumescit eo ipso tramite quo
proficit cadit bona quippe actio cum ela-
tione non elevat sed gravat Beata
est ergo illa anima que potest dicere cum propheta
Domine non est exaltatum cor meum
neque elati sunt oculi mei Neque
ambulavi in magnis neque in mi-
rabilibus super me Felix namque est
qui non habet occultatam superbiam in
corde, nec aptam in corpore, non in vultu
non in habitu neque in sermone, nec
ceteris motibus suis, et non ambulat
in magnis id est si non se reputat
inter magnos quia nobilis fuit aut
potens aut quia in aliquo officio sit
utilis, et si non ambulat in mira-
bilibus atque laudabilibus Raro inve-
nitur qui aliquem ex his commotionem
non habet Et ante omnia ista superbiam
quam possit superare servus dei. semper
de se debet humiliter sentire, et non

exaltare animam suam, sed in humilitate
reprimere, iuxta quod scriptum est Quanto
maior es humilia te in omnibus Valde
enim timenda sunt verba que sequuntur
Alia quippe vicia tantummodo in ma-
lis operibus peccant Avaricia non exercetur
nisi in malis operibus similiter et cetera
vicia Sola superbia etiam bonis
operibus insidiatur ut pereant Ideo
phariseus bona sua perdit quia ea
se egisse iactanter protulit Unde
sunt quidam qui de contemptu
vane glorie vanius gloriantur Et alii
sunt quidam qui de contemptu di-
vitiarum vanius extolluntur De
quibus subiungitur Et quid prodest
dispergendo dare pauperibus et pauperem
fieri, quam fiat possidendo Ac be-
ne et apte dicit Quid prodest
paupertas cum superbia Melior est
enim humilis dives quam superbus
pauper Melior est enim humilis peccator
quam iustus elatus Debet ergo
in omnibus esse servus dei providus
et circumspectus primo ne malum
agat Deinde ne bona negligat
Post medium ne bonis que egerit
intumescat. Illa tunc veraciter
bona sunt que agimus si ea semper
in humilitate custodimus, et tunc
veraciter sumus pauperes Christi si hu-
miles sumus propter amorem Christi et bene-
dicti pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum ce-
lorum Unde apte subiungitur Omnes
ergo unanimiter et concorditer vivite
templa facti estis Paupertas quippe
et humilitas gignunt caritatem Caritas
vero unitatem nutrit atque concordiam
Unitas atque concordia efficiunt nos
templa dei, et tunc veraciter deum
honoramus quando unanimiter et
concorditer vivimus Tunc enim sumus
quia sumus discipuli Christi, si tenemus
unitatem caritatis quod habere est quod
ipse ait In hoc cognoscent omnes
quia mei estis discipuli, si dilectionem
habueritis ad invicem Sequitur Ora-
tionibus instate horis et temporibus
constitutis Ante tempus orare est pro-
videntia. in tempore huiusmodi orationis consti-
tuto obedientia Tempus orandi

Avaricia

Servus dei

Orac(io) ant(e)

pertire negligentia est. Tanto crebrior
debet esse oratio quanto utilior. Instanter
et ardenter orare debemus. magna enim
sunt bona que promittit nobis deus. Nam
oculus non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit que preparavit
deus diligentibus se. Non vult bona
sua querendi et inveniendi facilitate
vilescere preciosa et laudabilis et de-
siderabilis merces avidum negotiatorem
inquirit. ideo nos hortatur in ewangelio
dicens Petite et accipietis querite
et invenietis pulsate et aperietur
nobis. Non enim tepidis ociosis et ne-
gligentibus promittitur regnum dei
sed sicut scriptura dicit Regnum celo-
rum vim patitur et violenti rapiunt illud.
Amat deus instantiam et importuni-
tatem in prece. Si magna sunt bona
non debent esse desideria parva. Cum
magnitudine promissorum debet concordare
magnitudo desideriorum. Et si ad pri-
mas lacrimas dominus non exaudit
nec sic quidem querendo et pulsando
desistendum est. Sed tanto potius per-
severandum instantia tamquam obstina-
to clamore frequentandus est salva-
tor donec impleat orantis desiderium.
Unde si quis interim conscientiam
suam vel cogitationum vel actionum viciorum
sorde sentit esse inquinatam miseri-
cordiam conditoris continue debet
flagitare lamentis, sicque intercessiones
et auxilia postulare. Et
si ad exemplum Chananee in oran-
do persistimus, sic quoque moneamus ad-
cit gratiam conditoris nostri. que
cuncta in nobis errata corrigat
immunda sanctificet. turbulenta
serenet. Affectus namque et misericors est
deus, ut remittat nobis peccata
nostra. et mundet nos ab omni ini-
quitate. si ad illum sedula mente
clamemus. Et ut quiete et secrete
orare possint fratres ideo precipitur:
In oratorio nemo aliquid agat
nisi id ad quod factum est unde
et nomen accepit. Ut si forte aliqui
preter horas constitutas si eis vacat
orare voluerint non eis sit impe-
dimento qui ibi aliquid agendum
putaverint. Ideo dominus vendentes
et ementes de templo eiecit dicens
Domus mea domus orationis voca-
bitur. ut in dominica domo nichil
aliud agendum est quam orandum.
Ad hoc enim omnis ecclesia construitur
ut in ea oretur. ipsa est domus dei
et porta celi. ibi peccatores reconcilian-
tur. et iusti sanctificantur. ibi ex-
plentur divina misteria et cantantur
et tractantur celestia sacramenta. Unde
Salomon ait Domine si conversus
fuerit populus tuus oraverit ad sanctuarium
tuum tu exaudias eos. et dimittes
peccata eorum. Et ideo summopere caven-
dum est ne aliquid in sanctuario domini
fiat quod aut oculos divine maie-
statis offendat, aut ibi orare volen-
tes impediat. Qualiter autem orare
debeamus ostenditur cum subinfertur:
Psalmis et ymnis cum oratis
deum hoc versetur in corde quod pro-
fertur in ore. Psallendum in ecclesia
mens concordare debet cum voce
ut impleatur illud apostoli Psallam
spiritu psallam et mente. Orandi perti-
nacia ita solum invenitur esse fructi-
fera, si quod ore proferimus, hoc etiam
mente meditemur. Sepe namque ora-
mus et alibi corde intendimus nec
ipsum quod dicimus attendimus. Sed
illam orationem non exaudit deus cui
ipse qui orat non intendit. Et in-
stinctu diaboli fieri solet. Sciens enim
utilitatem orandi et nobis invidens gra-
tiam impetrandi immittit orationibus
cogitationum tumultus. ut mentem ab ora-
tione dividat et fructum orationis
tollat. Contra cuius maliciam debemus
habere mentis constantiam et quanto
plus cogitationum turba nos impugnat
tanto robustius nostra mens in sui
status rectitudine fixo permaneat. Silen-
tium enim iuvat ad orationis puritatem
si in omni loco vel tempore nos ab ac-
tibus illicitis temperemus si semper
otiosis sermonibus auditum sic castige-
mus et linguam si in lege domini
ambulare et testimonia eius affec-
tamus toto corde sectari. Quodcunque
enim sepius agere loqui vel audire
solemus eadem mente est sepius

ad animam sollicitam quam cito recurrerent
ad eadem Sequitur Et nolite cantare
nisi quod legitis esse cantandum, quod
autem non ita scriptum est ut cantetur
non cantetur Non enim decet, ut ta-
lis et opus ecclesiasticus fieri debeat
secundum arbitrium cuiuslibet sed firmiter
servandum est secundum scripta et insti-
tuta maiorum Similiter recte consue-
tudines monasterii cum auctoritate
et discretione ordinande sunt Si
quid autem mutari oportet aut con-
stitui non debet hoc cito aut leviter si-
ne arbitrio tamen duorum aut trium sed
convocatis fratribus sive seniori parte
canonice congregationis decenter
ordinandum est Et sciendum est quod in omnibus
auctoritas ecclesiastica magis imitanda
est quam ratio. quia auctoritas semper
obedientie et humilitatis est, ratio
non numquam presumptionis Hoc autem
servandum est in ordine, ut semper maturi-
tas et gravitas teneatur Numquid
levitate usus sum inquit apostolus,
ut apud me sit est et non Honestum
quippe et religiosum est, non
aut leviter narrare Sequitur Carnem quoque
vestram domate ieiuniis et ab-
stinentia escae et potus quantum valitu-
do permittit Caro quidem concupiscit
adversus spiritum, spiritus autem adversus car-
nem Sed ne concupiscentia carnis pos-
sit prevalere spiritualis viri virtute spiritus
(i)ncandi concupiscentiam debet reprimere
Quando caro domatur spiritus robo-
ratur Sed tamen ad indigentiam. quantum
valitudo permittit, virtus districtionis
commendatur Perit enim ipsa bona
nisi tamen discretione fiant Tanto
ergo debet quisque carnem suam per absti-
nentiam domare, quantum permittit
valitudo nature Qui carnem suam
supra modum affligit, civem suum
occidit Si plus quam oportet alimentis
reficit, hostem nutrit, sic ergo nut-
rienda est ut servetur sic domanda
est ut non superbiat In omni absti-
nentia hoc semper attendendum, ut
vitia extinguantur non caro Quando
autem aliquis non potest ieiunare, non
tamen extra horam prandii aliquid

alimentorum sumat. nisi tamen egro-
tat Primum vitium ex septem principali- Gula
bus vitiis est gula Temptatio huius
vitii aliquando fit etiam de preciosis re-
bus et vilibus Nam primus homo
temptatus est non de porco sed de
pomo Esau non de gallina sed de
lenticula Ipse autem salvator noster
non de carne sed de pane Sunt autem
huius vitii tria genera Primum genus Tria sunt genera gule
quando cibo vel potu immoderato
quis utitur Alterum genus est
quando nimis delicatum cibum
vel potum quis desiderat Tertium
genus est quando extra horam cibum
vel potum vult sumere Extra horam
credimus esse usque ad tertiam Nam
usque ad horam istam, non decet fra-
trem manducare aut bibere si non egrotat
Egrotanti omni hora licet Infirmo Egrotanti omni hora comedere licet
non est lex posita, Non ieiunantibus
vero tamen infirmantibus certam horam
intelligimus, ab hora tertia usque ad
horam sextam Ieiunantibus vero
ab hora nona usque ad vesperam Et
apostolus precipiat ut omnia honeste
et secundum ordinem fiant, non solum nos
cibo et potu temperate uti oportet, sed
etiam constitutas horas observare
ne enim de nostra vita prebeamus
offendiculum Valde enim indecens
est, si nos reprehensibiliter vivimus
quia formam recte vivendi aliis de-
monstrare debemus Cum accedatis
ad mensam donec inde surgatis, quod
vobis secundum consuetudinem legitur
sine tumultu et contentione audite
nec sole vobis fauces sumant ci-
bum, sed et aures esuriant dei verbum Illi esuriunt verbum dei qui
desiderant illud audire Multi sa-
crum lectorem audiunt. qui ab ipsa
lectione vacui recedunt, nullum ibi
affectum habent, nullum saporem sen-
tiunt Quod quod audiunt sterile dimit-
tunt. et indictum est illi audire
quod audiunt Quo contra scriptum est
Beati qui esuriunt iustitiam quoniam ipsi
saturabuntur Ideo saturabuntur
quia prius esurierunt Esuriendo
enim efficitur homo dignus ut post
modum saturetur Primum ergo

tor debemus properare ad emendum et de-
siderandum verbum dei et tunc aderit
divina gratia que nos intus perfundat
et dulcedine atque sapore spirituali re-
ficiet ut delectet nos cantare cum
Dulcia faucibus meis eloquia tua
super mel ori meo Et bonum michi
lex oris tui super milia auri et ar-
genti Non solum igitur debemus
esse participes mense corporales, sed
celestis. nec sumere tantum cibum corporis
sed anime Et quanto melior est
anima quam corpus tanto amplius
delectare nos debent alimenta anime
quam corporis Audiens divina scriptura
Sacra scriptura — nobis legitur aut exponitur cogi-
tare debemus quia esca spiritualis
est. que adeo nobis mittitur. ad re-
ficienda corda nostra. ne deficiamus
in via. ad roborandos nos contra temp-
tationes diaboli et pericula seculi. talem
cibum oportet nos integre capere
atque in mente inserere retinere, ut possimus
dicere cum propheta In corde meo abscon-
di eloquia tua, ut non peccem tibi.
Cum in corde suo sacrum eloquium ab-
scondit in talis cibus est anime quia
a morte id est a peccato defendit, et
in super ad vitam eternam perducit

De infirmis — Iam quid de infirmis subiungit audiamus
Qui infirmi sunt ex pristina con-
suetudine. si aliter tractantur in victu
non debet aliis molestum esse, nec
iniustum videri eis quos fecit alia
consuetudo fortiores Et si dicat
fortiores non debent contristari si infir-
mos vident misericordius tractari immo
quia fortiores sunt et in se debent
abstinentie servare rigorem et aliorum
imbecillitatem equanimiter portare
compassionem Nec illos feliciores pu-
tent quia sumunt illi. quod non sumunt
ipsi sed sibi potius gratulentur quod
valent quod non valent illi Melius
est enim abstinere quam sumere Nam
illud virtutis est hoc infirmitatis Gra-
tulari sibi quisque debet quod dona divine
gratie tam sanus est et validus ut
possit sibi sufficere communibus aliorum
cibis et potibus quod nichil delicatioris
quesierat nichil superfluum Beato
enim minus quisque appetit et quanto
arcius vivit tanto beatior erit.

Arta enim et angusta est via que ducit
ad vitam Gaudeat ergo qui propter precium
vite christum Parca enim vita occidit
vicia libidinem extinguit virtutes
nutrit, animum roborat. mentem ad cele-
stia elevat etc. Et si eis qui venerunt
ex moribus delicatoribus ad monasterium
aliquid alimentorum vestimentorum operi-
mentorum ne datur, quod aliis fortioribus
et ideo fortioribus non datur cogitare
debent quibus non datur quantum de
sua seculari vita illi ad istam vitam
descenderunt quamvis ad illorum qui sunt
corpore firmiores pervenire nequiverit
frugalitatem Beatare. hoc debet cogitare
sed ut ex ratione illi cognoscat quod
iustum est ut hii qui plus deside-
derunt plus accipiant etc Non de-
bent velle omnes quod paucos vident
amplius non quia honorantur sed quia
tollerantur accipere Tollerandi enim
qui nunquam possunt beare Ne con-
tingat detestanda perversitas ut in mo-
nasterio ubi quantum possunt fiunt divi-
tes laboriosi fiant pauperes delicati
Valde quippe detestabile est ut ibi
fiat delicatus ubi quantum possunt
fiunt divites laboriosi et abstinentes
quod tamen sepe fit videmus in pluribus
Multi enim quanto nobiliores et deli-
catiores fuerunt in seculo. tanto post-
modum abiectius et districtius vivunt
in monasterio Et plerique quanto in seculo
abiectiores et pauperiores fuerunt
tanto plus inde in monasterio extol-
lentias et delicationes querunt Sed
sicud diximus. valde detestabile et
perversum est ibi pauperem delicias que-
rere. quas ante non habuit ubi di-
ves pro amore christi incitatur laborare
Ille servit ventri. iste christo Ille
per latam viam et spaciosam tendit
ad penam iste per artam et angustam
viam tendit ad gloriam Sequitur etc
Sane quemadmodum egrotantes necesse
habent minus accipere ne graventur
unde ita et post egritudinem sic trac-
tandi sunt ut citius recreentur.
etiam si de humilima seculi paupertate
te venerunt tamquam hoc illis con-
tulerit recentior egritudo quod divitibus

[L]autior consuetudo. Sunt quedam egritudines, in quibus si cibus penitus non adimatur, sed gravatur, et tunc inter hunc egrotantes minus accipere ne graventur. Expleta autem egritudine sic tractandi sunt ut cibis recreentur, et in hac tractatione fratrum non debet esse acceptio personarum, non debet contemptui haberi paupertas in hiis que postulat humana necessitas. Tam hoc eos faciat recreatos egritudo quod divitibus lautior consuetudo.

Quam enim misericors est in alium deus misericors est in ipsum. Unde ipse ait: Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beatus quoque Johannes ait: Qui viderit fratrem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas dei manet in eo? Si ergo caritatem dei volumus habere, debemus in fratribus nostris opera exercere. Quodcumque enim agimus illi procul dubio deservimus, qui dicturus est in iudicio: Infirmus fui et visitastis me, esurivi et dedistis mihi manducare et cetera. Quibus merces rependitur cum dicitur: Percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Cum ergo fratribus nostris propter deum deservimus, ipsum celorum regnum acquirimus, et opera sunt tuitoria inces ante cena.

Sed cum vires pristinas recuperaverint redeant ad feliciorem consuetudinem suam. Felix consuetudo corporis quod castigare atque in servitutem redigere. Felix consuetudo est carnalia desideria que militant adversus animam abscindere. Que famulos dei tanto amplius decet, quanto minus indigent, nec sibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos necessitas relevaverat infirmos etc. Ad levandam infirmitatem necessarium est curam carnis agere, que videlicet postquam cura negata fuit. Oportet eandem carnis curam resecare, ne famulos dei teneat voluptas sibi, ne serviant gule, qui debent anime deservire. Quanto ergo minus indigent, tanto amplius decet ne sibi eos voluptas teneat

Voluptas iam vegetatos quos necessitas relevaverit, ne gule vitium anime virtutes tollat. Nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit qui non in se ipso prius in semetipso per afflictionem ventris concupiscentiam carnis intestina devicerit. Neque ad conflictum spiritualis certaminis assurgitur si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gule videlicet appetitus, edomatur, quia si non ea que nobis sunt viciniora prosternimus, nequaquam ad ea que longe sunt impugnanda transimus. Multi ordinem certaminis ignorantes edomare gulam negligunt, et iam ad spiritualia bella consurgunt. Quidam aliquando et multa etiam que magne sunt fortitudinis faciunt, sed dominante gule vicio per carnis illecebras quod fortiter egerunt perdunt. Et dum venter non restringitur per carnis concupiscentiam simul virtutes obruuntur. Hoc signat quod murus urbis princeps cocorum destruxit, quia virtutes anime dum non restringitur venter perduntur. Ex Egipto populus eductus in heremo corruit quia despecto manna cibos carnium petiit. Primogeniture gloriam Esau amisit quia magno estu desiderii vilem cibum id est lenticulam concupivit. Nec enim cibus sed appetitus in vicio est. Unde et lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus et abiectiores non sine reatu conscientie degustamus. Illa itaque sumenda sunt que nature necessitas querit. Illos estiment ditiores qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores. Ex fortitudine namque parcitatis deprimuntur vicia carnis. Ex mortificatione viciorum procedit pullulatio virtutum. Ipse sunt vere divitie quibus ditantur anime cunctorum. Unde et subdit etc. Melius est enim minus egere quam plus habere

Melius est aliquid egestatis propter deum
sustinere quam superhabundare. Nam
egestas que propter deum est generat
humilitatem que est initium bonorum.
Habundantia parit superbiam que
est initium malorum. Servus ergo dei
ut voluptatem atque appetitum carnis
reprimat semper reprimere semper debet
ad minus tendere, ut ipsorum alimentorum
minus habere velit etiam quam
necesse sit. Amictorum quippe hominis
intentionis indicium sunt hominem
quem exterius gestamus. Et si ipsi
sunt motus lascivie non desunt etiam
ipsi effectu operationis bone. Unde ne-
cesse est, ut interior homo in eis ar-
biter presideat inter se et eum quem
exterius gestat, quatinus et homo
suus exterior, et semper ad debitum mi-
nisterium servire sufficiat, et iniquum
libidinis contra dicat. Non sit
notabilis habitus tuus, nec affectes ve-
stibus placere sed moribus. Fecit enim
vir sanctus quod docuit. Scriptum est
enim, quia vestimentum eius et cal-
ciamenta nec nitida nimium nec ab-
iecta plurimum, sed et moderato et
competenti habitu erant. Ipse quoque
dicere dixisse legitur: Fateor de pre-
ciosa veste erubesco. Non enim decet
christianam professionem, non decet admoni-
tionem, non decet hec membra,
non decet hos canos. Hinc dominus
in evangelio: Ecce qui mollibus
vestiuntur in domibus regum sunt.
Mollia dicuntur vestimenta eo quod
mollem animum faciunt. Mollibus vesti-
bus regia delectatur aula, asperis
et humilibus Christi delectatur ecclesia.
Talia debent esse vestimenta electorum
in quibus nichil sit superfluitatis,
nichil quod pertineat ad superbiam
et vanam gloriam. Jeronimus: Non tene-
rina vestis sed munditia mentis
ornatum facit electum. Omnes nos
ergo spiritalibus ornamentis sed casti-
tate et humilitate mansuetudine obe-
dientia patientia caritate placere deo
studeamus. Hec sunt indumenta

quibus anima potest in palatio celesti pla-
cere. Non enim exteriorem sed interiorem
pulchritudinem requirit invisibilis sponsus
sicut scriptum est: Omnis gloria filie
regis ab intus. Nostre ergo divicie
nostra pulchritudo boni mores sunt.
Et beata illa anima cui dicitur in can-
tico canticorum: Quam pulchra es amica
mea, macula non est in te. Studeamus
ergo invisibili domino placere non vestibus
sed moribus ut impleatur in nobis
quod per apostolum precipitur: Nolite con-
formari huic seculo, sed reformamini
in novitate sensus vestri. Et si enim
exterior noster homo corrumpitur, interior
tamen renovatur de die in diem.
Deinde subiungit de incessu statu
certis que moribus dicens: Quando
proditis simul ambulate, cum venitis
quo itis simul state. In incessu statu
habitu in omnibus motibus vestris ni-
chil fiat, quod cuiusquam offendat
aspectum, sed quod vestram deceat san-
ctitatem. Sancta sponsorum ecclesia
non solum floret honore religionis,
sed etiam pollet honestatis decore
sicut scriptum est: Flores mei fructus
honoris et honestatis. Religiosum
quippe et honestum est, ut qui simul
habitant fratres, itaque simul ambulent
et simul stent. Et apostolus precepit ut
omnia honeste et secundum ordinem
fiant. Potest quoque in hac corporali
coniunctione aliquid spirituale intelligi.
Sanctorum quippe societas terribilis ut
castrorum acies ordinata describitur.
Castrorum namque acies cum ad bellum
se preparat primo se coniungere atque or-
dinare festinat, ne ab hostibus interrupi-
ant penetrari valeat. Sic ministrorum
spiritualis acies, que bene coniuncta et
ordinata, simul ambulare simul stare
precipitur contra diabolum veniunt
ad bellum, ut videlicet ex ea quicumque
tirat antiquum hostem, qui in servis
dei nichil magis timet quam con-
cordie unitatem. Sed valde vereendum

est quod dicit in omnibus motibus vestris
nichil fiat quod cuiusquam offendat a-
spectum, sed quod vestram deceat sanctitatem
Sic decet vivere canonici ut nec in minimo
quidem valeant reprehendi. Valde enim
incongruum est ut ipsi vere reprehensibi-
les inveniantur quorum ordo exigit ut ceteris
formam sanctitatis ostendant. Nam
ad eos ipse hec vox pertinet que dicit
Sancti estote quia ego sanctus sum dicit
dominus. Vere sancti esse debemus qui
nomen et habitum religionis et sanctitatis
suscepimus, qui divino cultui sumus
mancipati, sacris quoque altaribus
episcopi consecrati et divinis misteriis
ordinati. Ergo sic nos estimet homo
ut ministros Christi et dispensatores mi-
steriorum dei. Nec precepit apostolus tantum
ut ita simus sed sic nos estimet inquit
homo. Non enim sufficit nobis vita
sancta nisi sit et fama bona. Nam
vita nostra nobis est necessaria propter nos, fa-
ma bona propter alios. Unde rursus ait
apostolus: Oportet nos ab aliis qui foris
sunt bonum habere testimonium. Sic ergo
debemus vivere ut vita concordet cum
nomine et professio teneatur in opere
ut si sanctus sit ordo, sancta sit conver-
satio et si bene de nobis dicitur, id te-
stimonio bone actionis comprobetur.
Sunt religiose omnino illicitos
motus sub disciplina cohercemus
et membra et sensus nostros studeamus
restringere ut non possint lascivie et le-
vitati deservire, ut appetitus noster
sit simplex et humilis, ne sic aspiciat
oculus quod illicite concupiscat ani-
mus. Ut non auditus sit pruriens
et dissolutus, aque superflua sunt et va-
na respuens, ea que dei sunt grata-
ter suscipiens. Ut sermo non sit sa-
le conditus, otiosa et nociva detestans,
bona et utilia commendans, ut sit in cor-
de munditia, in vultu pudicitia, in inces-
su cum gravitate, status cum reve-
rentia, motus cum maturitate, habitus
cum religione, quatinus ubique resplen-
deat sanctitas, emineat honestas, ser-
vetur humilitas. Ut in omnibus motibus
nostris nichil fiat quod cuiusquam

offendat aspectum, sed quod vestram
deceat sanctitatem. Oculi vestri et si iaciantur
in aliquam feminarum, in nulla figantur.
Neque enim quando proceditis feminas vide-
re prohibemini, sed appetere vel ab ipsis appeti
velle criminosum. Unde dominus in
evangelio: Qui viderit mulierem ad
concupiscendam eam, iam mechatus
est eam in corde suo. Et quia pelli-
citum visum concupiscentia oritur, per quam
mentis integritas violatur, necesse est
ut servus dei semper visum reprimat
ne per concupiscentiam et inmunditiam cordis
demum offendat. Sanctus David quia
oculos suos iecit in feminam et sic
illicito appetitu devictus adulterium
et homicidium perpetravit. Si ergo per
incuriam oculorum tantus vir cecidit,
nos qui longe ab eius sanctitate
distamus tam mortale precipicium
summopere timere et cavere debemus.
Teneamus ergo sententiam beati Iob qui
dicit: Pepigi fedus cum oculis
meis ut non cogitarem quidem de vir-
gine. Certe sensit sanctus vir quia
per exteriorem visum interior corrumpit-
ur animus. Fecit pactum oculis suis ne
incaute aspiceret quod illicite concupi-
sceret. Non enim perfecte vicium vincitur
nisi sollicite causa et opportunitas
vicii caveatur. Hinc est quod Loth
fugienti a sodomis precipitur, ut non
retro aspiciat neque remaneat in omni
circa regione, sed in omni monte salvum
se faciat. Quisque enim appetit perfecte
incentiva viciorum fugere, ab aspectu
et vicinitate eorum se debet alienum
facere atque ad altitudinem virtutum conscendere
ut tanto amicius liber maneat quan-
to ab eius corpore et virtutum virtute ele-
vatur. Et quia minus caveri contempni-
sit ostenditur cum subinfertur. Nec
solo tacito affectu sed et aspectu quoque
appetitur et appetit concupiscentia
feminarum. Ac si aperte dicat: Non so-
lum tacita voluntate inique concupiscentia
dicitur, sed etiam per exteriorem aspec-
tum gignitur. Nisi enim sanctus David
feminam sic aspexisset in tantam
carnis concupiscentie temptacionem nunc
cecidisset. Hinc per prophetam dicitur

Ascendit mors per fenestras nostras
in(g)ressa est domos vestras Mors
anime est concupiscencia, domus autem interior
mens nostra est, fenestre huius do
mus sunt quinque corporis sensus Mors
ergo per fenestras ascendit atque in do
mos ingreditur quando concupiscencia
vicium per sensus corporis, per(e)umpit
ad interiora mentis, Tenax ergo vel in
talibus sensus per exteriorem appetitum
intus intrat Opus est ut fenestras
domus vestre diligencia custodiat
ut ipsum appetitum tanto facilius
possimus compescere, quanto nullum
intus permittimus ingressum Patet
valde enim timendum est quod subditur
Nec dicatur vos habere animos pu
dicos. si habetis oculos impudicos
quia impudicus oculus impu
dici cordis est nuncius Sepe quoque
intus tacent exteriora membra de
nunciant et frequenter per habitum cor
poris cognoscitur habitus mentis Quanto
non autem est culpa dum latet in
occulto, sed maior iam efficitur
cum incipit apparere in publico
Et sciendum quia impudicicia
alia spiritualis alia carnalis Spiritualis
est que per delectacionem cogitacionis
intus tamen agitur. carnalis est
quo carnaliter impletur, fit autem
variis modis Nam modo per visum modo
per auditum modo per tactum, modo
per cogitacionem modo per locucionem
modo per oracionem impleat Talibus
fomentis nutrit et exercetur libi
do et separatur anima a deo Effu
git de moribus castitas excelluit
in corporibus luxuria Et cum se
in mentem preruncet eciam tacente
lingwa conspectu mutuo corda nun
ciat impudica, et secundum concupiscenciam
carnis alterutro delectant ardere
eciam in tactus ab immunda viola
cione corporibus fugit castitas de
moribus Castitas quippe de mo
ribus fugit dum libidinosa vo
luntas conspectibus mutuis magis
magis inardescit, et si corpus ab im
munda violacione non tangitur
ipsa tamen in immunda violacio

ipsi affectu cogitacione delectacione perpe
tratur Istis fomentis quasi quibusdam
gradibus crescit peccatum, Cogitatio parit
delectacionem parit, delectacio consensum
consensus operacionem, operacio consuetudinem
consuetudo necessitatem Apostolus
autem legem peccati dicit esse in membris
quia lex consuetudo est quam peccando
concipimus. et non ab ea quando volu
mus discedimus. quia iam necessitas
vincula per consuetudinem retinemur
bonum est ergo culpam corrigere cum incipit
apparere. quia si morari cepit tanto
tam perplus facit Et dicit psalmus
De huiusmodi Prolongaverunt in
iquitatem suam Dominus iustus concidet
cervices peccatorum Nec putare debes
qui in feminam figit oculum et illius
in se ipso diligit speciem ab aliis se
non videri cum hoc facit videtur
enim et a quibus se videri non arbitratur
Hoc videmus frequenter contingere de hiis
qui culpas suas volunt abscondere
quod dum sua vicia quasi tacite et
latenter agere estimant ipsi se ipsos de
nigrant demonstrant et culpa que occ
culta esse creditur de hiis aliis ma
nifesta cognoscitur Sed et si de illo
superno inspectore quod latere nichil potest
An ideo putandus est non videre. quia
tanto videt paciencius quanto sapien
cius Intimeat ergo que vel agendo
vel loquendo vel cogitando delinqu
imus appetitum supernum iudicis vehementer
formidare debemus Et si aliquando
non apparent hominibus nostra vicia
illius oculis omnia sunt nuda et aperta
et hoc nos debet a culpa reprimere
quia in eius iudicio nichil impunitum
potest remanere Contra vicorum incen
tiva debemus opponere inferni tor
menta et contra transitoriam delecta
cionem perpetuum dolorem, valde quippe
stultus est. qui pro eo quod per non tempore libenter
deservit sine quod misere desiderium pravi
tus delectacionibus parit et celestem
perdit amenitatem et eternam meretur dampna
cionem Illi ergo vir sanctus timeat
displicere, ne velit fieri male placere
Illud cogitet omnia videre ne possit sciat
male videre Illius namque et in hac
causa commendatus est timor ubi scriptum

Sed ab(s)tutui domus sed nuda

De dei timore

est abhominacio domino defigens oculum
Ex quibus verbis patet quod si oculum infera
figimus deo nostro cum placere debimus
abhominabiles sumus et ergo debimus
recipere gloriam recipiamus penam Cum
propter hoc est ut aliis vitiis dominus
nos respicit amor vel reprimat timor
et nos delectent superna gaudia vel
terreant eterna supplicia Sic enim inci
pit recte homo amare si timeat di
splicere auctori suo Sed dicet aliquis
quo modo timebo deum Si vis timere
deum illum cogita omnia videre Ti
tillat te mala concupiscencia cogita quod
deus te videt Cumque in te malum
fuit cogita quod deus te conspicit Quicquid
dixeris aut egeris aut mente trac
taveris semper attende super te oculos do
mini semper time displicere illi Hec
est via iusticie Hec sunt primordia
sapiencie Sicud scriptum est Inicium
sapiencie timor domini Sequitur Unde
ergo simul est in cetera et libidinum
fervore sunt morte nostram pudiciciam
custodite Magna est pudicicie virtus
et multum commendata in scripturis
divinis Hec virtus spiritualis et celestis
est Nam homines actu suo splendet
angelis sociat deo coniungit de terreno
celestem de carnali facit spiritualem Hec
virtus eciam humanam naturam excedit
Nam quod homo pudicus quod castus est
non tam virtus humana facit quam
divina Per hanc nos amat incorruptibi
lis sponsus non enim placet anima si
non est casta si non est pudica Vita si
mundicie et luxurie deservit abhomin
abilis est ei et reproba Pudicicie virtus
deo acceptabilis est et hominibus hanc
nobis invidet hanc impugnare antiquus
hostis ipse enim est prinsceps in
mundicie atque luxurie plures decipit
plures corrumpit non parcit clericis non
parcit monachis et quod gravius gemen
dum est ipsos etiam religiosos persequitur
Necesse est ergo summa vigilancia nostram
pudiciciam custodire nam si
eam perdimus totum amittimus eciam
nosmetipsos Qui enim perdit pudiciciam
perdit animam suam perdit deum perdit

De pudicicia

perpetuum Sed ad hoc in nostra habita
cionem ut nos nostram custodiam
mente corrigamus indirecte tendia
mus ut quod quisque non potest per se
possit per alium Et quia nostra custodia
non a nobis sed a deo est bene pro
ditur Deus enim qui habitat in nobis
eam isto modo custodiet nos ex nobis
Non enim sufficiens est nostra custodia
nisi enim accessit divina Nisi dominus
custodierit civitatem frustra vigilat
qui custodit eam Nemo est qui
pudiciciam possit custodire aut
in se aut in alio nisi per deum
Sed si ipse habitavit in nobis potimus
perpetuum quod non valemus per nos
Sic ergo studeamus omne ut nos in
ipso et ipse in nobis dignetur ha
bitare ut iusti et casti possimus esse
per ipsum qui vivit et regnat per omnia
secula seculorum Amen Et si hac
de qua loquor oculi petulancia
in aliquo nostrum adverteritis statim
monete ne cepta progrediantur
sed de proximo corrigantur Si autem
post ammonicionem iterum vel in aliquo
quocumque die idipsum eum facere
videritis iam velut vulneratum
sanandum prodat quicumque hoc po
tuit invenire Prius tamen alteri
vel tercio demonstrandum est ut
duorum vel trium possit ore convinci
et competenti severitate coherceri
Hec sententia verbis evangelicis et apo
stolicis concordat ait enim beatus
Paulus Si preoccupatus fuerit homo
in aliquo delicto vos qui spirituales
estis huiusmodi instruite in spiritu
lenitatis Et dominus in ewangelio
Si peccaverit in te frater tuus vade
et corripe eum inter te et ipsum
solum Si te audierit lucratus es fra
trem tuum Si autem te non audierit
adhibe tecum duos vel tres ut
in ore duorum vel trium stet omne
verbum Summa quidem diligencia
investiganda est et corrigenda cul
pa Nam si eam non emendamus
in hoc seculo puniamur in futuro
Unde apostolus ait Horrendum est
incidere in manus dei viventis

Melius ergo sibi non vitam emendare
tunc quam perire. Qui amat corripi
sapiens est. Unde scriptum est: Corri-
pe sapientem et amabit te. Stultus
autem si corripitur irascitur. Sed quod
dicit Apostolus ad discipulum: Insta
inquit oportune importune. Oppor-
tune dicebat propter eos qui libenter
audiebant verbum predicationis. Sed
illos qui culpas vetant sunt aliqui
aliqui oportet esse importunos. Sed
ista importunitas non debet esse ex ira
sed ex caritate. Et sepe is qui contri-
statur quia corripitur, cum cogitare
cepit cum quanto amore eum fratres
suus reprehendit gaudet de repre-
hensione et quod deliquit studeat
emendare. Nec vos iudicetis esse
malivolos quando hec indicatis.
Magis quippe innocentes non estis
si fratres vestros quos indicando cor-
rigere possetis tacendo perire permittitis.
Si enim frater tuus habet in corpore quod
velit occultare dum timet secari,
nonne crudeliter a te siletur et mi-
sericorditer indicaretur? Quanto ergo
potius debes manifestare, ne deterius
putrescat in corde. Si crudelis
est qui vulnus fratris in corpore celat,
multo magis crudelis est qui vulnus
in anima fratris non indicat ut reus
mortis illius existit, quem tacendo
perire permittit. Sicut enim ille qui ope-
rita ipse condempnatur ex taciturni-
tate. Sed is crudelis est qui cul-
pam non detegit. E contra misericors
est qui eam non abscondit, nec
maiorem erga miserum potest agere mi-
sericordiam qui penitenti prestare vi-
tam. Magna illi quippe merces ab
omnipotenti deo debetur a quo dictum
est: Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam
consequentur. Et Jacobus ait: Qui
converti fecerit peccatorem ab errore vie
sue salvabit animam eius a morte
et operit multitudinem peccatorum. Quo
autem ordine culpa debeat denunciari
ostendit cum subiungit: Sed antequam
aliis demonstretur per quos convinc-
dus est, si negaverit, prius preposito

debet ostendi. Si admonitus neglexerit cor-
rigi, ne forte possit secrecius correctus
non innotescere ceteris. Culpa cum occulte
committitur ab illis fratribus qui sibi eiusdem
culpe conscii sunt is qui deliquit
secreto debet corrigi. Quos si negle-
xerit audire, prius monasterii debent indi-
care, scilicet ut ipse fratrem secrete corrigat,
quatenus culpa que ad huc latet
et forte secretius corrigi potest non omnibus
innotescat. Si negaverit, tunc testes
adhibeantur et convictus districtius iu-
dicatur, et hoc est quod subdit: Si
autem negaverit tunc neganti adhibe-
di sunt alii, etiam coram omnibus
ut possit non ab uno teste argui sed
a duobus vel tribus conuinci, convictus
vero sicut in arbitrium prepositi ad cuius dispen-
sationem pertinet debet emendatoriam vin-
dictam. Qui blande castigatur et non
corrigitur, acrius necesse est ut arguatur.
Cum dolore enim abscindenda sunt
que leniter sanari non possunt. Qui
ad monitus secreto de peccato corrigi ne-
glexit, publice arguendus est, ut vul-
nus quod occulte sanari nequit ma-
nifeste valeat emendari. Manifesta
autem peccata non sunt occulta curatione
purganda. Palam enim arguendi
sunt qui palam peccant, ut dum
aperta obiurgatione sanentur, hii
qui eos imitando deliquerunt cor-
rigantur. Is vero qui admonitus secreto
corrigi noluit publice convictus debet
emendatoriam subire vindictam. Qui
si ferre recusaverit de nostra societa-
te pellatur. Non enim et hoc fit cru-
deliter sed misericorditer, ne contagione
pestifera plurimos perdat. Melius
est enim ut pro multorum salvatione unus
condempnetur, quam per unius excusationem
plures periclitentur. Hinc dominus
ait in ewangelio: Si oculus tuus scan-
dalizet te erue eum et proice abs te.
Expedit enim tibi ut pereat unum mem-
brorum tuorum quam totum corpus mittatur
in gehennam. Et si dextera manus
tua scandalizat te abscide eam et
proice abs te. Per dexterum oculum aut
dexteram manum possimus intelligere

circa necessarium amicum. Qui nobis providus
in rebus spiritualibus noster est, qui ministrat
in necessariis manus nostra est. Si ergo
videt in spiritualibus minister, scilicet oculus est,
aut defectum manus. Talis tamen necessa
rius, si ceteros dei servicio scandalizaverit
et incorrigibilis extiterit, de societate id est
corpore est abscindendus. Melius est enim
solacium unius amittere, quam unum totum
corpus perire. Et hoc quod dixi de correctione
non fugiendo etiam in ceteris non solum inven
dis prohibendis radicandis commendandis
iudicandis, quam peccatis diligenter et fideliter
observetur cum dilectione hominum et odio
viciorum. Hinc idem beatus doctor
alibi dicit. Sic diligendi sunt homines
ut eorum non diligant errores. Aliud
est enim amare quod facti sunt, aliud
odisse quod faciunt. Sunt non nulli
qui aliorum redarguunt culpas, non tam
ex caritate quam ex odio amaritudinis,
non tam ut eos corrigi volunt quam ut
odium quod in corde gestant exercere
possint. Et hoc non est secundum deum.
Magis ad vindictam pertinet quam ad disci
plinam. Caveant ergo fratres ut nemi
nem reprehendant cum ira et indignatione
sed potius cum dulcedine et caritate.
Et si aliquando culpa exigente conatur voce
asperitas, semper tamen in mente maneat
lenitas. Impleta quod apostolus
precipit dicens: Vos qui spirituales estis
corripite huiusmodi in spiritu lenitatis
bene enim subiungit: Considerans temetipsum
ne et tu tempteris. Attendere enim debet
qui alium reprehendit quia ipse peccator
et fragilis existit ne gravius temptetur,
si quem redarguere conatur indignando
potius quam compaciendo. Fiat ergo cum
dilectione hominum et odio viciorum, ut amore
serventur erga homines et odium adversus
vicium. Nam districtio debetur vi
cius, compassio vero nature. Sequitur:
Verumtamen autem progressus fuerit tan
malum ut occulte ab aliquo litteras vel quas
libet munuscula accepit, si hoc ultro confite
batur illi et oretur pro eo. Ideo pro
gressum esse in magnum dicit, fratrem
qui occulte aliquid recipit, quia ali
quid occultare est ordinem a proposito

De recepto monachi ~~tunc~~

infringere. Magnum malum meretur
qui sui ordinis prevaricator existit.
Unde magister Hugo de sancto Victore magnum ma
lum esse dicit quod Iesu discipulus
suus dudum Giezi munus occulte
tum accepisset. Neaman enim tam
terribili passione lepre percuteret. Ex
emplo ita ut nos non docuit quam graviori
correctione esse dignus, qui committit
simile peccatum. Cum si hoc ultro
confitetur, parcendum est et orandum
pro eo. Nam culpa levior efficitur
que confessione voluntaria humiliter
aperitur. Unde David dicit: Dixi
confitebor, et tu remisisti impietatem
peccati mei. Si autem deprehenditur
et convincitur secundum arbitrium presbiteri
vel prepositi graviter emendetur. Ita
gravior est culpa. Gravior com
petit disciplina. Graviter quippe
et mortaliter offendit qui malum
quod agit abscondit. De occultis
litteris et munusculis Beatus Job
ita scribit. Dulces inquit litteras   Jes 9
et sudariola et crebra munuscula
sanctus amor non habet. Munusculis ta
libus delectatur in infirmis eo am
plius decipitur anima. Ex huius
modi autem mala quamvis solent generari.
Sed qui perfecte vitia cavere desiderat
non solum studeat ut ea que per se ma
la sunt caveat, sed etiam fugiat
illa unde vel prava actio vel ma
la opinio procedere possit. Nos vero
quos oportet bene vivere et bonum
exemplum aliis demonstrare non
convenit talia agere. Unde quis
possit vel malam suspicionem habere.
Vestes nostras in uno loco habeatis
sub uno custode vel duobus vel quod
sufficere possint ad illas excuciendas
ne tinea ledantur. Et vestes precipit
in uno loco reponi sub uno custode
vel pluribus. Hic videntur tanguntur
quando ne per incuriam neglecte a tine
is corrumpantur si non excuterentur.
Sed ne frater habeat ipsam vestem quam
habet suam sibi credet si in proprio
loco sibi reponere liceret. Hinc dum
sane videntur verba considerare que
sequuntur. Ait enim: Et si fieri potest

ad nos non pertinet quod nobis indumen-
tum pro temporis congruentia proferatur
utrum hoc recipiat unusquisque quod
deposuerat an aliud quod alter habue-
rit. Dum tamen unicuique prout cuique
opus fuerit non negetur. Quod ait si-
cut prius ut si cuique videatur difficile
liceat ipsum quod deposuerat vestimen-
tum recipere. Ad maiorem tamen perfectionem
pertineret si ad tantum contemptum
sui pervenisset ut eo solum modo quod
opus est corpori contentus esset. Unde
quod apostolus ait, Habentes victum et
vestitum his contenti esse debemus.
Non determinat quantum vel quale, sed
tantum ea nominat que sufficiunt nature.
Nam imperfectus semper plus appetit
voluptatis quam necessitas. Sicut Boecius
de consolatione ait humana natura mo-
Natura paucis contenta est. dico contenta est, sed consuetudo
multa addidit, et voluptas plurima
copulavit. Sed si quis deum perfecte
diligeret, et carnalibus desideriis vacuus
remaneret, multa respueret superflua
que modo tenet quasi necessaria. Discamus er-
go toto corde deum diligere, quatinus
per ipsius amorem studeamus ceteraque tem-
poralia esse necessaria et superflua
respuere et dum quod opus est
unicuique non negatur ultra quod
opus sit avaricie reputatur. Cari-
tas non querit que sua sunt. caritas
communia propriis anteponit. caritas facit
esse abiectum in domo dei. hanc
si quisquam perfecte possideret, etiam ea
quod opus est sibimet ipsi respec-
tabit. Si autem hinc inter vos con-
tentiones et murmura oriuntur
cum conqueritur aliquis se deterius
accepisse quam prius habuerat, et
indignum se esse qui non ita vestia-
tur sicut alius frater eius vestiebatur hinc
vos probate quantum vobis desit
in illo interiore sancto habitu cordis
qui pro habitu corporis litigatis. Augustinus
Contentio est cum aliquid obsti-
nato animo defenditur, nisi veri-
tas non requiritur, sed intentio fati-
gatur. Habitus cordis nostri sanctificatur
per gratiam dei per inhabitationem spiritus sancti.
Habitudo interior caritas pax bonitas

humilitas pacientia concordia mansue-
tudo alia huiusmodi. Hec sunt inte-
riores nostre divitie scilicet boni mores
et virtutes. Si in exterioribus inter nos con-
tendere murmurare litigare statim
ab his spiritualibus bonis vacui rema-
nemus. Virtutes enim cum vitiis re-
manere non possunt. Nam fermentum
modicum totam massam corrumpit.
Hinc debet se probare quisque et solicite
pensare quantum intus illi desit et quam
magnum dampnum incurrit qui pro rebus
transeuntibus hec unde debet esse beatus
perdit. Valde ergo cavende sunt nobis
lites et contentiones quia hec sunt
opera carnis. et sicut ait apostolus, qui
talia agunt regnum dei non possi-
debunt. Ideo nos amonet in alio
loco dicens Nichil per contentionem
et inanem gloriam superiores sibi invi-
cem arbitrantes non ea que sua sunt
singuli cogitantes, sed ea que sunt
aliorum. Plurimum enim valent hec
duo ad removendas lites et servandam
concordiam. cum quisque se inferiorem cogi-
tat omnibus, et ea que sunt aliorum
magis quam sua propria pensat. In hiis
enim duobus humilitas et caritas con-
cordantur. que non solum discordare
non solent, sed etiam discordantes
ad concordiam revocare. Et quia hec
que dicta sunt ad perfectiores pertinent
propter minus perfectos temperat sententiam
cum subiungit Tamen si vestra
toleratur infirmitas ut hoc recipia-
tis quod deposueratis in uno tamen
loco sub communibus custodibus habete quod
ponitis. Ut videlicet in quo loco repo-
nitur hoc proprium quod in proprios usus
recipit non proprium esse sed commune cre-
datur. Ita sane ut nullus sibi aliquid
operetur, sed omnia opera vestra in unum
fiant maiori studio frequentiori ala-
critate. quam si vobis singuli faceretis
propria. Et inde apostolicam sententiam apponit
et exponit dicens Caritas enim de
qua scriptum est quod non querit que sua
sunt sic intelligitur. quia communia
propriis non propria communibus anteponit

Hec est causa quare nullus sibi
aliquid operatur, sed omnia in communi
fiant maiori studio et frequentiori alacri-
tate quam si essent propria quia caritas
non querit que sua sunt. Sed quia pro-
priis anteponit. Quia caritas Christi non que-
rit que sua sunt, nullus enim operari
debet sibi. Et si Christi caritas communia
propriis anteponit. Ergo maiori studio de-
bemus agere communia quam si essent
propria. Maior enim est fervor caritatis quam
expectatur. Nam quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit, que preparavit deus diligentibus
se. Et ideo quanto amplius rem co-
munem quam propriam curaveritis, tanto nos
amplius proficere noveritis ut in omnibus
quibus utitur transitoria necessitas sup-
emineat que permanet caritas. Transi-
toria quippe necessitas utitur temporalibus
rebus. Temporalibus studiis in quibus
semper debet caritas eminere, quia nil
potest placere deo sine caritate. Intuemur
ergo que agimus necesse est ut super emi-
neat caritas. Que est mater virtutum. Ipsa
est radix omnium bonorum. Hec est via sub-
limior que tendit ad celum. Unde
Paulus ait: Adhuc excellentiorem
viam vobis demonstro. Multa proficit
in hac vita caritate qui amore dei
cuncta que mundi huius sunt despi-
cit. Nichil sibi retinere appetit quicquid
habet in commune dividit. Recte per arctam
viam graditur qui caritatis fervens
mente et desideriis ad celestia sublevatur.
Caritas in amore dei constat
et proximi. Amor autem dei ceteris rebus
excipiuntur ut nichil remaneat in
homine quod non divine dilectioni subdatur.
Nam deum precipimur diligere ex toto
corde. Unde ut omnes cogitationes no-
stras referamus ad ipsum, ex tota anima
ut omnes affectiones ad dirigamus ad ipsum,
ex tota mente, ut omnem vitam quam
intelligimus et disponimus habeamus in
ipso. In dilectione proximi duo servan-
da sunt, ut quod tibi non vis fieri alii
non feceris. Et que vultis ut faciant vobis
homines, et vos facite illis. Ex hac
generali dilectionis virtute in proximum
omnes oriuntur virtutes quibus aut utilia
que sunt appetenda cupimus, aut que vitan-
da sunt vitamus. Ex hiis duobus ar-
ticulis congrue diligitur proximus. Quod
et beneficiis fovetur, et nulla malicia
leditur. In omnibus ergo quibus utitur tran-
sitoria necessitas debet preeminere caritas, quia
quicquid agimus aut loquimur aut cogi-
tamus ad caritatem dei debet referri
aut proximi, ut omnis nostra conversatione
nostre intentionis summa vertatur ad cari-
tatem. In hiis autem duobus preceptis
tota lex pendet et prophete. Consequens
ergo est cum quis filius suus aut aliquem
necessitudine ad se pertinentibus in monasterio
constitutis aliquid contulerit vestem sive quodlibet
aliud inter necessaria deputandum non occul-
te accipiatur. Sed sit in voluntate prepo-
siti, ut re communi redacta cui necesse
fuerit tribuatur. Sic enim extinguitur avaricia
que plenitudo recreatur sic nutritur caritas
et paupertas sancta custoditur, quia
dum non licet terrena retinere cogitur
animus celestia cogitare. Et sunt quedam
qui quamvis contempnant tamen ea que ab aliis
suscipiunt retinere non possunt pro mittitur
amant inmunda, delectantur in propriis
et sepe ex parvis et vilissimis rebus
tanto in arte sunt dependio ut eorum occasi-
one concordiam fratrum soleat conturbare
et propriam pacem diiat. Et sic dubium non est
callidus enim hostis omnium mores et qua-
litates animi et affectus discernit, ut eos
unumquemque temptat in quo se magis
prevalere cognoverit, nec curat utrum
in maius vel in parvo decipiat tamen
ut caritate fratrum decipere valeat. De-
bemus contra hostem callidum cauti
et vigilantes esse atque eius laqueos in
omnibus vere in quantum et omnia terrena
quibus decipere potest calcare, ut possimus
cantare in psalmo: Laqueus contritus est
et nos liberati sumus. Ergo quidam
in hoc capitulo sub metu est. Et si
aliquis rem sibi collatam celaverit furti
iudicio condempnetur. Apostolus dicit: Fu-
res et latrones regnum dei non possi-
debunt. Furtum enim criminale est
scriptum est: Non adulterabis, non furtum
facies, non falsum testimonium dices. Ubi
ergo inter criminalia deputatur in scripta
canonum sunt, sic iudicari debet quisquis

desertiones, quid de adulterio, quid de ho
micidio, quid de falso testimonio? Comprobatur
ergo qui rem sibi collatam appetit tollere
inde traditoris locum tenet. In sacra
enim historia Iudam fur et latro loculos habens
ea que mittebantur sibi adversum appor
tabat et abscondebat, qui cupiditatis
et avaricie tanto morbo exarsit, ut do
minum suum sicut ei diabolus in corde inspirat
venderet et traderet, sed appenso laqueo mor
te interiit, sicut scriptum est: Dum sitit lu
crum procidit ad laqueum. Tales sunt
fructus avaricie. Caveant ergo fratres ne
lucra appetant, ne quamlibet rem abscon
dant, ne dominum suum tradere videantur tam
detestabilem perpetrent culpam, ut iusto
omnipotentis Dei iudicio mortis et dampna
cionis mereantur penam. Sequitur: Indu
menta vestra secundum arbitrium prepositi la
ventur, sive ab aliis sive a fullonibus, ne
interiores sordes contrahat nimius munde ve
stis appetitus. Quare vestimenta vestra
lavari secundum arbitrium prepositi iussit? Ipse
idem causam supponit: ne videlicet sordes
in anima contrahat, si ultra modum
mundas vestes concupiscit. Tanto enim inte
rius contaminatur anima quanto foris mun
datur. Curare ergo debent prelati ne pre
ciosiorem vestium sed morum ornatum cultum.
Unde apostolus admonet nos dicens: Nolite
conformari huic seculo, sed reformamini
in novitate sensus vestri. Nam qui for
mam huius seculi appetunt, formam
interioris hominis non requirunt. Et quanto
exterior pulchritudo diligitur, tanto interior
minus amatur. Hec est vera et spiritualis
mundicia quam requirit in nobis Deus
dicens: Lavamini et mundi estote. Au
ferte malum cogitationum vestrarum ab ocu
lis meis. Non enim ait scriptura: Beati
mundo corpore, sed Beati mundo corde quoniam
ipsi Deum videbunt. Et ne quis puta
ret etiam carnis simplicitate reprobanda
admittit: Lavacrum etiam corporis, cum
infirmitatis necessitas cogit, minime de
negetur. Fiat sine murmure de con
silio medicine ita ut et si nolit iube
nte preposito faciat quod faciendum est pro salute.
Si autem velit et forte non expedit, sue
cupiditati non obediat. Hec sunt verba
explicitis inducitur concordare que carnis
curam fieri prohibent in desideriis,
in necessitate non prohibent. Multum

enim interest inter cupiditatem et necessitatem.
Nam quod ex necessitate utile est, quod ex
necessitate cupiditate est vitium est. Sunt
quidam qui dicunt religiosis non competere
corporalem medicinam. Sed si diligenter
attenderent, ipsi recognoscerent quod hoc quod
manducamus et bibimus et quod vestibus operi
mur. Et tenemur ad necessitatem utimur
corporalis medicina est. Fiat ergo sine
murmure de consilio medicine. Et bene
ait ut volens in necessitate cogatur vo
lens ut quod est ex cupiditate reprimatur,
quia necessitati quidem non cupiditati
obediendum. Namque aliquid etiam si noceat
prodesse credit quod delectat. Et re
quare homo sue cupiditati obediat non
sed quia sepe sit ipse sua cupiditate
decipitur, ut credit id sibi prodesse
quod nocet. Sic fallit homines ma
la cupiditas. Sic simulat bonum esse
quod malum est, atque principium ecclesie
adeo dampnat scriptura sacra cupidi
tatem et carnalem delectationem quia utique
ad mortem trahunt homines dum ipsi nesciunt.
Aliquid etiam si noceat prodesse credit
quod delectat. Unde apostolus notans: Oportet
vos abstinere a carnalibus desideriis que
militant adversus carnem. Caro quidem concupi
scit adversus spiritum, sed per disciplinam spiritus
spiritus est reprimenda concupiscentia carnis. Sed sunt
quidam qui rigore spiritus, alii qui mol
litate carnis semper magis sectantur.
Illi dum spiritualiter vivunt, nunc appetant
aliquid cum viciis et carne extinguunt.
Quod sciendum quia utique si modum non habet in
vicium vertitur. Illi vero qui carnaliter
vivunt, nimie tamen carnis curam student
et propria desideria inire. Concludens
est igitur utrorumque modus et concedi aliis sine
fatigo quod faciendum est pro salute. Illi vero
reprimendi sunt ne flectat ex carnali
concupiscentie. Talis quidem corporis ad re
medium decens servanda est, cupiditas vero
carnis extinguenda. Et quia de manife
sta cupiditate infirmitate locutus est, de
latenti dolore subiungit dicens: Denique
si latens est dolor in corpore famulo Dei
dicenti quod sibi doleat sine dubitatione
credatur. Nunc ei credendum est quia
boni mores et conversatio sancta fa
mulum Dei esse commendant. Non enim

Voluptas si modum non habet in vicium vertitur

vita bona

ex ore loquentium cognoscitur veritas vel falsitas. sed a fructibus eorum ait dominus cognoscetis eos. Qui non sunt fallaces non sunt duplices. non sunt ypocrite qui in corde et corde locuti sunt sed famuli dei quales sunt in corde tales sunt in ore. Bona vita fidem ubis mala vita ipsam veritatem facit esse ambiguam. sine dubitatione ergo eis credatur qui sine dubitatione sunt boni. Alio modo. Si latens est dolor in corpore famulus dei dicenti quod sibi doleat sine dubitatione creditur. famulus dei timens offendere deum non solum in opere sed eciam in sermone. famulus enim dei custodit vias suas ut non delinquat in lingwa sua. Tales nos exhibere debemus ut quilibet de nobis sine dubitatione credat. nos vita debemus commendare sermonem et bona opera testimonium perhibere veritati. Sic nostrum saluator de se dicit. Si michi non creditis vel operibus credite. Opera inquit que ego facio testimonium perhibent de me. Multi enim sunt quibus non creditur eciam cum verum dicunt. Quare quia alii mali sunt alii in suspicione habentur quod sint mali. Sed si vita nostra sine suspicione cepit esse bona, mox verba nostra sine dubitatione credunt. Quanto cepit esse minus quamquam bonus est tanto minus creditur ei. Quanto ceperit esse religiosior. tanto maior fides verbis eius prestatur. Et quia infirmitas necessitas aliquando appetit ea que sibi ipsi sunt nopia. Ideo contingit. Sed tamen vix caviando illi dolori quod delectat expediat. si non est eciam medicus consolatur. Credendum est eorum verbis nec tamen statim acquiescendum est eorum desideriis. Nam famulos dei temptant illicita desideria. Ergo si non est eciam medicus consolatur. Venerat ille qui de inedia fiat querimonias cum apostolum Paulum consilia dicimus vinum sumpsisse legimus. Nam per Thimotheo precepit dicens. Modico vino utere propter stomachum et frequentes infirmitates tuas. A rigore abstinentie discipline districtus minister trepat ne sub frequentibus passionibus fructus bone predicationis elanguesceret. Bonum corripere erat ut discipulus cunctis ex infirmitate fructum patrie redderet. Sed utilius prudebat apostolus si ipsi medicine

aliquantulum convalescens aliorum animas deo lucrifaceret. Ex duobus enim bonis utiliora eligenda sunt. Hac autem auctoritate fulti ad hoc medicinam corporalem querere debemus. ut inde maiorem fructum referamus. Neque caveat ad balneum sine quocumque ire necesse sunt minus quam duo vel tres. Et ille qui habet aliquo eundi necessitate cum quibus preposito iusserit ire debet. Providentes enim bona ut dicit apostolus non solum coram deo sed eciam coram omnibus hominibus. propter nos conscientia bona sufficit nobis. propter alios fama nostra non pollui sed pollere debet in nobis. Nam fidens conscientie negligit famam crudelis est. maxime in loco aliquo positus. Sic dicit apostolus scribens ad discipulum. Circa teipsum bonorum operum prebeas exemplum. Et alibi ait. Spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Nam qui nos amant querunt quid laudent in nobis qui nos oderunt detrahunt nobis. Nos autem in utroque medio constituti adiuvante domino deo nostro. et vitam nostram et famam nostram sic custodire debemus ut non erubescat coram detractoribus laudatores. Simul ergo debent ire duo vel tres et propter solatium et propter bone vite testimonium. Unde et Salomon ait. Ve soli quia si ceciderit non habebit sublevantem. Si fuerint duo fovebuntur mutuo. Bene autem ait cum quibus prepositus iusserit ire debebit ut capitulo providebit securitatis. sed vel in suspecto utique observet preposite obedire debeat. Egrotancium cura sine post convalescentiam reficiendorum sive aliqua imbecillitate eciam sine febribus laborancium alicui debet iniungi ut ipse de cellario petat quod cuique opus esse perspexerit. Eligendus est frater timens deum. qui circa infirmos maximam curam gerat et quod opus sunt ministrare studeat. et eo affectu eis deserviat ac si ipsi domino Ihesu Christo deserviret. Ipse enim dicturus est in iudicio. Infirmus fui et visitastis me. Et iterum. Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Debent ergo fortiores portare imbecillitates infirmiorum. Dic enim divina caritas impletur. Teste apostolo qui dicit. Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi. lex Christi est dilectio. Dilectionis

officium est iuniorum onera portare.
Quia vero tempora et diuerse infirmitates fa-
ciunt ut onera patiamur inuiti. Sicut
autem sic probat amicum qui oneris alieni
supportator. Sed et ipse infirmus tempore suo de-
bet sciat portare deo et summopere
tamen ne pro infirmitate sua aut impaciam
sibi seruientibus contristet. Studeat autem
deo gratias agere ne infirmitas que da-
ta est ei ad purgacionem anime vertatur
in augmentum culpe. Omnes autem
qui cellario siue qui vestibus siue qui
codicibus preponuntur sine murmure ser-
uiant fratribus suis. Tales exhibe-
antur ut ea caritate fratribus suis serui-
ant ne ipsi de ministerio sibi commisso pec-
cent in murmure et alios propria ne-
gligenciam faciant murmurare. Grande
peccatum est murmuracio. Gregorius Regu-
latore nullus qui murmurat accipit
nullus qui accipit murmurare per
Salomon Precordia fatui quasi rota
carri feni portat, et semper murmurat.
Apostolus Neque murmuraueritis sicut quidam
eorum murmurauerunt et a serpentibus peri-
erunt. Quare a serpentibus, nisi quia
serpens venenosus est. Et omnis qui murmu-
rat venenum lingua sua habet in lingua.
Jacobus Lingua inquietum malum
plena veneno mortifero. Cauendum
ergo nobis est a murmure ne mortifero
et diabolico veneno pereamus. Codices
certa hora singulis diebus petantur.
Extra horam qui petierit non accipiat.
Superius precipit oracionibus instare ho-
ris et temporibus institutis. Hic autem disti-
guenda sunt quibus demum orare et
quibus demum legere. De opere quoque ali-
bi admonuit, ut nullus sibi operetur
aliquid, sed omnia opera in commune
fiant. Hec tria commendat regula, que
anime nostre sunt valde necessaria scilicet oracio,
leccio et operacio. Nam oracione munda-
mur, leccione instruimur, operacione beati-
ficamur. Sic dicit propheta in
psalmis Labores manuum tuarum quia
manducabis beatus es et bene tibi
erit. Quia autem precipit ut codices singulis
diebus petantur, assiduitatem legendi
commendat, frequenter de lege sermo
valde enim est utilis diuina leccio.
Nam per leccionem discimus quid tenere

ad quid tendere debeamus. Hinc psalmista
ait Lucerna pedibus meis verbum tuum.
Et per leccionem sensus et intellectus augetur.
Leccio ad oracionem nos instruit et oracio
ad contemplatiuam vitam nos informat
et actiuam. Ideo merito beatus vir predi-
citur qui in lege domini meditabitur
die ac nocte. Hec sunt arma virtutum
leccio oracio quibus diabolus impugnatur.
Hec sunt instrumenta quibus eterna
beatitudo acquiritur. His armis
vicia comprimuntur. His alimentis vir-
tutes nutriuntur. Sed et si aliquis a lec-
tione cessat, debet manuum opera exer-
cere quia ociositas inimica est anime
et antiquus hostis quem a leccione siue
ab operacione vacantem inuenerit facile
ad vicia rapit. Per usum namque lec-
tionis discretos equaliter et nos ornatis
et alios doceatis. Per usum oracionis
et nobis et hijs quibus in caritate coniuncti
estis prodesse valebitis. Per manuum
operacionem et corporis maceracionem viciis ali-
menta negabitis et vestris necessitatibus
prouenietis, et habebitis unde necessita-
tem porrigatis. Vestimenta vero et
calciamenta que fiunt indigentibus necessaria
dare non differant sub quorum custodia
sunt que poscuntur. Hoc est quod supra
dictum est ut sine murmure seruiant fra-
tribus suis. Nam qui differunt necessaria
dare faciunt fratres murmurare et sunt
occasio peccati. Studeant ergo fratribus suis
seruire propter deum necessaria conferentes temporibus
institutis. Et hoc faciant sine murmure
sine tristicia sine dilacione et cum gaudio
magno et hilaritate quia hilarem da-
torem diligit deus. Et omnia que opus eis
sunt secundum modum congregacionis et possibili-
tatem habeant, et eis qui firmiter sit ma-
ior exinde necessitas adhibendo. Indumentis
vero et calciamentis clericorum congruentibus
seruandus est modus ne preciosa nec nitida
supra modum sint aut nimis abiecta
et vilia ne uncia composicionem plus quam
decet. Nec modo possessorum contra racionem
spectet. Illud ergo sunt ut religiosorum simul
conueniant et honestate. Caueant ergo
fratres quibus necessaria ministrant ne quid
expetant importune aut superflue

tarde corrige minima

Nam quantoquid suspensum tanto mortiferum
est illis. Attendant quod ea que expen
dunt oblationes sunt fidelium predecessorum
tamen peccatorum. et ideo non gloriantur talibus
sumptibus. sed magis timeant quod in veteri
testamento de sacerdotibus dictum est qui
quantitatem populi eos debere portare. Et ideo
cum magno timore semper eos solliciti sunt
quorum donis participant. quia magnum
periculum est. Salubrius est cum manibus pau
peribus quam sic iam predictum est ff. in Ric
ege qui plus habere. Nam inde pauperes
cum non et prius deum permitere cognati
unt tollerantiamque. Quanto ergo inspicimus
nos illicita commisisse. tanto oportet nos
ab illicitis abstinere. Per angustam enim par
tam contendere intrare debemus ut ad la
titudinem celestium gaudiorum pertingere
valeamus. Nam quanto hic arctiorem
viam agimus pro deo, tanto maiorem gloriam
possidebimus in celo. Lites que in illas
hereticas a quibus celerrime firmatis nemere
crestant in odium et trabem de festuca et iram faciat.
est. Scit enim legitur qui odit fratrem homicida
homicida est. Sicut similiter tres sunt
initia. Recedere a vicio verbo longiora
vestigare volumus. ad maiora dilabimur.
Inde aliqui ad iniuria et detractiones
dediti sumus. Procedere usque ad lites et
contentiones. inde ad iram ad odium et
impie salvationis notam. Dum negligimus
corrigere minima prolabimur ad maiora.
Dum ergo vitium expositum oritur iniquitas
prolongatur. Hinc propheta ait. Ve qui tra
hitis iniquitatem in funiculis vanitatis.
Et postea ait prolongavit iniquitatem
suam. Dominus enim istis concedet omnes peccato
rum. Primum ergo est cavendum omnino peccatum.
Melius est enim cavere quam emendare. Et
si per fragilitatem peccatur corrigit. Facile
culpa corrigitur que cito cognoscitur.
Hinc est quod dominus de mulieris ad serpen
te dicit. Ipsa conteret caput tuum. Caput
serpentis conteritur quando peccatum ibi corri
gatur ubi nascitur. Debet ergo quisque
esse sollicitus ut ibi studeat mox e
mendare ubi se novit deliquisse. Cum
tu inter inter festucam et trabem tantum
distat inter iram et odium. Odium
enim est ira inveterata que vetustate
ipsa tantum robores accepit ut iniusto
tribus appellatur. Sic etiam potest ut si
vita tantis hominum velis esse corrigi
si diu oderis non potes eum velle
corrigi. Per iram enim oculus turbatur
per odium etiam extinguitur. Unde
apostolus. Qui odit fratrem suum in tene
bris est. Non nulli irascenti sua
ira videbitur iniusta. Unde ab omni
indignatione cito redeundum est ad
mansuetudinis lenitatem. Nam
pertinax modo facile in odium transit
cum vos celerit corrigitur ignoscitur.
Unde et nobis dicitur. Quicumque convicio
vel maledictione vel etiam criminis ob
iectu aliquem lesit meminerit satisfac
tione quam citius curare quod fecerit.
et ille qui lesus est sine disceptione
dimittat. Graviter offendit qui convicio
vel maledictione aliquem ledit. Apostolus
ait. Maledici regnum dei non possi
debunt. Et dominus in evangelio
qui dixerit fratri suo fatue reus erit
gehenne ignis. Sed ergo sic graviter
delinquunt graviter peniteant. atque ab
eo quem lesit toto corde tota humilitate
veniam postulare. Et ille qui lesus
est sine disceptione dimittat. Qui dereli
quit fratrem suum sibi tardius recon
ciliat dum sibi tardius placatur.
Frustra enim deum sibi propiciari
cupit. qui cito placari in proximum
negligit. Sed sunt quidam qui de
suis iniuriis fidentes pigre in se de
linquentibus veniam prestant. Sed nullus
presumit illesus a culpa qui non est paratus
ad veniam. Dum potius hec culpa
sit magna quanto tardius relaxatur
peccata firma veritate testante dici
tur. Servus qui decem milia
talenta debebat cum penam ageret
ad solutionem debiti a domino accepit.
Sed quia conservo suo centum denarios
rios debitum debiti non dimisit et
hoc rursus exigi quod ei fuerat
iam dimissum. Ex quibus dictis
constat quod si hoc quod in nos de
linquunt ex corde non dimittimus
et illud rursus exigitur quod nobis

tam p(er) p(ro)priam d(imi)ssio(n)em fuisse gra(n)
debatur(?) Si aute(m) morte se leserint
inuite q(ue) debita relaxare debebu(n)t
ppt oro(n)es n(ost)ras q(ua)s utiq(ue) q(uan)to
crebriores habebitis, ta(n)to sancto-
res esse h(abe)re debetis. Cottidie i(n) orac(i)o(n)e
dicim(us) deo d(imi)tte nob(is) debita
n(ost)ra sic et nos d(imi)ttim(us) debito-
ribus n(ost)ris. Cet(er)u(m) si debitoribus nostris
i(d est) eis qui in nos peccant no(n) d(imi)t-
tim(us) t(ame)n dicim(us) deo d(imi)tte nob(is)
sic et nos d(imi)ttim(us) ipsa n(ost)ra
orac(i)o(n)e inculpam(ur) et deum ad u(er)s(us)
nos ad iracundiam incitam(us) et ip(s)i
sup(er) nos i(n)ducim(us) maledictio(n)e(m)
potius q(ua)m b(e)nedictio(n)e(m) sic q(uod) fit ut
orac(i)o que deberet esse salubris fit
noxia et pecc(at)a n(ost)ra que dep(re)cam(ur)
minime orando auferim(us). De cotti-
dianis aut(em) breuib(us) leuib(us) q(ue) pecc(at)is
sine quib(us) hec vita no(n) ducitur
cottidiana orac(i)o(n)e fidelium satisfa-
ciat. Eor(um) e(st) e(n)im dicere Pr n(oste)r q(ui)
es in celis qui iam tali p(at)ri regenerati
sunt ex aqua et sp(irit)u s(an)c(t)o. Ha(n)c o(mn)i(n)o h(ab)et
l(et) et illa a quib(us) fidelium etia(m)
scelerate gesta s(ed) penitendo in melius
mutata discedit si quemadmodum
veracit(er) dicit d(imi)tte nob(is) debita
n(ost)ra q(uonia)m no(n) desunt que d(imi)ttant(ur)
ita veracit(er) dicat sic et nos d(imi)-
ttim(us) debitorib(us) n(ost)ris id est fiat
quod dicit. q(uia) et ip(s)a e(st) elemosina
venia(m) petenti homini ignoscere. Multa
q(ui)d(em) sunt g(e)n(er)a elemosinar(um) que
cu(m) facim(us) adiuuam(ur) ut d(imi)ttant(ur)
nob(is) pecc(at)a n(ost)ra. Sed ea nich(il)
est maius q(ua)m cu(m) ex corde d(imi)ttim(us)
quod in nos q(ui)sq(ue) peccauit. Mi-
n(us) ergo bonu(m) e(st) q(uod) enim beniuolum
sine est h(abe)re b(e)n(e)ficium qui t(ibi) nich(il)
mali fecit. Sed illud multo grandi(us)
et magnificentissime bonitas est ut
etia(m) inimicu(m) diligas et ei qui t(ibi)
malum vult t(u) bonu(m) velis faciens
quod q(uan)t(um) possis. Audias ihu(m) dicente(m)
Diligite inimicos v(est)ros bene facite his
qui vos oderunt et orate p(ro) eis qui
vos p(er)sequu(n)tur. Ut quo p(er)fectior(um) sunt
ista filior(um) dei quo quide(m) sedebit o(mn)is

fideles extendere et huma(n)um a(n)i(mu)m ad
hu(n)c affectum orando secu(m)q(ue) agendo
luctando q(ue) p(er)ducere tame(n) q(uonia)m hoc
tam magnu(m) bonu(m) tante multitu-
dinis no(n) est q(ua)ntu(m) nos credim(us) ex-
audiri cu(m) in orac(i)o(n)e d(icitu)r d(imi)tte
nobis debita n(ost)ra sic et nos d(imi)ttim(us)
debitorib(us) n(ost)ris p(ro)culdubio sp(on)sionis
hui(us) v(er)ba implent. Si homo qui
no(n)dum ita p(ro)fecit ut etia(m) diligat
inimicu(m) t(ame)n ip(s)i rogat(ur) ab homine
qui peccauit in eum ut ei d(imi)ttat
d(imi)ttit ex corde e(st) sibi roganti
utiq(ue) vult d(imi)tti. Cum orat et d(icit)
sic et nos d(imi)ttim(us) debitorib(us) n(ost)ris
Iam n(on) qui eum in q(uo) peccat(ur) ho(m)i(n)e(m)
rogat. Non e(st) adeo putandus inimic(us)
ut eu(m) diligere difficile sit ut diffi-
cile erat q(ua)n(do) inimicicias exercebat. Cess-
ant roganti et petenti s(ed) penitenti ex
corde no(n) d(imi)ttit nullo m(od)o estimet
a domino sua pecc(at)a d(imi)tti q(uonia)m mentiri
no(n) p(otes)t v(er)itas que ait. Si aute(m) non
dimiseritis homi(ni)b(us) nec p(ate)r v(este)r
d(imi)ttet vob(is) pecc(at)a v(est)ra. Melior
e(st) aut(em) q(ui) q(uam)uis ira sepe temptet(ur)
t(ame)n impetrare festinat ut sibi d(imi)-
ttatur cui se fecisse agnoscit iniuria(m)
q(uam) qui tardius irascit(ur) et ad venia(m)
petendam tardius inclinatur. Cum
aut(em) no(n) vult d(imi)ttere fr(atr)i no(n) sp(er)eret
se accipe(re) orac(i)o(n)is effectum. Nonnullos
ira facilius accendit et facilius
deserit. Non nullos no(n) tarde qui(dem)
commouet s(ed) diuius tenet. Alii aut(em)
quod e(st) nequius et citi(us) iracundie
flammas accipiu(n)t et tardius depo-
nu(n)t. Non nulli v(er)o has et tarde
suscipiu(n)t et tardius citi(us) amittu(n)t.
In quibus inter quattuor modos le-
ctor agnoscit q(uia) tranquilli-
tatis bonu(m) vltim(us) plus q(ua)m p(ri)m(us)
appropinquat et in mala secundus
t(er)tius sup(er)at. Sancta ergo se iracundie
culpa. Vs(?) desimus p(ro)p(ter)ea d(u)m ma-
nsuetudo d(imi)ttit(ur) similitudo superne
imaginis viciat(ur). Per ira(m) itaq(ue)
sapi(enti)a p(er)ditur ut quid quo ne agend(um)
sit ordine o(mn)i(n)o nesciatur. Per ira(m)
eni(m) iusticia relinquit(ur). Sic scriptu(m) est

pro pct(is) venial(ibus) q(uo)d sit fac(ien)d(um)

Noli esse assiduus cum homine iracundo
ne discas semitas eius et sumas
scandalum anime tue. Nam qui se ex
humana racione non temperat necesse est
ut bestialiter solus vivat. Aliquando
ira manus non aperit, sed in maledic-
tionis iacula linguam solvit. Non nunquam
vero dum a proximis animus a consueta lo-
cutione restringitur, preteriti temporis
penitus a proximi dilectione separatur
et acriores stimuli ad mentem veni-
unt tunc que gravius exasperant o-
riuntur atque in irati oculo festuca in
trabem vertitur. Dum ira in odium
permutatur. Venimus sepe ad proximis
despici dedignamur iniurias ubi
tollerare. Si contingat irasci
fortasse cum proximo [illegible]
sores satisfacere. Cor quippe carna-
le dum huius vite gloriam querit
humilitatem respuit. Et plerumque ho-
mo qui irascitur discordanti sibi recon-
ciliare appetit sed iram de satisfactione
ipse erubescit. Pensemus ergo facta
capitis nostri. Ecce enim nos et deum
discordiam peccando fecimus et tamen
ad nos deus suos legatos premisit
ut nos ipsi peccavimus ad pacem
dei rogati prius veniamus. Erube-
scat ergo humana superbia confundatur
quisque si non satisfaciat proximo
cum post culpam nostram ut ei recon-
ciliare debeamus et ipse qui offensus
est legatis intervenientibus obsecrat deus.
Item autem nunquam vult facto veniam
aut non examino petat sine causa
est in monstro esse si inde non petitur.
Cum dominus tanto cure reconcilia-
tionis habeat amorem, ut paciatur munera
sua relinqui et ante altare
imperfecta remanere atque interrumpi
iusticia sua donec tu eos et dissolvas
iracundiam dimittas inimicicias ad
fratrem tuum, nec nos ipsum erubescimus sed
dies multos patimur manere inimicicias
et trahimus per futurum longam discor-
diam. Non enim iracundos tantum sed ma-
licie memores punit deus, sed et longum
irascentes aut offensos parare negligunt

et contempnunt. Item quid hii qui
passi videntur iniuriam petere dolent
et irascuntur. Item vero fecerunt nec ira-
cundie aliquid nec doloris aliquid ge-
runt. Obsecro ergo hinc qui ab iracun-
dia liber est addicat ad illud qui
in dolore est et liber non est ostendat quia
tamen huius noxa penes huiusmodi ma-
gis est qui et peccati causas dedit. Sed
nec quid est emendationem permittimus
etiam cum precibus nullius consolari(?)
fratres et quasi nil mali fecimus
de satisfactione negligimus et obli-
vioni tradimus culpam atque in longum
tempus pertrahi patimur ignorantes
quod tanto largior erit nobis pena
quanto et discordia. Ubi enim amicicia
permanet nil facile creditur nichil
facile recipitur quod discidium possit
operari. Ubi vero inimicicia semel occu-
pavit omnia que fiunt que audiuntur
que dicuntur ita intelliguntur et ita
accipiuntur ut ad maiores et longiores
proficiant inimicicias. Si quid autem mali
hoc solum credit et confirmatur. Iubet
autem dominus donum relinqui ante altare
et prius reconciliari fratri.
Ex hoc discamus quia si nec illo tempore
quo ad ministerium dei movemur attendere
reconciliationem differri et dissimulari
patitur deus quanto magis enervari in aliis
temporibus iubet. Si forte accidit ira-
sci mandatur ut sub die ne iracun-
diam nostram finiamus. In hoc ei
consentimus precepto illo quo ait Sol
non occidat super iracundiam nostram.
Nos contra nec hoc contenti sumus
ut iracundiam ultra solis terminum
perducamus, sed et nisi odias invicem
invicem instruimus sine rebus sumo-
bis supplantare cupientes proprios
mordentes invicem et comedentes
quod utique insania est. Quid enim
facimus dum insani et demone plu-
rimi inebriati sua morsibus laniantur.
Frustra ergo est in monstro qui discor-
diam habet cum fratre suo quia nec
deum placat sacrificiis nec proficere
valet operibus bonis. Proinde nos

amoribus durioribus petit Salomon
Responsio mollis frangit iram sermo du-
rus suscitat furorem Dulce verbum ini-
micos mitigat amicos multiplicat
Et paulus Vos qui spirituales estis instru-
ite huiusmodi in spiritu lenitatis Caveat
ergo vir sancti adversus verbis que si emis-
sa fuerint ex ore meo non pigeat ex cor-
de proferre meditamenta unde scriptum
sunt volens Primo quando summopere ta-
cere debemus ne dicamus verbis aliquid
contra debemus quod si aliquid in hoc peccamus
ex fragilitate oportet contrito ad satis-
factionem festinare et contra durum sermonem
proferre dulcem et placabilem ut vulnus
commotionis sanet medicina placabilis
confessionis Sed sicut predicimus me-
lius cavere vitium quam postea emendare
commissum Ideo summus dei dicit pone
domine custodiam ori meo ut non delinquat
in lingwa mea Et tunc maxime
qui ad iram cum conspicit peccator utique
aliquis talium proximo suo sicut multi
scripsi et vidi qui non cessant irri-
tare famulos dei Ergo si est intellec-
tus unde proximo tuo sin autem sit ma-
nus tua super os tuum ne capiaris verbo
indisciplinatis et confundaris Cavendo
autem necessitas disciplinae moribus coher-
cendis dicit nos duria verba compellit
si etiam ipsi nos modum excessisse sentiunt
non a nobis agitur ut a nobis subditis
veniam postulent ne apud eos quos
oportet esse subiectos dum nimia ser-
vatur humilitas regendi frangatur
auctoritas Plerumque enim hoc magnis doc-
toribus contingit ut quo cum alta caritate
funcit modum correctionis exaggerat
et lingwa aliquid quod non decet di-
cat quia mentem correctionis dilectio
plus quam debet inflamat Unde bene per
moysen dominus precipit dicens Si quis abie-
rit cum amico suo simpliciter in silvam
ad ligna cedenda et lignum securis fugit
manum ferrumque lapsum de manubrio
amicum eius percussit et occidit hic ad
unam supradictarum urbium fugiet et vivet
ne forte proximus eius cuius effusus
est sanguis dolore stimulo persequatur
et apprehendat eum et percutiat animam

eius Ad silvam quippe cum amico imus
quociens cum subditis proximo ad intuenda
delicta nostra vertimur et simpliciter ligna
succidimus cum delinquentium vitia pia inten-
tione resecamus Sed securis manum fugit
cum sese increpacio plus quam necesse est in aspe-
ritate pertrahit ferrumque de manubrio prosilit
cum de correctione sermo durior excedit
et amicum percuciens occidit quia auditorem
suum prolata contumelia a spiritu dilectionis
interficit Correpti namque mens ad odium
prorumpit si hunc in moderata increpacio
plus quam debuit addicit Sed is
qui incaute lingwa percutit et proximum
extinguit ad tres necesse est urbes fu-
giat in una earum defensus vivat quia
si ad penitencie lamenta conversus in unitate
sacramenti sub spe fide et caritate abscon-
ditur reus perpetrati homicidii non tene-
tur Eumque extincti proximus venit et cum
invenit non occidet quia cum districtus iudex
venerit qui sese nobis per nature consorcium
coniunxit ab eo procul dubio culpe vindictam
de culpe reatu non expedit quem sub eius
venia spes fides caritas abscondit Quod
subditur Sed tamen petenda est venia a bonis
deo qui venit etiam eos quos plus iuste
forte corripiunt quia benivolencia dil-
gunt Aliquis excedit modo zelo mali-
cie aliquis zelo iusticie Plerumque ex studio
per delibatam dilectionem plerumque ex preparata
sermonis dominus vero non intuetur attendit ser-
monem quam intencionem Citius ergo culpam
dimittit que nequaquam malicie studio
perpetratur Non autem carnalis sed spiritualis
inter nos debet esse dilectio Sunt non nulli
qui diligunt proximos sed per affectum
cognacionis et carnis quibus tamen in hac
dilectione sacra eloquia non contradicunt
Sed aliud est quod sponte impenditur nature
aliud quod preceptis dominicis ex caritate debetur
obediencie Hii nimirum et proximum diligunt
et tamen illa sublimia dilectionis premia
non assequuntur quia amorem suum non spiritualiter
sed carnaliter impendunt Ipsi nos dicit
esse discipulos sola custodia caritatis
probat Unde ipse ait In hoc cognoscent
omnes quia mei estis discipuli si dilectionem
habetis inter vos Vere dilectio qui tota mun-

replet vacat. Duobus modis conditi sunt, si amicos in Deo et inimicos diligimus propter Deum. Saepe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur seque illum diligere falso arbitratur. Sed tunc inimici dilectio veraciter custoditur cum nec de profectu illius addicimur nec de ruina illius laetamur. Duobus quippe preceptis incipit caritas, sed se ad innumera extendit. Huius namque lectionis initium dilectio Dei est et dilectio proximi. Sed Dei dilectio per tria distinguitur, quia ex toto corde et tota anima et tota fortitudine diligi conditorem iubet. Qua in re notandum est cum divinus sermo Deum diligi precipit, non solum narrat ex quo sed etiam informat ex quanto, cum subiungit: ex tota fortitudine, ut videlicet qui perfecte Deo placere desiderat sibi de se nihil relinquat. Proximi autem dilectio a duobus dirivatur, sicut per quendam sapientem dicitur: Quod ab alio oderis fieri, vide ne tu alteri facias. Et per semetipsam Veritas dicit: Que vultis ut faciant vobis homines, hec eadem et vos facite illis. Quibus duobus scilicet utriusque testamenti mandatis per unum malicia compescitur, per aliud benignitas prerogatur, ut quod non vult malum pati quisque non faciens cesset a nocendi opere, et rursum bonum quod sibi fieri appetit impendens erga utilitatem proximi se exerceat ex animi benignitate. Sed hec nimirum duo sollicita intentione cogitantur, cor ad innumera virtutum ministeria extenditur, ne ad inferenda que non debet desideriis inquieta mens fricat, ut erga exhibenda que debet etiam resoluta torpescat. Nam cum cavet alteri facere quod nequaquam vult ab alio tollerare, sollicita se intentione circumspicit ne superbia elevet et usque ad despectum proximi animum deiciens exaltet, ne ambicio cogitationem laniet, cumque hanc ad concupiscendum aliena dilatet angustet, ne cor luxuria polluat et subiectum desideriis per illicita corrumpat, ne ira exasperet et usque ad proferendam contumeliam inflammet, ne invidia mordeat et alienis felicitatibus emula sua se face consumat, ne immoderate linguam loquacitas pertrahat eamque usque ad lasciviam obtrectationis extendat, ne odium maliciam excitet et os usque ad iaculum maledictionis irritet. Rursum cum cogitat

et ea alteri faciat que ipse sibi fieri ab alio expectat, pensat nimirum ut malis bona, ut bonis meliora reddat, ut erga procaces mansuetudinem longanimitatis exhibeat, ut malicie peste languentibus graciam benignitatis impendat, ut discordes pace uniat, ut concordes ad concupiscentiam vere pacis attendat, ut indigentibus necessaria tribuat, ut errantibus viam rectitudinis ostendat, ut afflictos verbo et compassione mulceat, ut accensos in huius mundi desideriis increpatione restringat, ut minas potentum ratione mitiget, ut angustiatorum angustias quanto possit ope levet, ut foris obsistentibus opponat patientiam, ut intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinam, ut erga subditorum sit mansuetudo zelo temperet quatinus amicitie studio non enervet, sic adulationum zelus feriat ne pietatis limitem ferviendo transcendat, ut inimicos beneficiis ad amorem provocet, ut notos quos in ministeriis in amore servet, ut proximorum mala cum corrigere non valet taceat, ut quecumque corrigi loquendo prevalet consensum esse supplecio pertimescat, ut sic malivolis vim benignitatis exhibeat, ne tamen per graciam a iure rectitudinis recedat, ut cuncta proximis que prevalet impendat, sed hec impendenda non timeat, ut sic in bonis que exhibet timoris paveat, ne tamen ab omni exercitio torpescat, ut sic que possidet tribuat quatinus attendat quanta sit largitas remunerantis, ne cum terrena largitur suam plus quam necesse est inopiam cogitet et in oblatione muneris caritatis lumen tristitia obscuret. Bene ergo lex Dei multiplex dicitur, quia nimirum una eademque caritas si mentem plene ceperit, hanc ad innumera opera multiplicit accendit. Multiplex ista lex Dei est que singulis rerum articulis non permutata congruit et causis se variantibus non variata coniungitur. Cuius nimirum legis multiplicitatem Paulus ondit dicens: Caritas patiens est, benigna est. Preposito tamen pre obediatur, multo magis presbitero qui omnium nostrum curam gerit. Obedientia

Obedia sola virtus est que virtutes ceteras menti inserit insertasque custodit. Salomon. Melior est obedia quam victima, quia per victimas aliena caro, per obedia vero voluntas propria religatur. Salomon. Vir obediens loquitur victorias, quia dum aliene voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Nobis quippe obedia usque ad mortem servanda precipitur. Per obediam vero malum nunquam fiat. Aliquando autem per obediam bonum quod agitur intermitti debet, sed quod non nunquam nobis bonum mundi prospera, non nunquam vero iubet adversa. Sciendum primo est quod obedia aliquando si de suo aliquid habeat nulla est. Nam cum huius mundi successus precipitur, cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda obedit, obedie sibi virtutem evacuat si ad hoc etiam ex proprio desiderio anhelat. Cum vero cum huius mundi despectus precipitur, cum probra adipisci et contumelie iubentur, nisi haec ex semetipso animus appetat, obedie sibi meritum minuit, quia ad ea que in hac vita despecta sunt invitus nolensque descendit. Debet ergo obedia et in adversis ex suo aliquid omnino habere, et in adversis, tanto sit gloriosior, quanto divino ordini etiam ex desiderio iungitur, et in prosperis tanto fit sincerior quanto ipsa gloria presentis temporis exprimere separatur, in motivis autem nientibus . . . obedie iungitur. Domino attestante qui ait: Oves mee vocem meam audiunt, et ego cognosco eas et sequuntur me. Christo redemptori nostro non obedit qui innocens non est, et innocens non potest qui obedie contempnit. Et ergo cuncta ista serventur, et si quid minus conservatum fuerit non negligenter preteratur, sed emendandi corrigendique curet ad prepositum principue pertinebit, ut ad presbiterum cui est apud vos maior auctoritas referat, qui modum vel vires eius excedit. Ad hoc quidem data sunt ista precepta regularia ut cuncta serventur, et si quid servatum minus fuit, oportet ut ita

emendetur. Non enim possumus aliquid negligenter preterire sine periculo anime. Ea enim nominus specialiter tenet et sicut in ea vivere in primis et predicta dicitur. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et iterum ait: Si quis totam legem offenderit autem in uno factus est omnium reus. Pertinebit autem ad prepositum et ad eum qui custos est ordinis, ut ad presbiterum cuius est maior auctoritas vel ad abbatem referat, quod ipse secundum canonicam regulam non potest diffinire. Et si in congregatione ubi est ordo canonicus non est abbas, sed episcopus ipse presbiteri nomine designetur. Ad hoc enim prelati sunt constituti in ecclesia ut hec ordinata custodiant, errata corrigant, vita et mores subditorum verbo et exemplo componant. Apostolus formam . . . qui ait: Argue, obsecra, increpa. Immiscentes temporibus tempora, terroribus blandimenta, indisciplinatos et inquietos debet durius arguere, obedientes mites et patientes et in melius proficiant obsecrare, negligentes et contempnentes autem ut increpet et corripiant. Neque dissimulet peccata delinquentium, sed mox ut ceperint oriri radicitus ne prevaleant amputet, memores periculi sacerdotis Heli de filiis. Prius honestiores atque intelligibiles primam atque secundam ammonitione corripiat, improbos et duros corde superbos inobedientes verbere et castigatione in ipso initio peccati coherceant, scientes: Stultos verbis non corrigitur. Iterum: Percute filium tuum virga et liberabis animam eius a morte. Ipse vero qui nobis preest non se existimet potestate dominante sed caritate serviente esse felicem. Nam qui ita preest ut gaudeat de potestate dominii non est vel pastores sed mercenarii. Hii magis pre appetitu qui preesse, non quod sentiunt oviare, sed temporale lucrum non celestis gloria sed tremendo honore. De talibus ait dominus in evangelio: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Hi vero ita preerint ut gaudeant de servitute caritatis, ipsi tenuerunt opus veri pastoris qui venit ministrare non ministrari et animam suam dare pro multis. Alii veri prelati sint et secundum dominum regiminis curam excipiunt

qui ad hoc tantum laborant, ut plures secum
ad deum trahant, quos delectat omnibus non
honor caritas non potestas servitus. aliis im
pensa non precepta aliis. Unde et Paulus
ait: Cum essem liber ex omnibus, omnium me
servum feci et plures lucri facerem. Qui
tamen pro auctoritate regiminis honora
dus a subditis. Unde et subditur: Ho
nore coram nobis prelatus sit nobis, ti
more honorari debet quia vicem Christi in mo
nasterio tenet. Unde et ipse dominus pasto
ribus ait: Qui vos audit me audit
et qui vos spernit me spernit. Debent
ergo servi suum honorare magistrum tamquam
pro amore dei supra se susceperunt ma
gistrum. Qui tamen quanto plus honoratur
exterius, tanto oporteat ut amplius ti
meat deum atque semper intus despiciens
eos a quibus honor impenditur in cogita
tione sibi non proponat. Unde subiectum
est: Timore coram deo prostratus
sit pedibus vestris. Hinc scriptum est:
Quanto maior es humilia te in omnibus.
Rectorem te constituerunt noli ex
tolli sed esto in eis sicut unus ex illis.
Et dominus ait in evangelio: Omnis qui
se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat
exaltabitur. Tanto quippe maior est apud
deum quanto humilior apud semetipsum.
Sed qualis debeat esse in moribus audia
mus. Circa omnes bonorum operum se ipsum
prebeat exemplum. Sicut enim alios
precedit ordine ita eos precedere debet sanctitate
ut eius exemplo discant inquieti
qualiter vivere debeant. Corripiat inquie
tos, consoletur pusillanimes, suscipiat
infirmos, patiens sit ad omnes. Qui locum
tenet regiminis mala inferre non debet
sed tollerare quia medicus anime est
contra passiones vitiorum debet apponere me
dicamenta virtutum. Ita sit, ut primus
quod cuique inferre debeat diligenter agnoscat, ut
sciat disciplinam libens habeat, metuendo
ius imponat. Et quamvis utrumque sit ne
cessarium, tamen plus amari appetat quam
timeri. Sic cogitabis se pro nobis deo red
diturum esse rationem. Cyprianus martir:
Disciplina est morum ordinata correctio

et maiorum precedentium patrum regularis
observatio. Oportet ut doctor ecclesiasticus
sapiens sit et disciplinatus quia qui cur
ras aliis disciplinam imponit cum
ipse disciplinate vivit. Cum expedit
traditur magisterium, sed quod expetit
in aliis. In disciplina perseverare
verba sunt apostoli ad hebreos: et tamquam
filiis offert se deus. Et quis est filius
quem non corripit pater? Et Beda ait:
Hec duo necessaria ut rector suis subditis
exhibeat timorem sed et timorem ti
morem eis qui superbi et rebelles
et dure mentis sunt. Amorem eis qui
sunt qui humiles et devote et libere
domino deo serviunt. Et quamvis utrumque
sit necessarium tamen a subditis plus
amari ~~oportet~~ appetat quam timeri.
Quia prelatus quanto plus diligitur tanto
libentius auditur. Magis placet deo illa
servitus que ex voluntate et amore
fit quam illa que fit ex timore. Propterea
dulcis magister suis discipulis ait:
Iam non dicam vos servos sed amicos.
Non enim vult deus ut eum timeamus
tamquam dominum servi, sed vult ut eum
diligamus tamquam patrem filii ut precep
ta eius faciamus non timore pene
sed amore iusticie. Hoc autem cogi
tare debet qui index est
quia supra se iudicem habet deum amare
ut regiminis curam tanto sollicitius
agat quanto se redditurum rationem
pro bene quippe apud districtum iudi
cem pensat. Valde enim sollicitat
in bono opere si quis semper in cunctis
que agat cogitat de extremo
fine. Unde scriptum est: In omnibus
operibus tuis memorare novissima
tua et in eternum non peccabis. Unde
vos magis obediendo non solum nostri
sed potius miseremini, qui ut nos
quanto in loco superiore tanto in periculo
maiore versatur. Cum semper in regi
minis loco sublimatur. Nam quanto
superior gradus tanto periculosior ca
sus, et cui plus committitur ab eo plus
exigitur. Grande periculum est sibi et
aliis vivere, temporalia et spiritualia pro
videre. Sic suam curam agere ut
alios non negligat, sic de aliis

Nota sunt subditi

cogitatio ne semper obliviscendo derelinquat
Sic primat temporalia ut non refrigescat
a spiritualibus sic inardescat ad spiritualia ut
sit sollicitus ad temporalia. Unde dicit
Plato amplius subditi obedire volunt
magis vident enim prepositos laborare
Et tamen sciant non solum sui sed etiam
ipsius miserentur Sunt vero qui a
animas suas lavant Scriptum est
enim Miserere anime tue placens
deo. Ipsius quoque qui preest miserentur
qui animas eius obediendo allevant
Tunc enim scriptum est sic filius sapi-
ens patrem letificat Tanto plus enim
gaudent et libentius laborant prepositi
spirituales profectus quanto eos vident spiri-
tualibus obtemperare Docet deinde ut
observent hec omnia tanquam spiritua-
lis pulchritudinis amatores, debemus
christi odore de bona conversatione fra-
grantes non sicut servi sub lege, sed
sic liberi sub gratia constituti,
Apte post lectionem subditur oratio
Ubi est enim legem predicare quid agrum
seminare Sic est orare quo semen
operire Sicut qui seminat in agro
sed hoc arando cooperire dissimu-
lavit veniunt volucres et totum
quod seminatum esse videbat diri-
piunt Ita qui in agro cordis sui
semina verbi dei aspersit, psallendo
predicando legendo nisi post ea in cor-
de suo orando recondiderit et quodam-
modo sepelierit veniunt volucres hoc
est demones et cogitationes seculi huius
velocitate inanes et viles, et rapiunt
quod in corde fuit seminatum Ideo
post lectionem et predicationem semper orandum
est, ut semen dei maneat in corde
et fructus spiritualis crescat in operatione
Bene autem ait. tanquam spiritualis pulchri-
tudinis amatores non enim possunt
implere hec omnia regularia precepta
nisi per amatorem iustitie que est
spiritualis pulchritudo anime Nemo
invitus bene agit etiam si bonum
est quod ait, Et vero subdit et bono
christi odore, de bona conversatione fra-
grantes pertinet ad bonam vitam et

bonam famam Unde apostolus christi odor
bonus sumus in omni loco Servi sub
lege sunt qui ex timore domini ser-
viunt, liberi sub gratia, qui ex amore
implent divina mandata Gratia
divina diffusa in cordibus nostris per spiri-
tum sanctum qui datus est nobis Implet
legem iusto non est lex posita Ubi
enim spiritus dei ibi libertas Sic autem
viam mandatorum dei liberi currimus
si dilatatum cor nostrum in caritate
dei habemus Ut autem in libro tanquam
in speculo possitis inspicere ne per oblivionem
aliquid negligatis semel in septima-
na vobis legatur Ideo frequenter legi
precipitur quatenus memoriter teneatur
Scriptus enim Iacobus dicit Qui perspexerit
in lege perfecte libertatis et permanserit in
ea non auditor obliviosus sed factor
operis hic beatus in facto suo erit Et bene
hunc librum dicit speculum quia in
eo tanquam speculo inspicere possumus
quales simus sive pulchri sive fedi
sive iusti sive iniusti Utrum quisque
nostrum regulam servat utrum perficiat
utrum deo placeat an displiceat Scri-
ptura quippe sacra representat magnum
[illegible] audit quid formosum quid de-
forme sit in anima, et qualiter pulchritudo
iustitie debeat observari, qualiter etiam
venustas decoris componi, quo viciorum macula
oportat oporteret abstergi Primum
opus est mala sua agere et que egerit
unquam retractare Emendare faciunt
tota mente per penitentiam Ac contra si
viri in speculis facies cottidie suas
inspiciunt, vitam suam moresque vi-
gilanter pensant et si aliquid deforme
in compositum vel inordinatum invene-
rint mox sibi in quod scriptum est vi-
dent reformare componere que se student
qualiscunque qualiter et immaculati coram
deo, dum tamen in corpore quam in anima
inveniantur Ideo psalmista dicit Ut
non confundar cum perspexero in omnibus
mandatis tuis Et apostolus admonet nos
dicens Renovamini spiritu mentis
vestre et induite novum hominem qui se-
cundum deum creatus est in iustitia

et iusticia veritatis Sed licet is qui foris
est homo corrumpatur tamen is qui intus
est renovatur de die in diem Et ideo apte
subiungit Ubi vos inveneritis ea que scrip-
ta sunt facientes agite gracias domino
bonorum omnium largitori Graciarum actio pro
summo [illegible] nobis debetur a quo omne
datum optimum et omne donum perfectum
scriptura teste descendit Nemo enim
donis dei beatus qui donati existit
ingratus Apostolus quid habes quod non
accepisti Si autem accepisti quid gloriaris
quasi non acceperis Christo ergo gracias do-
mino deo nostro agere ammonemur ut
agnoscat homo si quis bene vivit dei
gracia se hoc habere et ut perficiat in dileccionem
iusticie non se aliunde consecuturum Re-
cognitio pro[…] facit Ipsa enim est sa-
piencia que pietas vocatur qua colitur
pater luminum Colitur autem
sacrificio laudis graciarum accionibus
ut cultor eius non in se ipso sed in illo
glorietur Sequitur Ubi autem sibi qui-
cumque viderit aliquid deesse do-
leat de preterito caveat de futuro orans
ut ei debitum dimittatur et in temp-
tacionem non inducatur Amen

Augustinus de vera religione

Omnis vite bone ac beate via in vera
religione est constituta qua unus
deus colitur et purgatissima
pietate cognoscitur principium naturarum omnium
a quo universitas et inchoatur et perficitur
et continetur Sed plato et Socrates nolu-
erunt nati ut populorum suorum opinione
ad verum cultum veri dei aut simula-
crorum superstitione atque ab huius mundi
vanitate converterent Ad divinitatem principium
comprehendendam non magis inductum quam
cura libidinibus dedita Anime nostre ra-
cionali et intellectuali datum est ut con-
templacione dei perfruatur atque afficiatur
expecta eternam quam vitam possit provenire
Hereses innumerabiles a regula christiana aversas
ideo testes sunt non ad initiandum com-
municanda sacramenta eos qui de patre
deo et sapiencia eius et munere divino aliter
senciunt et hominibus persuadere conantur
quam veritas postulat Neque in confusione

paganorum neque in purgamentis here-
ticorum neque in languore scismaticorum
neque in cecitate iudeorum querenda
religione sed apud eos qui christiani ca-
tholici vel orthodoxi nominantur id est in-
tegritatis custodes et recta sectantes Utitur
enim omnibus errantibus ad profectus
suos et ad eorum correctionem cum evigilare
voluerint Utitur enim gentibus ad
materiam operacionis sue hereticis ad proba-
cionem doctrine sue scismaticis ad do-
cumentum stabilitatis sue iudeis
ad comparacionem pulchritudinis sue Alios
ergo invitat alios excludit alios
relinquit alios antecedit Omnibus
tamen gracie dei participande dat potestatem
Sentientes autem carnaliter et nos tamquam
paleas tollerat quibus in area fru-
menta tuciora sunt donec talibus
tegminibus exuantur Omnis intel-
lectualis animalis corporalis creatura
ab eadem trinitate creatrice esse quan-
tum est et ordinatissime administrari
nemo ulla dubitacione concedit Non
ut aliam partem fecisse intelligatur
pater tocius creature et aliam filius
et aliam spiritus sanctus sed simul omnia
et unamquamque naturam patrem fecisse
per filium in dono spiritus sancti Omnis
enim res vel substancia vel essencia
vel natura vel si quo alio verbo me-
lius enunciatur simul habet hec tria
ut et unum aliquid sit et specie propria
discernatur a ceteris et rerum ordinem
non excedat Oportet hereses esse ut
probati manifesti fiant inter nos ex his
hominibus enim heretici fiunt qui eciam
si essent in ecclesia errarent Cum autem
foris sunt plurimum prosunt Non
veri docendo quod nesciunt sed ad veri-
tatem querendam carnales et ad veritatem aperi-
endam spirituales catholicos excitando
Sunt enim innumerabiles in ecclesia
probati viri sed manifesti non sunt
inter nos quamdiu imperitie nostre
tenebris delectati dormire malumus
quam lucem veritatis intueri Quapro-
pter ut multitudine dei videant et
gaudeant per hereticos de sompno
excitantur Utimur ergo hereticis contra hereses

non ut corde aperiemus errores sed ut
catholicam disciplinam adversus eorum
insidias vigilantiores et cautiores simus
Nisi deus permanet incommutabilis
nulla mutabilis natura remaneret. Mu-
tari autem animam posse non quidem localiter
sed tamen temporaliter suis affectionibus quis-
que cognoscit. Que vera esse perspexeris
tene et ecclesie katholice tribue. Que
falsa respue et michi qui homo
sum ignosce. Que dubia crede do-
nec vel respuenda esse aut vera esse
aut semper credenda esse vel ratio doceat
vel precipiat auctoritas. Nulla vita
est que non sit ex deo. Quia deus
utique summa vita est et fons. Mors
autem vite non est nisi nequitia que
ab eo quod nequaquam sit dicta est.
Et ideo nequissimi homines nichili
appellantur. Vita ergo voluntario
defectu deficiens ab illo qui eam
fecit et cuius essentia fruebatur vo-
lens contra [illegible] corporibus quibus eam
deus prefecit vergit in nichilum. Et
hec est nequitia non quia corpus ni-
chil est nam et ipsum habet aliquam
concordiam partium. Ergo ab eo factum
est et corpus qui omnis armonie
caput est. A quo omnis pax. Et
qui forma est infabricata atque omnium
formosissima. Quia ab ipso omnis
species quia speciosissimus. Deus est
autem hic nisi unus deus una veri-
tas una salus omnium et prima et sum-
ma atque essentia. Cui morte non
facit. Quia summa essentia esse facit
omne quod est. Unde et essentia
vocatur. Et tanto entia moriuntur
quanto minus essentie participat.
Et quanto minus sunt. Quia ipse et vita
que fructu corporis delectata negligit
deum ad nichilum declinatur.
Et ista est nequitia quia id amat
vel minus est quod vita. Peccatum a deo
voluntarium est ut nullo modo sit pec-
catum si non sit voluntarium. Et hoc
ita manifestum est ut nulla hic
doctorum paucitas nulla doctorum
turba dissentiat. Postremo si non
voluntate male facimus nemo

[illegible] magnitudinis omnino erit movere dum
est. Stabiles angeli deo serviunt. Neque
hoc deo sed ipsis prodest. Deus enim bono
alterius non indiget sed que facta sunt
eius bono indigent. Animi autem aliquando ma-
gnam erant cum per carnem peccatum in-
ad pellunt movent licet talia penitus
separentur. Anima enim movetur vo-
luntate corporis spacio. Et si primus
angelus vanitate peccasset in libero ar-
bitrio venitur. Instat et pulcritudo cum
benignitatis gratia concordans. Ut
qui bonorum in priore dulcedine decepti
sumus amaritudine penarum erudiamur.
Facit in temptationibus prudentia
ut non solum in eis non invadatur
sed fiat etiam vigilantior et amore
veritatis que sola non fallit ardentior.
Nullo modo beneficentius consulit deus
generi humano quam cum uni-
cus filius patri coeternus hominem suscipe-
re dignatus est. Ita enim demon-
stratur quantum demonstravit ex tot sim-
ul locum inter creaturas habeat humana
natura ex non solum visibiliter. Illa
illud poterat in aliquo ethereo corpore
ad nostrorum aspectum tollerantiam temperato
sed hominibus apparuit in vero homine. Et
ne quis sexus se a suo creatore con-
temptum putaret virum suscepit natus
ex femina est. Et apparebat deus doc- a
trinibus homo loquens ad te. Ut
deus matrem negaverit. Et tamen ut evan-
gelium loquitur. Quia parentibus subditus
erat. Similiter cum sumpsit aquam in vinum
ut deus dicit. Recede a me mulier
michi et tibi quid est. Non dum venit
hora mea. Sed deducit matrem
cognatam discipulo commendavit quem
pre ceteris diligebat. Nullum peccatum
committi potest nisi dum appetuntur
illa que christus contempsit aut fugiuntur
que sustinuit. Tota vita eius disci-
plina morum fuit. Modus totius doctri-
ne partim apertissimus partim in similitu-
dinibus partim in sacramentis ad
omnem anime instructionem accommodatus
quid aliud quam rationalis discipline
regulam implevit. Nam si ea tan-
gunt que facillime intelliguntur nec

studiose quereretur nec inveniretur. Nam
et pietas timore inchoatur, caritate
perficitur. Populus timore constrictus
in veteri lege multis sacramentis onera-
batur. Quod erat ad desiderandam gratiam
dei que per prophetas ventura canebatur.
Sed nunc pauca saluberrima constituta
sunt. Si quis autem ideo negat utrumque
testamentum ab uno deo posse esse quia
non eisdem sacramentis tenetur populus
noster, non posse fieri ut unus iustis-
simus paterfamilias aliud imperet eis quibus
serviliter duriorem utilem iudicat,
aliud eis quos in filiorum gradum optare
dignatur. Si autem precepta vite movent
quia in evangelio sunt maiora, talis
qui illud putat potest perturbari, si unus
medicus alia per ministros suos imbecillio-
ribus, alia per seipsum valentioribus pre-
cipiat ad recipiendam salutem. Ut enim
ars medicine eadem manens mutat
tamen precepta languentibus, ita divina
providentia incommutabilis, mutabili
tamen creature varie subvenit et pro
diversitate morborum alias alia iubet,
alias vetat. Si de aliqua informi ma-
teria factus est mundus, hec ipsa facta est
omnino de nichilo. Nam et quod non-
dum formatum est, tamen aliquo modo
ut formari possit inchoatum dei benefi-
cio formabile est. Bonum est enim esse formatum.
Non nullum ergo bonum est et ca-
pacitas forme. Et ideo omnium bonorum
auctor qui prestitit formam ipse fecit
etiam posse formari. Dicimus primum
autem anime vitalis est voluntas faciendi ea
que vetat summa et intima veritas.
Aqua non est mala, nec animale
malum quod vivit in aere. Sed ma-
lum est voluntaria precipitatio in aquam.
Stilus ferreus alia parte qua scribimus,
alia qua delemus, a fabro factus
est et in suo genere pulcher et ad usum
nostrum accommodatus. Si quispiam ea parte
scribere qua deletur et ea velit delere
qua scribitur, nullo modo stilum malum
fecit. Si quis repente in meridianum solem
intueatur, repercussi oculi turbabuntur.
Non ideo autem sol aut oculus malum erit,

nullo modo. Hec enim sunt. Sed
malum est inordinatus affectus.
Neque hoc corpus quod non vel omnium
... possit inmutabiliter
cogitari vel in parvo spatio ...
possit eadem magnitudinis saturitate
per infinita diffundi. Sicut faci-
lius est exercitari carnem, dif-
ficilius est autem non carnaliter.
Temporalium enim specierum mul-
tiformitas ab unitate dei hominem
lapsum per carnales sensus diver-
beravit. Versus in suo genere
pulcher est quamvis due sillabe nullo
simul dici possint. Ars autem metrica
non est sic tempori obnoxia ut pulchritu-
do eius per mensuras morarum digeratur,
sed in seipsa. Sed tamen hec omnia
efficit ipsa, non simul habent omnia;
postea tamen pulchre, quia extrema
vestigia illius pulchritudinis ostendunt
quam constans et incommutabilis
ars ipsa custodit. Ita non nulli ma-
gis amant versum quam artem, quia
plus se auribus quam intelligentie
crediderunt. Et multi temporalia
diligunt, conditorem vero ac modera-
tricem temporum divinam providentiam
non requirunt. Nec ob aliud ab
illorum spectaculis prohibemur. Ne-
que ullus erit eorum decepti ab ipsis
rebus quarum ille umbre sunt.
Aberravimus autem videmur, non ve-
ri, sed contra naturam eius
nichil est aliud quam peccatum
et pena peccati. Unde intelligitur
nullam naturam vel substantiam vel
essentiam malum esse. Neque de
peccatis eius penis fit ut anime effici-
at universitas nulla deformi-
tate corrumpitur. Omnis rationalis
creatura que ab omni peccato munda
est et deo subiecta ceteris sub-
iectis dominatur. Ea vero que pec-
cavit ibi ordinata est ubi
tales decet. Ut deo conditore
et rectore universitatis decora
sint omnia. Et est pulchritudo universe
creature per hec tria inculpabilis,
damnatione peccatorum, et exercitatione

in storum perfectione beatorum. Car-
nalibus formis in haec amare par-
vos necesse est. Adolescentes vero
spernere necesse est. Hunc iam provecte
etate non est necesse. Isti magis
sequendi sunt homines et libri qui
unum deum summum solum deum uni-
colendum esse dicunt. Sic enim in
rerum natura maior est auctoritas u-
nius ad unum omnia redigentis. Nec
in genere humane multitudinis ul-
la potentia est nisi consentientis
in unum consentiente. Ita in reli-
gione qui ad unum vocant eorum ma-
ior fide dignior debet esse auc-
toritas. Cum etiam katholica per
totum orbem diffusa sit. Nec mi-
racula illa in nostra tempora durare

Sed tamen non fiat miracula

permissa sunt. Ne anima semper visi-
bilia quereret et eorum consuetudine
frigesceret genus humanum, quorum
novitate flagravit. Ubi vero pur-
gacionis anime opus ad perpetuam
veritatem nullo modo auctoritas hu-
mana spernitur. Sed ad hanc nulla
superbia perducit. Non est simplex
peccatum non solum malum sed
etiam verum admittere, verum
admittere. Hec est lex divine pro-
videntie ut nemo a superioribus ad-
iuvetur ad cognoscendam et perci-
piendam gratiam dei, qui non ad eadem
pio affectu inferiores adiuverit. Pro-
primum est attendere que sit natura
vitalis que perfecto, qui vitam dat
corpori prestantior eo fit. Necesse est
quelibet namque vita substantia cuilibet
non vite substantie nature lege
preponitur. Sed quia irrationabilia
quoque animalia vincere atque sentire
nemo nemo ambigit, illud in
humano animo prestantissimum
est, non quo sentit sensibilia sed
quo iudicat de sensibilibus. Istud
etiam videre facillimum est prestan-
tiorem esse iudicantem quam rem de
qua iudicat. Non solum rationalis
vita de sensibilibus sed etiam de ipsis
sensibus iudicat. Cur ita per
oculos sentire necesse sit. cum

in aqua remum fractum oporteat
apparere cum rectus sit. Nam aspectu
oculorum renunciare id potest, iudicare
nullo modo. Arte nichil aliud esse
reperitur religatum nisi rerum expertarum
placidarumque memoriam usu quodam
corporis atque operationis adiecto. Que
si careas iudicare de operibus possis
quod multo est excellentius quamvis opera
artificiosa non possis. Cumque qui summa
equalitate vel similitudine in corporibus
audeat quod dicere. porro summa equali-
tas ac similitudo atque ipsa vera et
prima unitas non in oculis carneis
neque ullo tali sensu sed mente intellecta
conspicitur. Spiritualis homo omnia
iudicat quia super omnia est quando
cum deo est. Cum illo autem est quando
purissime intelligit et tota karitate
quod intelligit diligit. In legibus
temporalibus quamquam de hiis legibus
homines iudicent cum eas instituunt.
Cum tamen fuerint institute atque
firmate non licebit iudici de ipsis
iudicare sed secundum ipsas. Eternam
autem legem mundis animis fas est
cognoscere, iudicare fas non est. Ita
distinguitur mentiens a fallente. Est
inest omni mentienti voluntas falle-
di, etiam si non ei credatur. fallens
non potest esse qui non fallit. Ergo corpo-
reus quia nullam voluntatem habet non
mentitur. Si vero etiam non putatur
esse nisi quod est nec fallit. Sed nec
ipsi oculi fallunt. Non enim renunciare
possunt animo nisi affectum suum. Nam et
si non solum ipsi sed omnes corporis
sensus ita nunciant ut afficiuntur. Quid
ab eis amplius exigere debemus ignoro.
Si quis remum frangi in aqua opinatur
et cum inde aufertur integrari,
non malum habet nuncium sed malus
est iudex. Nam ipsa natura non
potuit aliter in aqua sentire, nec ali-
ter debuit. Si enim aliud est aer, aliud
autem scelerum multa copia desit cui cum
moueat nec opus est dicere. Erit enim
sine dubio ipsi comparacio bonorum

operum malorum. quia et velut in statera posi-
ta utraque pars que demissa illa vel contra
quo momentum vergitur operarum preualuerit
hec ad gehennam. Si vero maiora sunt
opera bonorum omnia vel absistente repu-
gnabunt malis, atque operatorem suum
ad regionem viuorum ex ipsis eciam gehe-
ne confiniis reuocabunt. Quoniam hec
non tam ex nostro sensu quam ex diuinis
scripturarum sermonibus affirmauit. Sic
enim scriptura pronunciat dicens Ipse
reddet unicuique iuxta opera eius. Non
solum in gehenna suppliciorum. sed et in
regno celesti multe erunt differencie
mansiones enim inquit multe sunt
apud patrem meum. Et item Alia gloria
solis et alia gloria lune. et quod necesse am-
plius ad mirandum sit. ut ostendet
quod et in ministracione et mensura
persona mutorum. et stella inquit a stel-
la differt in gloria. ut per hoc ostendet
quia et inter singulos eorum. qui in
regno erunt futura sit differencia.
Hec igitur omnia sciencies non nos sub-
trahamus ab operibus bonis neque despera-
cionis obtentu despicie nos atque ignaui-
me concedamus neque si ad splendorem
solis ac lune peruenire non possimus
eciam stelle nobis quominus inferioris
claritas contempnenda est. tamen est et tali
quantulacumque lucis utilitatem multo quantum
tamen est tamen est ut quamuis minimum
celi ornandum meam expleremus
Si autem si lapis preciosus esse non
possumus argenti saltem expleamus
locum, tamen ne in illam materiam
conuertamur quam facile ignis absumit
ne lignum nec fenum inueniamur
aut stipula. Sunt in bonorum parte
velut ultimi tamen venialis primam
Et enim sicut diuicie humanis seculi et
maxime augent cum nulla par-
tis lucra nec minima contempnunt.
ita in spiritualibus diuiciis ut minimi
quidem boni operis contemptus est
Aliquin valde absurdum videtur
cum videamus nec talicas aque fri-
gide mercede se premisit negaturum
nobis dicere. quia nisi magna sint
que gessimus et ingencia nichil se pro-
derunt minima. Immo ergo ego etsi.

addo, quia si quis parua sua con
temperat et minima, cum eo per pen
latim etiam ad magna perueniet. Qui
enim spernit minima sicut scriptura dicit
paulatim decidet. Et ideo arbitror
dominum saluatorem nostrum in rebus mi
nimis magnas statuisse mercedes. Quid
tam facile quam calicem aque frigide quam
inspirare infirmo. Et tamen hinc exi
gilo opere remuneratum magnificam
promisit. Et iterum Quid tam facile
tam gratum quam consentienti ipsi
ere abrum, sciencie potum, nudo indu
mentum, conclusum in carcere visitare.
Et hec que tam parua sunt et tam
minima ita magna ducit et pretiosa
ut ea non homo sed sibi ipsi deus
deputet impensa. Et per hiis re
gnum celeste promisit. Aggredere
igitur amice karissime, aggredere iter
eterne vite. Et virginum propositum
ingressus ipsius perage et omnis tuus
lene. Uesperam intentioni ipsius ad ultu
tos et finem redde initiis simile
nec patiaris tam tibi et tanto la
bore quesitum spirituale granum
deperire tempore. Debit enim si prop
tius in primis et operatibus deum diu
tinum in actibus tuis. Si non propterea
tempus tuum fiat multa iactura. Et
primum eorum manus tua nouis mon
dacinibus repleatur ut claudas ter
rimentum fures et ingressum prohibe
as mundanorum errorum. Potius mi
nus spinam reparare culturam et ad
sanctam politi curis. Quidem optimi
tui exercere non alia. Exurge ergo
exurge scilicet propheta dicit et excute de
puluere pedem tuum et exurge
dextra et statim michi tribuit
aduersarius tuus. Ille enim itaque
est deiciat quasi ultra non surrec
turus. Si autem uideat te exurrexis
se de terra, et brachia utraque contra
eum protendente ipsa tua audacia
deterrebitur. Et quanto tu propterea tanto
ille infirmior fragilior que reddetur.
Sed et illud cogita quod tibi maiora
audenti addit deus. Illi non scelere
conscientia et audacia labe stabunt
et uires. Si michi credis iam in
ducar unde erga te dei mutum et
te gaudere pro hominari amplius immo
ad aduersarium non tuum pudore ipso et
confusione terreri. Iam mente conspi
cio quod cum de gratulatione atque omni
timore totus ad se innitet uirtutum
chorus, tantum mollius reformidet.
Nichil trepides, sed perge audacior
tende alacrior. Ecce nunc iam lector ne
usquam prorsus mentibus decero sed semper alia
bo sermone semper hortabor et presen
tem uiua uoce et absentem litteris persistabo
Quamquam certus sim quod si hec libent
legas alia ultra meditanda non
queres etc.

Hugo de archa noe



Cum sederem aliquando in conventu fratrum et illis interrogantibus meque respondente multa in medium prolata fuissent, ad hoc tandem deducta sunt verba ut de humani potissimum cordis instabilitate et inquietudine animadvertentes simul et suspirare inciperemus. Cumque magno desiderio quidam expostularent demonstrari sibi, que causa in corde hominis tantas cogitationum fluctuationes ageret, ac deinde si qua esset sive laboris industria exercitatione huic tanto malo obviari posset, summopere doceri flagitarent. Nos quantum deo aspirante valuimus in utroque caritati fratrum satisfacere volentes, utrumque questionis modum ductis tam ex auctoritate quam ex ratione firmamentis absolvimus. Et quia quedam specialiter fratribus placuisse scio, ea potissimum stilo commendare volui, non tamen ideo quod ea digna scribi existimem, sed quod quibusdam prius inaudita et ob hoc quodammodo magis grata esse cognovi.

Exceptum magistri Hugonis

Primo igitur demonstrandum est unde tanta in corde hominis vicissitudo oriatur, ac deinceps quomodo ad pacem stabilem mens humana reducta qualiter in eadem stabilitate sua conservari possit, insinuandum. Et licet hoc primum divine gratie opus esse non dubitem, et non tam humana industria quam divino munere et sancti spiritus aspiratione possideri, nam tamen et cooperari nobis vult deus, et sic gratis sue pietatis dona prestat, ut ingratis etiam ea que prestitit sepe subtrahat. Porro etiam ideo non inutile est et infirmitatis nostre magnitudinem et reparationis modum agnoscere, quia qui quanta sibi gratia collata sit nescit, quantas largitori grates debeat non intelligit.

Primus itaque homo ad hoc conditus fuit, ut si non peccasset per contemplationis presentiam vultum creatoris semper aspiceret, ut eum semper videndo semper amaret, semper enim amando semper ei adhereret, semper ei adherendo qui immortalis est etiam ipse vitam sine termino possideret. Hoc ergo erat unum et verum bonum hominis, plena videlicet et perfecta cognitio sui conditoris, plena scilicet secundum illam plenitudinem quam creatus acceperat, non secundum illam quam post peractam obedientiam accepturus erat. Sed proiectus a facie domini cum ille propter peccatum cecitate ignorantie percussus ab intima contemplationis illa luce foras venit, eoque profundius ad desideria terrena mentem inclinavit quo magis supernorum dulcedinem quorum iam gustum perdiderat oblivisci cepit. Hinc ergo factus est vagus et profugus super terram, vagus videlicet per inordinatam concupiscentiam, profugus per peccati conscientiam. Cuius voce etiam illud apte subiungit: Omnis qui invenerit occidet me. Quia mentem divino desertam auxilio quecumque temptacio invenerit subvertit. Cor hominis quod prius amori divino affixum stabile perstitit et unum amando unum permansit, postquam desideria terrena diffluere cepit in tot divisum est quot ea sibi concupiscit. Per quod hinc est ut mens que verum bonum amare nescit nunquam valeat esse stabilis. Nam desiderii sui finem in hiis que amplectitur non inveniens dum se desiderio attendit sequens quod consequi non valet nunquam requiescit.

Hinc igitur nascitur irrequietus motus sine stabilitate, labor sine requie, cursus sine perventione, ita ut semper inquietum sit cor nostrum donec illi adherere reperit ubi et desiderio suo deesse nichil gaudeat et ea que diligit semper mansura confidit. Ecce ostendimus morbum, cor fluctuans, cor instabile, cor inquietum, et causam morbi, amorem scilicet mundi. Et remedium morbi, amorem dei. Nunc vero nobis restat querenda adeptio remedii, scilicet qualiter possimus pertingere ad amorem dei, sine quo cetera agnovisse aut parum aut nil proderit.

Capitulum de duplici amore dei et amoris mundi

Inter amorem hominis mundi et amorem dei hec est differentia, quia amor hominis mundi in principio dulcis esse videtur sed finem habet amarum. Amor vero dei ab amaritudine incipit sed ultima eius dulcedine plena sunt. Unde pulcherrima similitudine evangelicus sermo nobis dudit cum desponsi nostre nuptiis decantaret dicens

omnis homo primum bonum vinum ponit
et cum inebriati fuerint tunc id quod
deterius est. Tu autem servasti vinum bo-
num usque adhuc. Omnis namque homo in carnalis
primum bonum vinum ponit, quia in sua
delectatione falsitatis quandam dulcedinem
sentit, sed postquam fervor mali desiderii
mentem inebriavit, tunc quod deterius est propi-
nat quia spina conscientie superveniens
mentem quam prius falso delectabat gra-
viter cruciat

Sed sponsus noster postremo vinum
bonum porrigit dum mentem
quam sui dulcedine amoris re-
plere disposuit quadam prius tribulationum
compunctione amaritari sinit ut post
gustum amaritudinis avidius bibat
suavissimum poculum karitatis. Et hoc est
primum signum quod Jhesus facit coram
discipulis suis et crediderunt in eum. Quia
unde peccator et penitens primum de divina
dei fiducia gaudere incipit quod post lon-
ga meroris tedia sancti spiritus conso-
latione cor suum relevari sentit

Operamus ergo quo ad amorem
dei pertingere possimus quia ipse
colliget et stabiliet corda nostra
ipse pacem restituet et gaudium prestabit
leticiam. Nemo amare potest quod nescit
et ideo si deum amare cupimus primo
eum cognoscere satagamus presertim
cum ipse talis sit qui nequeat sciri
et non amari. Tanta est enim speciei
pulcritudinis eius ut qui potuerit
eum videre non possit non diligere

Homo qui vult alicuius hominis
mores et secreta agnoscere fa-
cit se ei familiarem frequentat
in domo eius conversatur et cum hiis qui
illis sunt familiares. Et si viderit ea
que circa ipsum sunt honeste et prudenter
disponi, certior iam de virtute eius efficitur
et amore eum dignum indicat, cum
probitatis iam apta se indicia invenisse
cognoscit. Et nos ergo inquiramus ubi
habitet deus, ubi domus eius sit. Inter-
rogemus notos eius de ipso. Si prudens
est si fidelis est laude dignus est. Si
pius est si humilis est audire dignus est.
Si domus sine cura bene agitur prudens
est. Si servientes sibi fraudare non novit
fidelis est. Si peccatoribus libenter parcit pius est.

Si afflictis compatitur misericors est. Si
subiectos non premendo sed iuvando
regit humilis est. Si fortassis interrogas
ubi ista domus dei querenda sit ubi
inveniri possit. De domo dei

Domus dei totus est mundus
domus dei ecclesia katholica
est domus dei etiam quelibet fidelis
anima. Sed aliter mundum inhabitat aliter
ecclesiam aliter unamquamque fidelem
animam. In mundo est ut imperator in
regno. In ecclesia est ut paterfamilias in
domo. In anima est ut sponsus in
thalamo. Pagani et infideles quoque in
domo eius sunt id est in regno quia
ipse omne quod condidit per divinitatis
sue potenciam tenet et regit. Falsi fide-
les in domo eius sunt idest in ecclesia
quia ipse omnibus quos ad fidem vocat
sacramentorum suorum participacionem credit.
Fideles vero in domo eius sunt et ut ve-
rius dicam ipsi domus eius sunt quia
eos per dilectionem inhabitans possidet et
regit. Omnes in domo eius sumus per
condicionem qua creavit nos. In domo
eius sumus per dilectionem qua iustificat
nos. Si in domo dei es per condicionem
et dyabolus tecum est. Si in domo dei
es per fidem et palea cum granis in
area es. Si autem in domo dei fueris per
caritatem beatus es quia non solum
in domo dei sed tu domus dei esse cepisti
ut ipse tecum inhabitet intus qui te fe-
cit. Hec salutaris est mansio. Hec sunt
tabernacula iustorum in quibus vox
leticie et exultationis semper personat ubi
habitant beati. Cuius decorem propheta con-
cupivit cuius inhabitacionem optavit cum
desiderio flagravit. Si ergo hec mansio
in nobis esse cepit nitamur et inhabitem
cum eo ubi pacem inveniemus et requiem
ubi ille habitare dignatur cuius locus
factus in pace est. Si vero nec dum in
nobis esse cepit edificemus eam, quia
si locum ei preparaverimus libenter veniet
ad nos qui ideo fecit nos ut in nobis
habitet Jhesus cristus dominus noster

Duobus modis deus cor humanum inhabitat

Duobus modis deus cor hominum
inhabitat per cognitionem videlicet
et amorem. Una tamen mansio est
quia omnis qui novit eum diligit et
nemo diligere potest nisi qui novit

In hoc tamen differre videtur quia scientia
per cognicionem fidei fabricam erigit. Dilectio
autem per virtutem quasi colore superdu-
cto edificium pingit. Hic autem utrumque
alteri necessarium esse perspicitur quia nec
splendere poterit si non fuerit nec la-
tere si non splenduerit. Ingredere ergo
nunc in secretum cordis tui et fac deo ta-
bernaculum. fac archam testamenti fac
archam diluvii vel quocumque nomine
appelles una est domus dei. In tem-
plo adoret plasma creatorem. In do-
mo veneretur filius patrem. In taberna-
culo honoretur miles regem. In testamento
ancilletur assecta priore pretorem. In
diluvio adoret naufragus gubernato-
rem. Totum tibi factus est deus. et totum
tibi fecit deus fecit habitaculum factus est
patrocinium hec unum totum est et totum hec
unum est domus dei est civitas regis
est corpus cristi est. sponsa agni est ce-
lum est sol est stella est matutina. lu-
na est aurora est lucerna est tuba est
mons est desertum est. terra est pro-
missionis navis est via in mari est.
ager est. area est. horreum est. stabulum est
presepe est. subiugale est. equus est.
apoteca est. aula est. thalamus est turris
est castrum est. acies est. populus est. regnum
est. sacerdotium est. grex est pastor est ovis
est. pascua est paradisus est. ortus est
palma est rosa est lilium est. fons est
flumen est porticus est columba est
vestis est margarita est. corona est
sceptrum est thronus est mensa est. gazophilacium
est mater est filia est soror est. Et ut
brevius concludam de hac et ad hanc
et propter hanc omnis scriptura facta est
propter hanc mundus factus est. propter hanc
verbum caro factum est deus humilis
homo sublimis. Si hanc habes totum
habes. Si totum habes nil est amplius
quod expectes et requiescit cor tuum. Huius
spiritualis edificii exemplar tibi dabo.
Archa est noe quam foris videbit ocu-
lus tuus ut ad similitudinem eius intus
fabricetur animus tuus. videbis ibi
colores quosdam formas et figuras que
delectent visum. Sed scire debes adeo

hec posita esse ut in eis discas sapienciam
disciplinam atque virtutem que ornet ani-
mum tuum. Et quia hec archa ecclesiam sig-
nificat. Ecclesia autem corpus cristi ut evi-
dencius tibi exemplar fiat totam personam
cristi id est caput cum membris in forma vi-
sibili depinxi ut cum totum videris
que deinde de parte dicuntur. facilius intel-
ligere possis. Talem autem personam hanc
exprimere tibi cupio qualem ysayas se
vidisse testabatur. Et ideo eius ipsius
verba in medium proferam ut quod dicit
litera probet pictura. Ait ergo vidi dominum
sedentem super solium excelsum et elevatum.
Excelsum est quod situm est in subli-
mi. Elevatum est quod de inferioribus
sublatum est ad superiora. Solium ergo
excelsum sunt angelici spiritus. Solium
elevatum anime sanctorum de huius mundi
voragine sublate ad gaudia superne
pacis. Et quia utrisque presidet deus
ideo sedere perhibetur super solium excelsum
et elevatum. Quod vero in sequentibus dicitur
plena est omnis terra maiestate eius per
terram omnis corporea creatura significatur
que plena est maiestate dei quia di-
vina essencia sicut spirituali creature per
cognicionem presidet ita corpoream creaturam
regendo atque disponendo implet. Unde
ipse alibi dicit. Celum et terram ego imple-
o. Et rursum. Celum michi sedes terra
autem scabellum pedum meorum. Hoc dicit
hic vidi dominum sedentem super solium excel-
sum et elevatum. Et deinde plena est terra
maiestate eius. Et ea que sub ipso erant
replebant templum. Templum est ange-
lici sive humani intellectus capacitas
quod videlicet templum impletur ab hiis
que sub eo sunt quia tanta est divinorum
operum immensitas ut ad ea perfecte com-
prehendant nullius creature intelligencia
sufficiat. Implet cor nostrum consideracio
eorum. Non comprehenditur a corde nostro
immensitas eorum. Cum ergo facturam
operis comprehendere valebimus quomodo ipsum
opus factoris ad plenum capere non va-
lemus. Possumus etiam dicere quod solium
hoc excelsum et elevatum in quo sedet
deus eternitas sit deitatis quia de
ipso solo dicitur qui habitat eternitatem

Non aliud sit deus et aliud eternitas
eius sed quia solum regnaturum est et
ideo recte in solio eternitatis sedere p-
hibetur quia sicut essencie eius ita
etiam omnipotencie ~~eius~~ principium nec prin-
cipium nec finis invenitur semper fuit et
semper omnipotens fuit semper in se et a se
plenus et perfectus fuit nec tamen
redundavit. Vidit ergo vidi dominum se-
dentem super solium excelsum et elevatum
quia virtus divinitatis omnem creatu-
ram et eternitate precedit et dignitate
transcendit et potestate disponit. Regitur
et ea que sub ipso erant replebant
templum. Templum in hoc loco in-
telligi potest circuitus temporum et ambitus
seculorum. Tempora namque suo cursu in
se ipsa redeunt quasi quendam templi
ambitum girando circumscribunt. Quid
ergo dicit ea que sub ipso erant replebant
templum sic intelligendum est quia omnium
seculorum tempora plena sunt operibus
dei et omnis generatio narrat mirabilia
eius. Vel sic legi potest. Ea que sub ipso
erant replebant templum hoc est ea
que implebant templum sub ipso erant
quia quicquid temporaliter volvitur
infra eternitatem invenitur. Immensitas
enim eternitatis temporales angustias
infra se claudit quia et prius tempore est
quod numquam cepit et posterius tempore quod
finem nescit et supra tempus est ex
immutabilitatem. Nam recapitulat. Seraphim
stabant super illud. Duo seraphim duo
sunt testamenta et pulchre seraphim
quod interpretantur ardens divinam
scripturam signant que eos quos per-
cognitionem prius illuminant per amo-
rem post modum fortiter ardere facit. Du-
cem incipit iure quid desiderare debeat
ostendit prius eam illuminat ac deinde
ardentem reddit. Ardet ergo quia ar-
dentes facit sicut alibi lucere dicitur
quia illuminat. De hac enim Petrus apostolus
ait habemus firmiorem propheticum sermonem
cui benefacitis attendentes tamquam lu-
cerne lucenti in caliginoso loco do-
nec dies illucescat. Et lucerna oratur
in cordibus vestris. Est fortassis sermo hanc
similitudinem qua in scriptura accipi
solet id quod ipsa in cordibus efficit an-
nuens. Sic dictum est seraphim stabant
super illud. Surgit enim cum nos erigit

ambulat cum nos proficere facit. Stat
cum nos in bono proposito figit. Sed inqui-
rendum est quare super solium deus sedere
dicatur et seraphim super solium non sedere
sed stare perhibentur. Quia superius duo-
bus modis hoc solium interpretati sumus
secundum utrumque modum expositionem adap-
tare debemus. Si ergo per solium dei
spirituales creaturas accipimus recte super
solium deus sedens describitur quia divi-
nitas deitatis ut sic super omnia nec
virtute proficit nec sapientia crescit cum
nec plenitudo augeri possit nec eternitas
variari. Venus vero humana quotiens per
cognitionem scripture sacre illuminata ad cele-
stia contemplanda sublevatur super os
angelorum choros transcendens usque
ad presentiam sui conditoris perferent super
solium quidem ascendit. Sed tamen stat
non sedet quia illuc proficiendo per
laborem venit ubi per naturam manere
non habuit. Stare namque laborantis
est sedere quiescentis. Et ideo super solium
nos stamus deus sedet quia ibi magis
esse per gratiam ubi ipse est per naturam. Simi-
liter si per solium eternitatem dei intelligimus
nos super solium stamus quia ad eius immor-
talitatem non nisi per mortis laborem
pervenire possumus. Et qui ex conditione
sui obnoxii sumus ex adoptione eterni-
tatis heredes efficimur. Sex ale uni et
sex ale alteri id est utrumque sex alas habebat
que inter hinc et hinc pariter alarum
faciunt. Utrumque duabus alis corpus suum
tegit non deum. Hic est primum par utrumque
duas extendit alteram ad tegendum caput
suum sed domini alteram ad tegendos pedes
non suos sed domini. Hic est secundum par utrumque
duabus volat alter ad alterum. Hoc est tertium
par. Si ergo seraphim scripturam sacram signi-
ficat tria paria alarum tres sunt
intellectus eiusdem scripture id est scriptura hi-
storia allegoria tropologia que sin-
gula ideo bina sunt quia singula
ad dilectionem dei et proximi legentium ani-
mos accendunt. Due ale que corpus
seraphim tegunt hystoria est que per
velamen littere misticos tegit intellectus.
Due ale que usque ad caput et pedes do-
mini extendunt. Allegoria est quia
enim misteria divine scripture discernuntur

Angeli eorum in celis

usque ad ipsius divinitatis agnitionem que
ante omnia est per illuminationem mentis pe
netramus. Sed sciendum est quod ale exte
se usque ad caput et pedes attingunt sed
utrumque tangentes tegunt quia quoties
ad eius eternitatem cogitanda per excessum
mentis rapimur nullum in eo principium
aut finem invenimus. Alam ad caput
extendimus dum eum ante omnia fuisse
cogitamus. sed hac eadem ala nobis
caput eius velamus quia qualiter in eo
nullum sit principium comprehendere non va
lemus. Alam ad pedes extendimus dum
eum post omnia esse non tempore sed
eternitate consideramus. sed pedes tegimus
dum in eo finem nusquam invenimus. Tegendo
ergo caput eius pedes tegimus quia
quanto magis eius eternitatem mens
humana investigare nititur tanto ma
gis incomprehensibilem esse miratur. Quam
ante in ysaia scriptum non est vela
bant caput eius. sed scriptum est vela
bant faciem eius. eo modo intelligi
debet quod dictum est ad moysen non
poteris videre faciem meam. non enim
videbit me homo et vivet. Illa quippe
plena cognicio divinitatis que sanctis
in eterna vita promittitur de qua dicit
apostolus videbimus eum facie ad faciem
et rursus. Tunc cognoscam sicut et co
gnitus sum. In hac adhuc mortalitate
degentibus velata est et abscondita. In
illa autem eterna vita non velata sed
revelata est et manifesta sicut dominus
in ewangelio de beatis angelis testatur
Angeli eorum in celis semper vident fa
ciem patris. Quia ergo ad presentem vita
tam magis pertinebat ut faciem nuda re
maneret verba prophetie non mutant sed pre
mittentis ut verum sit quia nullum
in deo principium comprehenditur caput de super
velamus. et ut stare possit quod dicitur
Angeli eorum in celis semper vident fa
ciem patris. faciem aptant relinquimus
Cetera vero que hic aliter dicuntur ad pre
cium potius quam ad prophetiam te persolda
sunt. Duabus alis volabat seraphin
iste due ale quibus volabant seraphin
tropologice significant quia dum per
lectionem divine scripture ad bona opera
instruimur quasi quibusdam alis ad al
ta sublevamur quibus eciam volamus
alter ad alterum dum ad studium bone

operacionis nos invicem exhortamur
volantes autem sanctus sanctus sanctus
clamantes. Si per bona opera nostra no
men sed patris nostri qui in celis est
gloriam amplificare satagimus. Quid est
enim sanctus sanctus sanctus clamare.
nisi creatoris gloriam quam agnovimus
viribus in apto predicare. Hiis breviter
explanatis ea que sequuntur deinceps
tractare incipiamus. Restat enim ut per
quirendo dicamus quid sibi vult caput domini
et pedes eius nobis abscondita leguntur.
Etiam quid de reliquo corpore cogitandum
demonstremus. Si ergo caput dei dicimus
esse quod fuit ante constitutionem huius
mundi. et pedes eius quod futurum post
consummacionem huius seculi recte longitu
dinem corporis eius accipimus quod inter
principium et finem medium est spacium
temporis. Caput ergo et pedes tecta sunt
quia prima et novissima nobis possimus
Corpus apparet quia ea que media
in hoc seculo geruntur videmus. Hoc
corpus est ecclesia que cepit a prima
principio mundi et usque ad finem seculi
durabit. hec est archa de qua loqui
proponimus que a capite usque ad pedes
pertingit quia a principio usque ad
finem per successionem generacionum sancta
ecclesia se extendit. Sed sciendum est
quod sicut in persona hominis alia sunt
in corpore nec tamen sunt de corpore ita
eciam est in corpore cristi idest ecclesie
que habitat in medio prave nacionis
Et dum assultus infidelium excipit qua
si quibusdam fluctibus procellosis fo
ris archam tundit dum vero a falsis
fratribus tribulaciones sustinet quasi qui
busdam noxiis humoribus intus tor
quetur. Quecumque ergo corpori contraria
sunt sive intus sive extra sunt non
sunt de corpore. Quamvis autem brachia do
mini benignitate complectuntur omnia.
Hoc significat quod sub eius potestate sunt
universa. Et nemo manum eius vel
dexteram eius ad premium vel sinistram
eius effugere potest ad supplicium. Cetera
membra amplius de salute corporis solli
cita sunt que talem capitis potestatem
agnoverunt ipse novit quod expediat

Ecclesia a principio
mundi incepit

corpi suo qui et per passionem sentit
periculum et per pietatem prestat re
medium Ipse est qui in mari viam ponit
qui corporis sui id est ecclesiam suam quasi
archam in diluvio inter huius vite pro
cellas regens usque ad portum quietis
eterne perducit Si ergo salvari cupimus
oportet nos intrare hanc archam Et
sicut supra dixi archam hanc in nobis
debemus facere ut possimus in ea intra
nos habitare Non enim sufficit si extra nos
in ea sumus si non etiam didicerimus quo
liter in nobis eam inhabitare debeamus
Ad quod nobis tria principaliter consideran
da sunt primum qualiter eam debeamus
edificare in nobis Secundo qualiter eam
debeamus intrare in nobis Tertio qua
liter eam debeamus inhabitare in nobis
Sed ecce dum de una archa loqui propo
suimus ita per consequentiam rerum duci
mur ut iam non de una tantum sed
de quatuor loquendum nobis videamus
Quarum due visibiles exterius visibiliter
facte sunt due autem invisibiles sanctitatis
ex visibili scrutantur intus invisibiliter
fiunt Prima est quam fecit Noe securibus
et dolabris ex materia lignorum et bitu
mine Secunda est quam fecit Christus
per predicatores suos ex collectione populorum
in una fidei confessione Tertia est quam
cotidie sapientia edificat in cordibus nostris
ex iugi legis dei meditatione Quarta est
quam mater gratia operatur in nobis ex con
federatione multarum virtutum in una carita
te Prima est in re secunda in fide tertia
in cogitatione quarta in virtute Primam no
vimus archam Noe secundam archam
ecclesie Tertiam archam sapientie quartam ar
cham matris gratie Quodam tamen mo
do utique archa est quia una utrique simili
tudo est et non discrepare debet in nomine
quod non discrepat in proprietate Una forma
diversa materia quia quod est in ligno
hoc est in populo et quod est in mente
hoc est in caritate Nos tamen specialiter
de archa sapientie loqui suscepimus et
ideo reliquarum sum expositionem breviter
transcurrimus ut in explanatione huius
permodum liberius morari valeamus
Cuius studiosius indagare cupiunt
earum veritatem que de archa Noe

secundum litteram referuntur duo precipue re
quirere debet videlicet formam et qualitatem
arche et de forma quidem sic dicit Origenes
Ergo puto quantum ex hiis que describuntur
apparet quatuor angulis et unis consur
gentibus eisdem que paulatim usque ad
summum in angustum contractis in spacium
unius cubiti fuisse collectam Cui sen
tentie plura refragari videntur Primo quod
hec forma ad natandum non videtur ydonea
Constat namque tante molis machinam
tot et tantis onustam animalibus absque ti
beris nequaquam ita potuisse super eva
cuare venientibus aquis et non ex maxima
parte sui deorsum premi Quinimmo et
permultum adhuc capere possumus in na
vibus magna gestantibus honera
Si ergo ut dicit statim ab uno con
tracta cepit ita ut intumescentes fluctus
latera hinc inde inclinantia non repelle
rent sed exciperent et non tam aque archam
quam archa aquas portaret quo fieri po
terat ut non tota statim ad yma de
scenderet

Rursum cum dicit penes hostium
in latere deorsum per latus de
orsum videtur significare parietem li
teralem ad differentiam lateris quod sursum
erat in tecto in quo fortassis fenestra
posita fuit Et cum dicit iterum aperuit
Noe tectum arche statim consequenter
innuit ipsam archam deorsum habuisse
parietes quibus suppositum fuit tectum
quod erat supreme mansioni in qua ho
mo morabatur contiguum Propter has et ali
as huiusmodi causas videtur nobis quod in
ipsa archa parietes in quatuor partibus
fuerint erecti quibus tectum suppositum
in cacumine suo ad mensuram unius
cubiti contrahetur Quantus altitudinis fu
erit parietes ipsa auctoritas non dicit
sed tamen quanta quoniam altitudo
altitudo parietum usque ad fundum quinque man
sionis extendebat Affirmant namque do
ctores hostium arche inter secundam et
tertiam mansionem collocatum ita ut li
men eius fundo tercie mansionis esset
contiguum Introitus autem eius sursum
in latere eiusdem mansionis erat sub Ita
ut ab hostio due quidem mansiones deor
sum essent tres vero sursum et una de
tinet ad fimum animalium recipiendum
natam Secunda ad cibaria communia In
tertia fuisse in domita animalia In

q(uar)ta intra animalia In q(ui)nta que suprema
erat homines et volatilia Et pessime e(st)
q(uod) dum ille inferiores mansiones p(er)tinentes
archa deorsum intra aquas p(er)merent
Ista v(er)o in qua animalia erant que
spiramento apti aeris eguerunt supra
super aquas eminet ita ut fores per
aquam ad archam accedentibus ostium
ferre planum acciret Et secundum hunc mo-
dum fortasse dictum est pones hostium de-
sursum vel deorsum quia in quacumque
mansione pandet deorsum pones ea(m)
ut archa intrancium pedes excipet Si
v(er)o queret utrum equalis fuerit al-
titudo singularum mansionum Reverende
vos quidem ex auctoritate probare non pos-
sumus quod inde sentiendum sit Verum tamen
quod auctori contrarium non sit nobis can-
dide postulamus volumus cum sit distin-
gwe ut prime mansioni demus in alti-
tudine quatuor cubitos Secunde quinque
Tercie sex quarte septem quinte octo Et sic
altitudo parietis quindecim est cubitos et
quindecim altitudo tecti in pectibus huius
arche fores facti erant nidi sive mansiun-
cule quas ad ipsos parietes affixe ita
ut introitus eorum exteriorius pateret ipso
pariete intrinsecus permanente integro
Et hos modos dicunt factos esse propter illa
animalia que nec semper in aqua nec semper
in arida degere possunt sicut e(st) luter et
vituli marini Hec de forma arche di-
cta sunt De quantitate dicitur trecen-
torum cubitorum erat longitudo latitudo
quinquaginta Triginta altitudo Sed
sunt qui dicunt quod hec magnitudo ad
tot genera animalium et ad eorum cibos quibus
per annum integrum pascebantur capiendos
non sufficeret quam questionem doctores
hoc modo solvunt Aiunt namque quod moy-
ses qui ut de eo scriptura testatur
omni sapiencia egipciorum fuerat eruditus
secundum artem geometricam qua precipue
egipcii callebant cubitorum unum in hoc loco
posuit qui in sex cubitis unus deputatur
Nunc utique vicio si abscerneret in huius ar-
che modo et mensura. invenientur tanta
spacia longitudinis et altitudinis et
latitudinis que vere tamquam mundi re- unius
panda germina et universorum animancium
tapes potuerint redinuina seminaria
Sciendum quod est quod illa animalia que non

de coitu gignantur sed de humore terre
vel cadaverum sicut cinifes alterius
rei corrupcione vel illa que ex commix-
tione diversi generis nascuntur ut muli
et burdones necesse non fuit in archa
contineri et quibus colligitur non esse fuisse
impossibile ut reliquorum omnium animancium
seminaria repanda tante capacitatis
locus retineret Si autem libet diligencius
requirere ea que ad geometricalium di-
mensuracionem pertinet Magna horum volu-
ret disciplina ex quibus nos pauca
causa brevitatis perstringimus Digitus
est minima pars agrestium mensurarum
secundum applacionem herentium Unciamque
cum digito minimus est aptibus undecima
vel est 4a vel 3a vel 12a pars per quem
videlicet digitum sic mensuramus ut
per transversum pollicem pollici lateral-
iter coniunctetes radices unguium recta
linea respondeat faciamus Ex hac racione
quatuor digiti faciunt palmum unum quatuor
tuor palmi pedem faciunt unum pes cum di-
midius cubitum unum Hec parvi cubiti
cubitum magnum et sic magnus cu-
bitus novem pedes parvus sex qui pedes
longitudo ergo trecentorum cubitorum
magnorum habebat parvos cubitos mille
octingentos pedes duo milia septinge-
tos palmos autem decem milia octingentos
digitos v(er)o septuaginta duo milia
Quinque pedes faciunt passum unum
Centum viginti quinque passus stadium unum
octo stadia miliare unum Et per hoc pa-
tet quod hec archa in longitudine sua ha-
bebat quingentos quadraginta pedes
stadia autem quatuor dimidium miliare
et quadraginta passus Simili racione
potest esse in latitudinem et altitudinem
reperiri 4? si eciam scire delectat quot q-
uadratorum sive pedum sive cubitorum fuerint
emplasdio idest area multiplicato ma-
ius latus per minus et quota summa
exinde exierint tot quadratorum erit area
Verbi gracia dic quinquagies trecenti sunt quin-
decim milia tot cubitorum quadratorum
est area eius si huius tetragoni dya-
gonalem lineam queris hec tibi sit regula
Multiplica utrumque latus idem maius
et minus utrumque per se inde extrahat
radicem totalem latus quere et
hoc per diagonio habeto Verbi gracia dic
trecenties trecenti sunt nonaginta milia

Dic quinquagies quinquaginta fiunt
duo milia quingenta. huius summe la
tus est tercium quartum et semis vnum
hoc est non integer. Si dimidium huius
summe habes centum quinquaginta duo
et semis cum minus habet est que ex
tendit ab angulo vsque ad medium. Si
hanc probasse habueris et in medio
arche in altitudinem triginta cubitorum
kathetum quod ex eius vertice perpendicula
ris hanc basim secundum geometricalem
regulam comparando videbis in mobi
li racione angulares ypotemisas ab
in mensuram centum quinquaginta duorum
et semis pervenire. Similiter si basim
a fronte hinc inde remetiens cum ka
teto conturis videbis etiam ypotemi
sas a frontibus procedentes in quinqua
ginta duo semis porrigi. que autem
a lateribus veniunt ypotemise in
viginti nouem et semis extendunt. hunc eius
bases quinquaginta cubitorum. Regula
inveniendi ypotemisam hec est ut ca
tetum in se multiplices similiter et ba
sim in se. Et has summas simul com
ponas et illius numerum qui inde exie
rit pro ypotemisa habeto. In hac autem
archa ypotemise vice gerunt tigna
oblique ab vno ad superiora per recta
kateteum est stilus in medio arche ere
ctus vsque ad supremum tuditum. Basis
est linea ab angulo lateris arche
vsque ad alterum porrecta. Diagonalis
linea vocatur que protenditur de angulo
in angulum alii oppositum in tetragonis
et tetragonibus. Multa alia inve
nimus ad subtilitatem geometrie di
sciplinę pertinencia que omnia nos
hoc studio declinamus. Et
Sunt alii qui dicunt in archa non
fuisse nisi tres mansiones. Et ex
hiis vnam semel cameratam. mediam
bicameratam. supremam tricameratam. Et aiunt
has distinctiones mansionum appellasse
scripturam cenacula. Has autem mansio
nes tres tristega et hanc formam nos
ponimus quamuis illas deponimus quia
non facile altitudinem picture in plano
demonstrare potuimus. In hac enim for
ma angulia hinc inde surgentia pau
latim contrahuntur donec in cacumine
ad vnius cubiti mensuram conveniant
Hec secundum hanc dicta sunt de ar
cha noe. Restat nunc vt videamus
que sit archa ecclesie et vt expressius
loquar ipsa ecclesia archa est. Quam
cum suis Noe idest dominus noster Ihesus
Cristus gubernator et portus interiores
cellas huius vite regens per se du
cit ad se
Trecentorum cubitorum longitudo
presens seculum distinguitur quia
tribus temporibus decurrit. tempore na
turalis legis tempore scripte legis
tempore gratie per que sancta ecclesia
a principio mundi vsque ad finem de
currit vita vsque ad futuram gloriam
tendit. Quinquaginta cubitorum latitu
do omnes fideles significat qui sub
vno capite sunt constituti ad est Cristo
Nam quinquaginta constat ex se
pties septem idest quadraginta novem qui
numerus vniuersitatem fidelium significat
et vno superaddito quod significat Cristum
qui est caput ecclesie sue et finis desiderio
rum nostrorum propter quod in vno cu
bito archa consummatur
Altitudo cubitorum significat tri
ginta volumina diuine pagine
id est viginti duo veteris testamen
ti et octo noui. In quibus singula omnia
continentur que deus vel fecit vel facturus
est propter ecclesiam suam
Tres mansiones significant tres or
dines fidelium qui sunt in ecclesia
quorum primi utuntur mundo lici
te tamen. Secundi oblivi scunt et fu
giunt mundum. Tercii iam obliti sunt
mundum et hii propinqui sunt deo. Quod
in superioribus arche contrahitur in infe
rioribus dilatatur. hoc significat quod in
sancta ecclesia maior est numerus carna
lem vitam ducentium quam spiritualium. Sta
tim quanto perfectiores tanto sunt
pauciores. In supremo ad vnius cubiti
mensuram archa contrahitur quia Cristus
caput ecclesie sue qui est sanctus sanctorum
per naturam consimilem inter homines est
et per virtutem singularem super homines est
Centum anni in quibus edifica
ta est archa idem significat quod cen
tum cubiti. Nam centum significat
tempus gratie quia sancta ecclesia que
ab inicio mundi cepit in tempore gratie
per ymolacionem agni immaculati re
dempcionis accepit. Tunc namque fabri
cata est archa quando de latere
Cristi in cruce pendentis in sanguine

De archa
finis

et aqua profluxerunt ecclesie sacramenta Quando agnus ymmolatus est tunc sponsa agni creata est Quando ad eum spiratus est tunc civitas fabricata est Ascendit sponsus thalamum suum lectum dominium Moriendo exhibuit quod ab inicio promisit fecit quod ab inicio fuit Vide an idem dicere velit scriptura quando loquitur de fabricatione huius arche id est ecclesie Quando dicit agnus qui occisus est ab inicio seculi Quando est hoc in fine seculi in carne venit filius dei permisit se crucifigi pro salute hominum permisit se occidi permisit se ymmolari in fine ergo seculi occisus est agnus semel occisus est Et quomodo stare potest quod dicitur occisus est ab inicio seculi Numquid prius potuit occidi quam incarnari Nichil adhuc mortale habuit et quomodo mori potuit Nam si ab inicio occisus est prius occisus est quam incarnatus Si ab inicio occisus non iam semel sed sepe immo semper occisus est Nam quod ab inicio fuit semper est et quod ab inicio est semper est et fuit Sed fortasse si dixeris occisus est ab inicio illis qui fuerunt ab inicio hoc est ad redemptionem ad salutem ad reconciliationem eorum qui fuerunt ab inicio Ita ut per hoc quod dicitur ab inicio determines non tempus occisionis sed salutis Iam inconveniens nullum erit Si et semel et ab inicio occisus dicatur prius enim mors eius profuit quam fuit prius promissio hec deinde exhibicio Ab inicio ergo seculi occisus est quia ab inicio seculi illi fuerunt quorum pro quibus in fine seculi occisus est Sed tamen quando induit decorem id est carnem immaculatam carnem impollutam · carnem speciosam de virgineis membris assumpsit et precinxit se fortitudine id est per crucis tropheum aereas potestates debellavit et tunc parata est sedes eius et tunc redempta est ecclesia eius Et tunc redacta est civitas que perierat et tunc celestis regni celestis aditus patefactus qui prius clausus fuerat Vides ergo nunc quomodo archa et trecentorum cubitorum longa est et in

non trecentis sed centum annis fabricata est · quia ecclesia que ab inicio seculi fuit · in fine seculi redempta est

Quod vero hec archa sexies longa est ad latitudinem suam et decies ad altitudinem suam · humani corporis instar ostendit in quo christus apparuit Nam et ipsa corpus eius est Corporis enim longitudo a vertice usque ad vestigium sexies tantum est quantum latitudo que est ab uno latere usque ad alterum latus et decies tantum quantum altitudo cuius altitudinis mensura est in latere a dorso in ventrem veluti si iacentem hominem metiaris supinum sive pronum sexies tantum longitudinis est a capite usque ad pedes quam latus a dextera in sinistram vel a sinistra in dextram / et decies quam latus a terra Sexies est quinquagesima trecentis Vel sex etates sunt in quibus operibus seculi vel trecenti significant fidem trinitatis vel crucem propter thau quod in numero trecentos significat · et adhuc apud similes formam retinet crucis Quinquaginta remissionem peccatorum designant Triginta mensuram etatis plenitudinis christi secundum illam sententiam qua intelligimus altitudinem arche distinguimus in quinque mansiones archa est ecclesia et quinque mansiones sunt quinque status hominum tres presentis vite et duo future Primus status est illorum hominum qui dicuntur carnales de quibus dicit Apostolus Non potui vobis loqui sicut spiritualibus sed quasi carnalibus lac vobis potum dedi non escam Secundus status est illorum hominum qui vocantur animales de quibus dicitur Animalis non percipit ea que sunt spiritus dei Tercius status est spiritualium de quibus dicit Spiritualis autem iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur Quartus status est animarum exutarum de corpore Quintus status est in anima et corpore resurgentium qui summus est et cubito supremus continetur Et tres inferiores mansiones secundum altitudinem pictarum in directum ascendunt et usque supremum cubitum non inclinant hoc significat quod quantumlibet in hac vita profecimus adhuc tamen a facie conditoris nostri quasi aversi sumus quia et per meritum ascendimus sed puritatem contemplationis ad ipsum non inclinamus Vide recte in

in canticis canticorum sponsa dilectum
suum post parietem stare commemorat
quia quamdiu huius corruptionis te-
gmine circumdamur quasi quodam pa-
riete interposito ab eius facie per-
hibemur. Tercia autem contemplativa man-
sio in ascensu suo ad unum colligantur
quia anime sanctorum et nunc deposito
carnis honere in contemplacione sui
conditoris letantur / et cum iterum cor-
pora sua immortalia et impassibilia
receperint tunc plenius ei et vicinius
per contemplacionis puritatem adherebunt.
Quod cum archa in tecto suo summo
in unum colligitur / quid aliud signi-
ficat nisi quod cum ad hanc vite te-
nebras educti fuerint tunc omnium
desideriorum nostrorum finem ad unum refe-
remus quando sicuti est deum vide-
bimus ut iam nil libeat nisi eius
faciem sine intermissione intueri / eius
dulcedine sine fastidio saciari. eius
amore sine defectu perfrui. Hoc enim
ad ipsum tendere et ad ipsum pertingere
semper enim et per desiderium querere et per
contemplacionem invenire et per gustum tangere.

In illa mansione que fundo erat
contigua deputatus erat fimus anima-
lium qui recte vitam carnalium ex-
primit / quam hii qui carnis desideriis
inserviunt quid aliud quam putridus fimus.
Secunda ab hinc mansio continet
cibaria animalium per que convenienter
significantur hii qui in sancta ecclesia me-
dium quendam statum tenent qui neque
prorsus per illicita desideria carni suc-
cumbunt neque per contemptum mundi ad spi-
ritualem dignitatem pertingere possunt. Hii autem do-
ctoribus spiritualia temporalia ministrantes per eroga-
cionem verbi dei doctoribus suis eterne sub-
stancie subsidia reddunt quid aliud
quam sanctorum angelorum apotheca fiunt.
Tercia denique mansio animalia quidem
tenet sed mansueta per que signatur
vita spiritualium qui quamdiu in hac corrup-
cione tenentur et legi dei per racionem subiecti
sunt / et tamen in carne sua portant per
quod adhuc legi dei contradicunt animalia
ergo sunt quia unum per racionem mente

sed mansueta per illicita desideria
carnis. In quarta mansione sunt mitia
animalia. Quia sicut dicit apostolus qui mor-
tuus est iustificatus est a peccato. Sed secundum
prophete sentenciam in illa die peribunt omnes
cogitaciones eorum quando velud a vinculis
carnis corruptibilibus soluti exeunt de-
inceps ab illicitis desideriis mansuescunt.
Quintam mansionem homo tenet et vo-
latilia. per hominem significatur vivacitas
racionis et intelligendi. per volatilia ex-
primitur agilitas incorruptibilis nature.
Cum enim ergo mortale hoc induerit
immortalitatem et corruptibile hoc induerit
incorruptionem. tunc mente pariter et corpore
spirituales effecti sumus modulo animi
et per mentis illuminacionem omnia sciemus
et per corporis incorruptibilis levitatem
ubique esse poterimus. volabimus mente
per contemplacionem, volabimus corpore per
incorrupcionem. Discernemus mente et in-
ita dicta discernemus et corpore quando ipsius
incorporei virent in racionem racio in
intellectum. Intellectus transibit in deum
cui nos coniungimur et per unum media-
torem dei et hominum Ihesum Christum.

Quod autem forma arche de sub-
ter ad similitudinem cuiusdam piramidis
usque ad summum crescendo non
pare habet significare potest quia quicquid infra
deum est unius perfecto est quam et ipse
redemptor noster secundum formam suscepte
humanitatis minor patre est / et ipse hoc
patri per obedienciam subicit quod ipse a
patre per equalitatem non accepit. Si quis
autem indagare voluit misteria numerorum
quos supra in altitudine quinque cubitorum
mansionibus descripsimus / videbit congrue
quaternarium prime mansioni deputatum.
Quia cum corpus humanum quatuor
elementis compactum et ex quatuor hu-
morum complexione compaginatum recte
carnalium vita qui voluptatibus corporis
deserviunt per quaternarium exprimitur. Dehinc
quinarius numerus quinque sensus apte anima-
les homines figurat / qui quamvis flagiciis
carnalibus turpiter non vacant / quia
tamen quo sit delectacio spiritus nondum no-
verunt ea que foris ad delectacionem
sensuum pertinent sequuntur et diligunt.
Denarius numerus perfectionem operum spiritua-
libus convenit. Septenarius quia
requiem significat animarum est in specie

requiescentium et post stolarum gloriam resu
rectionis octonarius quia signum est bea
titudinis illius conuenit cum iam receptis
corporibus beata immortalitate letantur
Est adhuc aliud quod dicere possumus
de tribus primis mansionibus. Habet
namque vnusquisque nostrum tres volunta
tes in se quarum prima est carnalis
secunda animalis. tercia spiritualis. Carnalis vo
luntas est laxare frena concupiscentie
desiderijs carnalibus per omnia sine retractione
obedire. legi non subesse. Remittere tunc
quicquid libuerit facere. Cui econtra concu
piscencia spiritus aduersata ita desiderat
tota spiritualibus studijs inherere ut etiam
necessarios carnis usus oporteret excludere.
Inter has igitur utrasque concupiscentias
anime voluntas in medio tamquam
quodam vituperabiliore consistens nec
viciorum flagicijs oblectatur nec virtutum do
loribus acquiescit sed querens se a passio
nibus separare carnalibus ut nequaquam con
senciat dolores necessarios sustinere sine
quibus desideria spiritus nequeunt possidere.
Volunt castitatis desiderans obtinere ab
sque castigatione vel maceratione carnis.
Cupit sine vigiliarum labore cordis purita
tem acquirere. humilitatem cristi sine ho
noris mundani iactura exhibere. Postremo
sic vult consequi futura bona ut non ami
tat presencia. Hec voluntas ante quam nos
ad perfectum usque perduceret sed in tempore
quodam decliuo collocaret nisi hunc tepi
dissimum statum alterutrum scientes licet inuicem ge
ra bella disrumperent. Nam cum huic vo
luntati famulantes volumus nosmet
ipsos paululum relaxare. Consistim
aculei carnis insurgentes nequaquam
nos in illa qua delectamur corporis puri
tate nociua stare permittant. Sed ad
illam quam horremus frigidam et plenam
sentibus viciorum pertrahunt viam. Rur
sum cum succensi feruore spiritus opa
carnis volumus extinguere sine vlla
respectu fragilitatis humane et nos
per ipsas virtutes ad immoderata studia
virtutum cordis elacione conferre. Hu
scilicet carnis interpellans sub illa re
prehensibili [illegible] spiritus reuocat
ac retardat. Et ita fit in utraque tamen
concupiscentia tali collictatione et alterna
sibi inuicem repugnante ut anime voluntas
que nec totam se carnalibus desiderijs
dedere nec virtutum vult laboribus desu
dare quodam iusto moderamine temperetur
quadam equitatis libra in statera sui
corporis constituta que spiritus et carnis que
examine nec additis iniectis spiritus ar
dore succensam nec a leua carnis viciorum
aculeis propendere permittet. Tepidum
illum animalis voluntatis statum excludit
et aliud illud optimum quod volumus
salubriter peruenire compellat ut virtutes
non ocio et securitate sed iugi sudore
et contricione spiritus acquiramus. Hec nullo
preciosissimo tempore permanentes ab ore
suo nos euomere incipiat deus. Hanc
vos luctam carnis et spiritus et finem
eius apostolus manifestat ubi ait
Dico autem spiritu ambulate et facta desi
deria carnis non perficietis. Caro enim con
cupiscit aduersus spiritum spiritus aduersus car
nem. Hec autem sibi inuicem aduersantur ut
non quecumque vultis illa faciatis.

Moraliter autem quisquis se ab huius
mundi delectacionibus separare et virtuti
bus operam dare contendit cooperan
te gratia dei edificare debet intus edificium
virtutum cuius longitudo in fide trinitatis
trecentos cubitos habeat in latitudine
caritatis quinquaginta in altitudine
spei que in cristo est triginta ut sit
in bona operacione longus in dilectione
amplius in desiderio altus ut cor sur
sum habeat ubi cristus est in dextera dei
sedens. Vnde et ipsius crucifixi caput in
altitudine crucis positum est manus
autem in latitudine expanse sunt ut af
fectus cordis nostri usque ad inimicos di
ligendos extendatur. In longitudine crucis
corpus crucifixi positum est ut non sit
remissa operatio nostra sed extensa et
perseueret usque ad finem. Sequitur liber
secundus de archa sapientie

Quod dicere volumus de archa sa
pientie ita distinguendum est
ab hijs que secundum allegoriam
superius assignata sunt ecclesie ut
quod ibi demonstratum est in re hoc hic
dicatur in cogitacione. Sicut enim quedam
esse sunt res in mente hominis ubi illa
etiam que in scriptis vel iam preterierunt
vel adhuc futura sunt simul subsistere
possunt. Et in hoc quodam modo racionalis
anima similitudinem sui creatoris sui
quia sicut in mente diuina cum vere causa

eternaliter sine mutabilitate et distinctione
temporali subsistunt. Ita eciam in mente nostra pre-
terita presencia et futura per cogitacionem simul
subsistunt. Tunc si ergo per studium medi-
tacionis assidue cor nostrum inhabitare cepe-
rimus iam quodammodo temporales esse de-
sistimus et quasi mortui mundo facti sumus
tamen deo vivimus. Tunc quicquid fortuna
extra mollitur facile contempnimus ubi
nec preterita requiramus nec expectemus
futura ubi nec timeamus adversa. Habeas
ergo rectas habeamus utiles et castas co-
gitaciones quia de tali materia fabricabi-
mus archam nostram. Ista sunt ligna que
in aqua missa natant in ignem posita
ardent quia tales cogitaciones fluxus car-
nalium delectacionum deorsum non premit
sed flamma caritatis incendit. Nec timeas
hunc ignem in tectis tuis. Ve tibi si non
arserit ex eo tabernaculum tuum. Postea bi-
tuminabis archam tuam intus et extra. Extra
ut mansuetudinem exhibeas intus ut ca-
ritatem non amittas. Nullatenus enim
in secreto consciencie tue suaviter pau-
sare poteris nisi prius malos ad extra
per mansuetudinem tolleraveris et intus di-
lexeris per caritatem non odisse. Bitumen
calide nature est et nascitur de terra sul-
phurata. et eciam caritas procreatur in anima
timore divini iudicii percussa. Deinceps
videamus de mensura arche qualiter
fieri possit in nobis. Diximus supra tre-
centos cubitos presens seculum designare.
Si ergo tu cogitacionem tuam duxeris ab ex-
ordio mundi usque in finem et pertransiens
consideraveris que et quanta deus in
ecclesia propter electos suos operatus sit, operetur
vel adhuc operaturus trecentorum cubitorum
longitudinem in corde tuo metieris. Si autem
cogitacionem pertraxeris ecclesiam et vitam
fidelium contemplatus eam tibi ad exem-
plum proponis. In latitudinem quinqua-
ginta cubitorum cor extendis. Si divine
pagine que triginta libris continetur
sciencia adeptus fueris in altitudinem
laude sacre scripture triginta cubitorum cor tuum erigis. Hec
est archa quam edificare debes. Isti sunt
termini patrum tuorum quos tibi trans-
gredi non licet quos altissimus consti-
tuit iuxta numerum filiorum Israel quando
separabat filios adam et gentes divide-
bat. Hec est terra quam inhabitare debes et
pasci in diviciis eius requiescere. Ego in
spaciosos parietes sub hoc tecto manere

habita in domo hac tempestas et pro-
cella foris est quamtumque prodiens nam
frigus paciens. Si superbe per sapienciam
tuam divina forte rimari conaris que
nobis deus per scripturas suas aperire no-
luit. Altitudinem cubitorum transcendis.
Si usque in finem seculi non credis ecclesiam
duraturam et aliquando dei destituendam
auxilio trecentorum cubitorum longitudinem
excedis. Si frequenter de amatoribus mun-
di huius et de vana conversacione illorum
delectaris cogitare quinquaginta cubi-
torum mensuram transgrediens. De hostio
et fenestra

Archa diluvii sicut iam dictum est ani-
me secretum est in quo latere de-
bemus a strepitu huius mundi.
Sed quia ipsa nostre condicionis infirmitas
diu nos in silencio intime contemplacionis
pausare non patitur. Exitum habemus hostium
et fenestram. Hostium significat exitum per o-
peracionem. fenestra exitum qui fit per cogita-
cionem. Hostium deorsum est fenestra sursum
quia actiones ad corpus pertinent cogitacio-
nes ad animam. Hinc est per fenestram aves
exierunt. per hostium bestie et homines. Le-
gitur per aves anima significatur et per ho-
minem corpus hominis ex libro Job. Ubi dicitur
homo ad laborem nascitur avis ad vo-
latum. Qui sic nati in hac vita sumus
ut si volumus animam per contemplacionem
sublevare necesse sit corpus per exercicia
laboris atterere. Et quod hostium in latere
positum dicit hoc significatur quod nunquam a
secreto cordis nostri per operacionem exire
debemus ex proposito intencionis sed ex
accidenti occasione necessitatis. Et fortassis
non sine causa hoc de fenestra tacuit
scriptura quia et si per cogitacionem aliquid
voluntate exire liceat nunquam tamen per
operacionem foras prodire debemus nisi
ex necessitate. Ex illo eciam per hoc conve-
nienter innuitur quod ipse homo quando
voluit fenestram apperuit ut aves e-
mitteret. Hostium vero foris adeo et clau-
sum et rursum adeo appertum esse le-
gitur ut homo exiret. Animadvertendum
eciamque per operacionem actionem racionis.
Racionales namque sunt alie carnales que ad
usum corporis pertinent. Alie spirituales que
pertinent ad instruccionem. Mentibus ad
utraque boni et mali exeunt. Qui ad com-
plendam voluptatem terrenis actionibus
foris inserviunt similes sunt immundis
animalibus que de archa exierunt.
Munda autem eas ad usum necessitatis
amministrant animalia quidem sunt

sed nimida. Cum vero ecclesiastici regiminis
curam que videlicet actio spiritualis est agenda suscipiunt et a secreto interne quietis
non ex ambicione sed ex precepto obediencie ad publicum prodeunt similes sunt
hoc qui cecus de archa sacrificium obtulit
quia sepe tales eo magis per abstinencia
omnes quasi cecus inutiles accidunt quo
graviora interne quietis dampna per occupacionem se pertulisse cognoscunt. Illi autem
qui propter gloriam propriam honores in ecclesia
suscipiunt et cum se in sublimi positos vident ceteros despiciunt et infirmioribus quibusque in ecclesia partis et condescensione
condescendere nolunt similes sunt Cham
qui denudati patris verenda derisit et
ob hoc meruit sententiam maledictionis

capitulum De xv modis contemplacionis

Primus modus est quando consideramus
omnem creaturam quid sit ex se et invenimus omnia vanitatem. Creatura omnis
creatura sicut de nichilo ad esse venit. Ecce
etiam cottidiana immutatione indicat quia
quantum in se est ad nichilum tendit. Secundus
modus est quando consideramus quid sit eadem
creatura ex dono creatoris et cernimus in
ea diuine racionis similitudinem quia
ipsa que pro sua condicionis instabilitate
fluitarent dum hoc ex beneficio creatoris
accipiunt ut numquam prorsus esse desinant
quodammodo opus temporale eterni opificis mutat stabilitate. Tercius modus
est cum consideramus quomodo utatur deus ministerio creaturarum ad implenda iudicia
sua sive pro sua misericordia beneficia
largiendo sive pro suo iudicio erogando
supplicia. In hac enim consideracione invenimus omnia esse instrumentum diuine dispensacionis et sue pravitatis argumentum.
In hoc genere contemplacionis audimus
omnem creaturam tribus vocibus loquentem.
Prima vox dicit accipe secunda dicit redde
tercia dicit fuge. Accipe beneficium. Redde
debitum. Fuge supplicium et

capitulum de tribus vocibus mundi

Prima vox famulantis secunda
ammonentis tercia comminantis.
Vox famulantis est celum dicit ministro
tibi lucem in die ut vigiles tenebras
in nocte ut pauses. Ego ad oblectacionem
tuam gratas temporum vicissitudines pario temporum veris et estatis serenitatem
autumpni plenitudinem et algorem hyemis.
Ego alternatibus incrementis dierum et noctium
spacia simili racione dissimiliter extendo
ut et varietas tollat fastidium et vicissitudo pariat oblectamentum. Aer dicit vitalem tibi prebeo flatum et omne genus avium ad tuum
mitto obsequium. Aqua dicit potum tibi
prebeo sordes purgo arencia rigo et diversorum generum piscium ad tuum esum ministro.
Terra dicit ego te porto ego te nutrio
pane conforto vino letifico omnigenis
fructibus oblecto diversis animalibus mensas tuas repleo. Vox ammonentis est
mundus dicit vide homo quomodo amavit
te qui propter te fecit me. Servio tibi quia
factus sum propter te et tu propter se. Si sentis
beneficium redde debitum. Accipis benignitatem redde caritatem. hoc tribuit et hoc
exigit deus. Vox comminantis est. Ignis
dicit a me comburentur. Aqua dicit in
me submergentur. Terra dicit a me absorbebuntur.
Infimus a me deglucientur. Prima omnis
creatura sicut ex condicione sua homini
famulatur sic peccatoribus pro malorum
meritorum consciencia comminatur ut
in singulis creaturis positi timeant quod
se meruisse cognoscunt propter quod eciam dictum
est quod nemine persequente fugit impius
cum ita est in securitate impius paulo
sicut iustus in supplicio. Quartus
modus contemplacionis est quando inspicimus creaturas secundum hoc quod homo
eis uti potest ad explendas carnalis
concupiscencie voluptatem et in eis cogitamus non infirmitatis naturalis
subsidium sed libidinis oblectamentum. Hoc
oculo Eva lignum vidit quod esset pulchrum
visu et ad vescendum suave et tulit de
fructu eius et comedit. Qui hoc modo
per cogitacionem exierit similes sunt corvo
qui reversus non est quia dum foris
quod male delectat inveniunt ad archam
consciencie redire amplius nolunt.
Reliqua vero tria genera contemplacionis
in cortu columbe figurata sunt que cum
missa esset et non inveniret ubi requiesceret
pes eius reversa est ad vesperam portans ramum
olive virentibus in ore suo. Primus ramus olive
reportatur ad archam

Vicia exeunt sed vicia non redeunt quia foris inveniunt quod intus non habuit. Nec foris tamen amant quod intus non detulit. Ramus olive virentis bonum mentis affectum denotat quia sepe sancti viri quanto magis forinseca opera aspiciunt tanto magis intus in amore conditoris vir(i)descunt. Dum enim rerum preteritum mutabilitatem aspiciunt quomodo omnia que in hoc mundo pulcra videntur eis in cogitacione vilescunt et quasi renovetetes aliunde mare deserunt quin tanto ardencius conditoris sui speciem concupiscunt quo in rebus conditis nil quod delectaret invenerunt delectabili intus mens pascitur quia delectabili foris non tenetur. Et quasi ad archam sive portum reducta iam secura tripudiat que in mundi fluctibus prius naufraga erat. Similiter in secundo genere contemplacionis quociens in rebus visibilibus invisibilem dei virtutem et sapienciam admirari discimus quasi ramum olive ab aquis ad archam reportamus quia in rebus mutabilibus extra nos illud cognoscimus que in nobis immutabiliter diligamus. In tercio eciam genere contemplacionis quando dum iudicia eius foris attendimus in timore eius et amore intus renovamur. In prima ergo materia a nobis inspecta vanitatis in nobis generat contemptum mundi. In secundo simulachrum racionis laudem dei. In tercio instrumentum dispensacionis timorem et amorem dei. In quarto fomes cupiditatis incentivum libidinis. Huc ergo exitum caveamus ne egrediamur temere. Nemo de consciencia sua confidat. Dina intus virgo intus casta intus columba fuit. Sed quia columba fuit seducta non habens cor egressa foras colorem pariter cum nomine mutavit. Sic enim scriptum est egressa est Dina ut videret mulieres regionis illius quam cum vidisset sichem filius emor heu princeps terre illius adamavit et rapuit et dormivit cum illa vi opprimens virginem. Nunc vi opprimitur pater quia non ideo erit ut corrumpatur. Sed quia tamen quia temere erit pudicicie sue dampna etiam invita sustinuit. Et ante subiungitur conglutinata est anima eius cum ea hoc est eadem nec unde fuit et amplius ad archam redire noluit. Sequitur de tribus mansionibus

Tres mansiones intellectuali arche sufficiunt tria genera cogitacionum rectum utile necessarium. Si ergo diligere cepero meditacionem scripturarum et libenter cogitavero de virtutibus sanctorum et de operibus dei et de aliis quecumque ad emendacionem morum sive ad exercitacionem mentis pertinent iam in archa esse cepi. Sed sciendum quod nam adhuc imitari dissimulo tunc dicere possum quod recta sit cogitacio mea sed inutilis quia bonum quidem est quod de aliis cogito quod in aliis cognosco sed inutile est michi si illud ad exemplum vivendi non traho quia aliena virtus michi non prodest si illam quam possum imitari neglexero. Pecunia abscondita et thezaurus invisus que in utrisque utilitas. Etiam abscondo si bonum quod novi opere non ostendo et ideo michi non potest prodesse quod cum sciam habere dissimulo. Si autem operam dedero non tantum ut sciam sed etiam ut agam ea que bona sunt et utilia et in hac sedulo fuerit cogitacio cordis mei et virtutes quas in aliis iam amare et admirari didici in eas faciam exercitium disciplinae et formam recte vivendi tunc possum dicere quod utilis sit cogitacio cordis mei et tunc ascendi in secundam mansionem et cor meum iam magis in unum collegi ut non discurrat per ea que vana sunt et ad utilitatem non pertinent. Restat tercium ut cum opera exterius habere virtutum elaborem et ipsas virtutes habeam hoc est ut quod foris demonstro in opere intus possideam in voluntate. Alioquin non multum michi prodest habere opera nisi etiam virtutes operum habeam. Si ergo ad hanc cogitacionem cordis mei institutio ut quicquid boni in me foris hominibus apparet affectibus diminus intus sanctificatur puritate virtutibus tunc ascendi in terciam mansionem ubi virtutes sunt que sunt necessarie. Sed inter has omnes precipue una est necessaria scilicet caritas que nos deo coniungit et ideo in supremo archa ad unum colligitur ut iam unum cogitemus unum expectemus unum desideremus dominum Jhesum Christum. In prima cubo mansione est cognicio. In secunda opus. In tercia virtus. In suprema premium virtutis dominus Jhesus Christus. Has gradus habes in psalmo ubi dicit bonitatem et disciplinam et scientiam. Sic caritas scientiam et disciplinam et bonitatem doce me domine Jhesu Christe

Sequitur de columpna in medio

Olimpiada in medio arche e
recta in altitudine triginta cu
bitorum cui summa fabricata in modum
piramidis sursum per quadrum in sin
gulis lateribus unius cubiti mensuram
Ipsa est lignum vite quod plantatum est in
medio paradisi idest dominus noster Ihesus Cri
stus in medio ecclesie sive quasi premium
laboris quasi merces operis quasi meta
itineris quasi corona certaminis in gremio
omnibus fidelibus propositus qui de terra or
tus est et celos penetravit qui ad yma
venit et [illegible] descendit qui sursum
est qui et deorsum. sursum maiestate
deorsum compassione. sursum ut trahat
desiderium deorsum ut prestet subsidium
deorsum est inter nos. sursum est super
nos. deorsum quod a nobis sumpsit. sur
sum quod nobis posuit. Iste est Symonis do
mus domini preparatus in vertice montium
ad quem fluunt omnes gentes et de quatuor
angulis arche quasi de quatuor mundi
partibus ascendunt. Secundum qualiter per quatuor
angulos arche ascendunt.

Hii ascendunt de calore orientis
alii de calore occidentis. Alii de
frigore orientis. Alii de frigore occidentis.
Calor orientis est fervor spiritualis. Calor
occidentis est concupiscentia carnis. Fri
gus orientis timor superbie. Frigus occiden
tis cecitas ignorantie. In calore orientis creatus
est homo ipse quod et positus est in orto deli
ciarum ad australem orientis sed transivit ad
frigus occidentis quando ad illius participati
onem se contulit qui primus ad aqui
lonem sedem se positurum dixit. Deinde ad
calorem occidentis cecidit quando post peccatum
aliam legem in membris suis repugnantem
legi mentis invenit. Tunc quoque ad fri
gus occidentis corruit quando cecitate
ignorantie percussus illius celestis panis
cibi oblivisci cepit. In calore orientis pri
cipium est bone nature. In frigore orientis
initium culpe. In calore et frigore occidentis
pena corporis et anime. In calore orientis
in alto creatus est homo et ideo in ca
lore et frigore occidentis ad yma corruit
homo quod per mediatorem dei et hominum
dominum Ihesum Christum. Hinc isti iam veniunt
ab oriente et illi ab occidente ut recu
bant cum Abraham Ysaac et Iacob
in regno celorum. Iam clarificati agni
sanguine dei et christo ne (?) publicat filios
dei anima cum Christo Ihesus dei filius verus

deus et verus homo est in homine prebet
exemplum et divinitate remedium. et hu
militate suscepte infirmitatis nostram et
superbiam reprimit et illuminat cecitatem. et v
irtute maiestatis et animas nostras cibo
invisibili pascat et corpora nostra per obum
brationem spiritus sancti ab estu viciorum protegit
Idem ergo nobis et lignum vite et liber
vite efficitur. lignum quia obumbrat
et pascit. liber quia increpat et erudit.
increpat elatos. illuminat cecos. esurien
tes cibat. estuantes obumbrat. Audiant
elati increpationem et humilient. Audiant
ceci anime doctrinam et illuminentur. Quos
exurit estus viciorum umbram petant ut
refrigerentur. Qui esuriunt et sitiunt insti
ciam huc properent ut saturentur. Nemo se
excuset. Omnis homo contrarium suo mor
bo remedium invenit ubi et malis locus
datur ut se corrigant et bonis et me
liores fiant. Ascendamus ergo omni occa
sione postposita. Ascendamus alacres.
Ascendamus letantes quia in domum
domini ibimus. Ascendamus ad festa su
perne patrie tribus Israel ad confitendum
nomini domini in tribubus Israel. Levemus
oculos nostros et videamus purpureas
semitas stratas in lateribus montium
eternorum et valles superne ducentes usque ad portas
preclaras Iherusalem. Ibi vexillum crucis
in sublimi luce rosea mutans hostes
terret et amicos confortans. et porte civi
tatis aperte sunt et in plateis eius
voces canentium Alleluia. Videbis illuc
ascendentes populos multos accinctos
in psalmis canentes et omnibus gentibus
et nationibus et linguis alios in ve
stitu roseo fulgentes alios amictu can
dido nitentes. Alios in viola candi
dina placentes omnes ornatus ad sol
lempnitatem grandis et in mirabilis
populis qui paratus est ad diem domini
Ipse rex sursum est et invitat nos de
orsum est et adiuvat nos. Excitantur
pigri confortantur timidi roborantur
infirmi et animosiores redduntur strenui
Omnis etas omnis sexus omnis conditio
conveniunt de angulis mundi partibus
et ascendunt certatim cum alacritate
et leticia videre regem decore suo. Con
cupiunt omnes concupiunt singuli in
die sollempnitatis apparere festini. Lo
quamur nunc de hiis gradibus
ascensionum quibus in celum scandi
tur et nullus terreat labor itineris quem
delectat premium repromissionis. Dominus quod

Gradus ascensionis in celum

ibi principii ascensus quia cum labore ascenditur sed substernitur caritas qua labor ipse allevietur. Primus itaque ascensus est de frigore orientis hic de timore supplicii quia oportet primum peccatorem Christum imitari et per obedientiam resurgere qui per inobedientiam lapsum incurrerat culpe. Secundus ascensus est de calore occidentis quia necesse est deinde incarnationis calcare ut non ambulemus secundum desideria nostra et mortificare membra nostra que sunt super terram ut non serviamus ultra peccato. Tercius ascensus de frigore occidentis quia cum iam perfecte affectus carnalis per abstinentiam et exercitium discipline in nobis extinxerimus tunc libere meditacioni et doctrine divinarum scripturarum vacare poterimus ut per studium lectionis et meditacionis rursus illuminet oculus mentis sicut dicit psalmista Declinate a me maligni et scrutabor mandata dei mei. Quartus ascensus est de calore orientis ubi de bono proficimus in melius et nequaquam ad perfectionem venire possumus nisi etiam in bonis que agimus crescere sine intermissione studeamus. Quod autem columpnam triginta cubitorum altitudinem habentem in medio arche erigimus sive ita ad litteram factum credamus sive non nichil interest. Si tamen spacium eiusdem dimensionis et quantitatis ab imo sursum patuisse intelligamus. Sursum quod per triginta cubitorum altitudinem divinam scripturam diximus significari et postea per columpnam triginta cubitos in altitudine habentem Christum figurari asserimus, contrarium non est quia omnis scriptura divina unus liber est et ille unus liber Christus est quia omnis scriptura divina de Christo loquitur et omnis divina scriptura in Christo completur. Et legendo scripturam hoc querimus ut eius facta et dicta atque precepta agnoscentes quod iussit faciamus et quod promisit percipere mereamur sic quod et cognitione veritatis et merito virtutis crescentes usque ad eius conformitatem et mensuram etatis plenitudinis ipsius specialiter pertingamus

Sequitur de libro vite et ligno vite

Legitur ut melius pateant que diximus ipsam superdictam columpnam in medio arche deponimus eidemque in latere australi lignum vite in latere aquilonari librum vite nominatim ascribimus et in eodem latere triginta volumina divine pagine secundum ordinem ab imo sursum hoc est in singulis mansionibus decem disponimus, quia sicut diximus omnis divina scriptura unus liber est qui liber vite est. Et sciendum quod Christus cum in gemina natura una persona constat secundum utramque naturam et liber vite et lignum vite congrue dici potest. Attamen specialiter nobis secundum formam humanitatis assumpte liber vite factus est quia in homine prebuit exemplum secundum formam divinitatis lignum vite factus est quia ex virtute deitatis prestat remedium. Lignum in se duo habet fructum et folia, de fructu pascit et foliis obumbrat. Sic virtus divinitatis illuminatos mentium refectio est et infirmantium obumbracio. Liber vite ad aquilonem respicit quia per humanitatem salvatoris exortum est lumen habitantibus in regione mortis, et lignum vite ad aquilonem vertitur ut robustos gustu sue dulcedinis pascat et protegat et infirmos adhuc ne deficiant in estu temptacionum sub alis protectionis sue quasi in umbraculo meridiano abscondat. Hec ipsa si paululum adhuc prosequamur non sic honerosum valde. Minus enim nunc more exponentis planius et paucis verbis sensum aperire non ... more meditantis nunc quasi dubitantes non quasi invenientes huc illucque aciem mentis discurrere

Sequitur quare liber vite dicitur

Alii libri sunt scripti a deo alii libri sunt scripti ab hominibus. Libros quos scribunt homines et pellibus mortuorum animalium sive ex alia qualibet corruptibili materia fiunt et cum ipsi diu durauerint ipsi quoque veterascunt et quandam sua morte resolvuntur in nichilum nullum de se deinceps relinquentes vestigium. Et istos libros omnes qui legunt moriuntur aliquando et nemo semper vivens invenitur in istis quia ex mortuis animalibus mortali fiunt et suis lectoribus sui amatoribus vitam semper manentem dare non possunt. Verumque liber vite

sed mortis potius vel mortuorum vel mo
rientium appellari digni sunt. Sed si ego
talem librum invenire possum cuius
origo eterna cuius incorruptibilis essencia
cuius sciencia dulcis cuius profunditas im
scrutabilis cuius verba eternabilia et vitam
tamen prebent omnia. hic est liber vite hoc
sic distinguentes citius videbimus

Sequitur de tribus libris

Tres sunt libri. primus est quem facit
homo de aliquo. Secundus quem
creavit deus ex nichilo. Tercius quem
deus genuit de se. Ideo primus opus
hominis est corruptibile. Secundus est opus
dei quod nunquam desinit esse in quo opere vi
sibili invisibilis sapiencia creatoris vi
sibiliter scripta est. Tercius est non opus
dei sed per quem fecit omnia opera sua
deus, quem genuit non fecit. In quo ab
eterno cuncta que factura erant secundum sen
tenciam providencie et predestinacionis
prescripta habuit et hic est liber vite
in quo quicumque semel scriptum fuerit nunquam
abolebitur et omnes qui meruerint per
venire usque ad eius inspectionem vivent in eternum

Sequitur de tribus verbis

Item tria sunt verba. primum est verbum
hominis quod prolatum desinit. Secundum
est verbum dei idest opus quod creatum non
invariabiliter subsistit nec tamen aliquando
desistit. Tercium est verbum dei quod genitum
non creatum finem vel principium nescit
neque illam mutabilitatem recipit et hoc
est verbum vite. / Sequitur de tribus lignis

Item tria sunt ligna vite. primum ar
bor est illa materialis quam produ
xit dominus deus de humo in principio
cum plantaret paradisum in medio
eius cuius fructum ne post peccatum tangeret
homo eiectus est de paradiso. Secundum
est dominus ihesus cristus qui secundum formam
humanitatis assumpte in medio eccle
sie quasi lignum vite in medio paradisi
plantatus est de cuius fructu quicumque
digne manducare meruerit vivet in eternum.
Tercium est lignum vite quod plantatum
est in illo invisibili paradiso idest sapi
encia dei cuius fructus est cibus angelorum
beatorum. Secundum et tercium unum est lignum
vite. Sed ad tercium creatus fuit homo
a primo eiectus est homo, per secundum re
vocatur homo. Igitur lignum vite non est
nisi in paradiso. extra inveniri non potest
ibi est locus eius ibi figit radices

ibi expandit ramos et profert fructum
in tempore suo. Est enim secus decursus
aquarum virencium quia plantatum
est iuxta fontem qui oritur in medio pa
radisi et irrigat universum paradisum
et ideo nec siccari potest radix eius nec ra
mi arescere nec folia defluere possunt
sed permanet virens in perpetuum. Ha
bes igitur tres libros tria verba et tria
ligna que si in singulis sibi invicem
comparare volueris videbis quod sit nichil
primum comparatum cum medio. Nec tamen
id esse potest medium comparatum cum
summo quod primum est comparatum cum
medio verbi gratia. Tres tibi libros pre
scripsimus etc. Sequitur comparacio vel dispara
cio librorum ad invicem

Primum qui est opus hominis secundum
qui est opus dei. Tercium qui non
est opus dei sed sapiencia dei per
quam fecit omnia opera sua deus. Sit
ergo opus hominis opus dei sapiencia dei
nunc hec qualis comparacio sit videamus.
Certe salomon cum respexit opera hominis
et considerasset eam sic ait vanitas va
nitatum et omnia vanitas. Quid habet
amplius homo de universo labore suo
quo laborat sub sole. Nam ergo satis
fuit ei solum modo dixisse vanitas
nisi congeminans repetisset vanitas
vanitatum et omnia vanitas et bene si
enim testante psalmista vanitas est omnis
homo vivens. merito corpus hominis non
solum vanitas dicatur sed vanitas va
nitatum. De operibus autem dei quid sen
ciat paulopost manifestat dicens. Di
dici quod omnia opera que fecit deus per
severant in eternum. Non possumus ei quicquam
addere nec auferre que fecit deus ut
timeatur. Quod factum est ipsum permanet.
Quid igitur dicam. Si opera hominum cum
operibus dei comparare voluero dicam
aliquid esse opus hominis an non. Quia
si consideratur in se aliquid esse videtur
quando comparatur nichil esse videtur
quia inestimabile est quantum in opera
tione superetur. Si tamen altius ascende
deus opus factori suo comparaveris mi
nus adhuc inveniens omne spacium tem
poris comparatum eternitati deitatis
Sic est de verbo. Sequitur comparacio trium verborum

Aliud est verbum hominis aliud est
verbum dei opus dei non est
deus atque aliud verbi dei deus

sed opus dei quia visibile est extrinsecum
verbum dei quasi oris prolacio Sapiencia
vero dei quia invisibilis est intrinsecum
verbum appellatur quasi mentis con
ceptio est sicud vox prolata statim pter
it intellectus autem permanet sic ea fecit
deus parat quod est deus non mutat
et sicut per prolacionem vocis cognoscit
agitacio cordis sic in ope suo manife
stat sapiencia creatoris Opus enim hoc
opus est pulcherrimum opus deo artifice
dignum opus quod sapientem doceat opus
quod nemo omnipotens facere queat
et ideo specie sua tamquam voce quadam
virtute sui conditoris protestatur et
sapienciam loquitur que sapiencia sic se
fundavit universa ut habitet in eis que
fecit in singulis tota et in toto tota
nec maior in toto et minor in singulis
et ideo non totum magis nec singula
minus Cum totum totam et singula
totam loquunt sapienciam verbum igitur
loquitur verbum sed verbum quod
factum est verbum quod fecit verbum
quod tulit verbum quod mutabilitatem
non recipit verbum quod sensu per
cipitur verbum quod corde videtur
verbum pulcherrimum verbum pulcher
rimum verbum quod oculos cordis
delectat verbum quod oculos cordis
illuminat verbum creatum verbum
non creatum sed natum non ore p
latum sed de corde generatum non
quod desiluit omnissimum sed permanet ge
nitum Propterea si sapientie opus sine co
paras minimus est omne quod transit
ad id quod mutabilitatem nescit Cum
vel minimis momenti instans quasi
diuturno comparatum quod temporis
angustias non ostendit Sed de
ligno Comparacio trium lignorum

Tres sunt paradisi omnis terrestris
cuius incola fuit primus homo
terrenus Secundus fidelis qui
est ecclesia sanctorum quem fundavit et
inhabitat secundus adam celestis idest
cristus Tercius celestis qui est regnum
dei et vita eterna et terra viventium
vel patrius terra viviens in qua inhabi
tat deus In primo paradiso lignum
vite est arbor materialis In secundo
lignum vite est humanitas salvatoris

In tercio lignum vite est sapiencia v
erbum dei patris fons vite et origo
boni et hec est vere vita eterna Sicut
remanemus ad comparacionem Certe lignum
vite quod erat in paradiso terrestri cor
poralem tamen vitam sine defectu re
tinere potuit lignum autem vite fidelis
paradisi idest Ihesus cristus manducan
tibus carnem suam et bibentibus
sanguinem suum vitam eternam re
promittit Et tamen idem ipse exprime
re volens quantum distaret sacramen
tum a virtute ait Corpus nil prodest
Spiritus est qui vivificat Quasi diceret
Si me corporaliter in sacramento sumi
tis non erit vobis sufficere credatis
nisi etiam me quemadmodum verbum vite
sum illuminans animas Justificans
peccatores et mortuos vivificans
spiritualiter edere didiceritis
De arbore sapie
Hoc est igitur vere lignum vite Verbum
patris in excelsis Sapiencia vide
licet dei que in cordibus electorum
tamquam in paradiso visibili per timorem
seminatur per graciam rigatur per dolorem
moritur per fidem radicatur per devocionem
germinat per compunctionem oritur per
desiderium crescit per caritatem robora
tur per spem viret per circumspectionem frondet
et expandit ramos per disciplinam
floret per virtutem fructificat per pa
tienciam maturescit per mortem carpitur
per contemplacionem cibat Sed quia lon
gius sermo processit paululum respi
remus simul orantes ipsam dei sapienciam
ut nos gustari dulcedinis sue dignetur
saciare qui nos per gustum amare
mortis non dedignata est redimere Cui
sit honor et imperium per eterna secula
seculorum
Hic incipit liber tercius
In fine precedentis libri per simi
litudinem cuiusdam arboris demo
stravimus qualiter sapiencia oritur
et crescit in nobis hic eciam nunc
ti gradus quos tibi breviter et summa
tim perstrinximus legamus per singula
prosequendo explanamus De seminacione
Primo igitur tibi de sapiencia dicen
dum est quia per timorem seminatur et quia
pulchre per timorem seminatur sapiencia

qua timor domini principium sapientie
est. Et sicut de seminibus primitus germina
ita de timore domini nascitur sapientia. Ca-
ritas enim ipsa est sapientia quia per
caritatem deum gustamus. gustando
enim cognoscimus sicut dicit psalmi-
sta Gustate et videte quoniam suauis est
dominus. Timor autem domini ipse ad nos
caritatem adducit quia dum docet
timere periculum facit amare presidium.
Considerat enim penis inferni et tor-
mentis que dampnatos expectat
subito animus terrore concutitur. Ac demum
ad se reuersus ac viam euadendi que-
rens. statim illum ex desiderio requi-
rit quem instans periculum euadere se
posse cognoscit. Tandem postquam inuene-
rit ex affectu dileccionis amplectitur. tunc
ille horror primus intollerabilis ex
amore mitigatur et de timore carita-
tis nascitur. sed per caritatem timor con-
sumitur. Postea timor domini postquam
venit ad cor facit pauperem spiritu. Pau-
pertas autem spiritus duplex est. Nam sunt
et corporales diuicie in affluencia rerum
temporalium. Et sunt spirituales diuicie in pos-
sessione virtutum. Utrique ergo apud deum
diuites esse conuincuntur. utrique a regno ce-
lorum prohibetur. et ille videlicet qui
temporalibus rebus et perituris bonis superfluo
habundare concupiscit. et ille qui per
magnum aliquid de se presumens sua
se virtute stare credit. Sed timor domini
ad mentem veniens dum pondus fu-
turi examinis et quam districtus venturus
sit iudex nobis in cogitacione antepo-
nit. mox terrene concupiscencie di-
leccionem extinguit. et nostram debilitatem
infirmitatem similiter ad memoriam reuo-
cans quam humilia de nobis sentire debe-
amus audit. Sopito deinde terrenorum
desideriorum strepitu continuo mens
ad quietem interne pacis componitur
et ut capax esse possit celestis sapientie
ex ipsa sua tranquillitate preparatur. Sa-
pientia enim nescit habitare nisi in cor-
de pacifico. Et ideo illi in quibus adhuc
terrena desideria perstrepunt que sit
sapientia non nouerunt. Nam sicut
beatus Job testatur. Hanc loquitur sermo non
esse sapientiam quia nectes quas carnis

carnales excogitant non comprehendunt
spiritus eternam. sed qui immoratur in actu ipse
inuenit eam qui dum animus ab exterio-
ribus abstractus ad seipsum colligitur
robustior ad contemplanda eterna sub-
leuatur. Sic ergo timor domini facit
pauperem spiritu. paupertas spiritus tranquillat
cor. tranquillitas cordis inchoacio
est celestis sapientie. Secundum de irrigacione
Secundo dictum est per graciam rigan-
tem. sicut timor similis est semini
ita gracia similis est humori qui
rigat semen iactum in terra et germinare
facit. Postquam enim mens humana quadam
utilitate divina violencia a delectacione
carnali abstracta fuerit per timorem ne-
cesse est ut statim iam aliquid spiritualis
gaudij pregustare incipiat. Nunc si
animo a delectacione aliena renascerit
quasi aridum semen absque humore
ad germen sapientie conualescere non
queat. Sed fit igitur diuina gracia aspirante — diuina gracia
ut cum animus perfecte a corporeis
passionibus et terrenis desiderijs exutus
fuerit quadam statim insolita leticia
perfundatur et eo amplius amarum esse
cognoscat quod deserit quo magis
dulce sentit esse quod inuenit. Hec est
gracia que iactum in corde humano per
timorem semen sapientie desuper infusa
rigat quia illas nectes interne dul-
cedinis desiderium trahit quas nullus
concupiscencie carnalis affectus fer-
re ligauit. Dicatur ergo de sapientia per
timorem seminatur per graciam rigatur quia
timor primum carnalis delectacionis
affectum ab animo perdit ac deinde
gracia eundem animum quasi desedatum
et purum a sordibus spirituali delecta-
cione perfundit. Tertium de putrefaccione
Tercio dictum est per dolorem mo-
ritur sicut semina germinare non
possunt nisi prius in terra corrumpan-
tur et quodam modo moriantur. Ita
nos germen bonum proferre non nisi
prius per salubrem iocundam et vini-
ficum dolorem huic mundo moriamur.
Dolor hic est de primus vite consilio
et bene post perceptam ipse dolor nascatur
quia tunc videmus in quibus malis fuimus
agesamus quando peruenimus diuine

paupertas est duplex

Sapientia

gratie illuminati dulcedinem spiritualium bo
norum aliquatenus degustare vale
mus. Unde dicit Salomon. Qui addit
scientiam addit dolorem. Quemadmodum enim
dolor dulcedinem spiritualium bonorum
non noverunt, carnalis concupiscentie
passiones eciam tunc amant cum affli
gunt. Et ideo gracia cor preveniens in
docet illud ut agnoscat homo quid lu
geat et flere discat mala que tollerat
Et inde est quod post acceptum donum
gratie continuo mens ad lamenta
soluitur dolore pascitur fletibus delectatur
et iam impacienter mala presencia tol
lerat. Quanto ardencius cunctis animus
bona futura suspirat. Iam non solum
mundum deserit sed refugit, nec solum
postponit sed odit. Et que prius timore
coacta ea que illicite possidebat dereli
quit. Nunc salubri dolore compuncta
eciam hiis que humane condicionis
infirmitas exigit necessitatibus dehinc
ingemescit. Et sicut prius per timorem
ab illicitis mundi actionibus se seque
stravit. Ita nunc animum mundi speciem
quantum possibile sit est in hac adhuc
mortalitate inventi a cogitacione sua
penitus excludit.

Sequitur de radicatione

Quarto dictum est per fidem radicatur.
Tria sunt genera hominum infideles
infirmi in fide, fideles. Infide
les sunt gentes que ignorant deum et
non credunt ewangelio Cristi qui preter
hanc vitam que temporalis hic vivitur
aliam vitam nullam esse arbitrantur. Hii
in terra radices figunt, quia eo magis
presentibus inhiant quo bona perpetua
que sequuntur non noverunt. Terrena
ambiunt. Felices hic esse querunt quia
post hanc vitam se nil futuros existimant.
De uno istorum fuit stultus ille qui
in libro Job per Eliphaz subsannatur.
Vidi inquid stultum firma radice et ma
ledixi pulcritudini eius statim. Stul
tus est ille qui ignorat ad quid factus
est, qui preter illud quod videt nichil
esse credit qui que sibi mala restant
providere nescit atque hec peritura et
falsa quedam bona que semper sunt
pariter sua semper diligit. Hic aliquando
firmiter radicatus esse videtur dum prosperatur

floret. Sed sapiens eius pulchritudini
statim maledicit quia per hec mo
mentanea bona ad que sit mala ra
piendus agnoscit. De hoc huiusmodi stulto
psalmista ait. Dixit insipiens in corde
suo non est deus. Et deinde annunci
atis complicibus suis non est inquit
timor dei ante oculos eorum. Quo
modo enim tunc deum possunt qui esse deum
non credunt. Unde consequenter ostendit
quia eos ad quos timor dei non per
venit, eciam ad ipsum principium sapientie
pertinge non contingit. Nunc eciam vide
amus de hiis quos secundos numera
vimus si sunt radicati. Aut nisi fixerunt
radices suos non videntur habere radices.
Infirmi enim in fide sunt quibus iam
aliquid persuasum est de veritate sed adhuc
in quadam ancipiti mentis sententia
fluctuantes. Hiis que in sacro eloquio
de futuris premiis bonorum vel penis
malorum referuntur nec animo contradicunt
nec prorsus acquiescunt. Vident enim
quedam in hoc mundo sic fieri ex quibus
et deum esse et res humanas curare
possit intelligi. Et quod omnia hominum facta
sive bona sive mala reservent ad
iudicium. Hoc ergo considerantes incipiunt
timere quod iniuria deus atque hoc timore
compulsi quod iubet facere et quod pro
hibet vitare proponunt, et sic non inquit
quod cum ad tempus hoc timore et
citati fuerint. Iam non solum non time
ant quod minatur deus sed eciam quedam
mentis affectu appetere incipiant que
promittit. Sed cum rursum malos
in hoc mundo florere conspiciunt et
multa alia in hac vita ita con
fuso ordine volvi et nequaquam mundum
per providenciam dei gubernari sed
omnium rerum eventus fortuitis sibi ac
casibus videantur continuo zelare inci
piunt pacem peccatorum et in hoc mundo
ipsi quoque florere concupiscunt. Tacitis
enim cogitacionibus sibi dicunt vanum
esse timere in dicant nichil esse quod stulti
homines de penis inferni et de suppli
ciis malorum sibi confinxerunt et timo
re non ex veritate hoc profecisse.
Enim itaque deus si ita stricte facta
hominum pensaret tam manifestis indi
ciis hec declarare potuisset ut nemo

De tribus generibus hominum in fide

deinceps unde ambiget. Postremo
autem valde esse a ratione alienum
pro incertis certa relinquere et secta
ri invisibilia quedam que utrum vere
sint an decepti homines ea ita esse
finxerunt. Nemini namque dubium scire est
certa et presencia bona que quem omnium
iudicium et sensus probat non solum
bona esse sed eciam humane nature
valde necessaria quadam improba pre
sumpcione contempnere maxime
cum hec omnia deus non nisi ad
utilitatem hominum creasse probetur
et ideo deo non fieri iniuriam et si uta
tur bonis que non ob aliud nisi ut ho
mines eis utentur creavit. Isti ergo
tales qui fidem suam non nisi secundum
incertos rerum eventus pensare nove
runt non possunt esse stabiles quia
sicut quadam mentis levitate facile
verbo veritatis ad tempus credunt
ita eciam facile in tempore temptacionis
a fide veritatis recedunt quia facile eis
temptator falsum esse persuadet. Unde
et prius dubitabant eciam cum stare
videbantur. Aliud horum typum in se prophe
ta expressit cum dicit Mei autem pe
ne moti sunt pedes pene effusi sunt
pedes gressus mei quia zelavi in pec
catoribus pacem peccatorum videns. Et
paulopost Quomodo inquiunt scit deus
et si est sciencia in excelso quia ipsi pecca
tores et habundantes in seculo obtinue
runt divicias. Interrogant enim isti
et dubitant et quibusdam cogitacionum
suarum estibus circumferunt nescientes
ad quam partem pocius mentis sue
sentenciam inclinant. Credere non possunt
negare non presumunt. Assercio dubia
est et fides suspecta. Qui autem fideles
sunt hii radices habent sed non sicut incre
duli radices figunt in hoc mundo sed
sunt per fidem et dileccionem radicati et
fundati in deo sed sunt perfideles vel perfidi
Isti sicut vinea domini soreth vinea
fidelis vinea iusta quam rex bonus agri
cola plantavit immo transplantavit

quia de egypto transtulit et eiecit gen
tes et plantavit eam. De hiis alibi dominus
per prophetam loquitur Plantabo eos super
humum suam et non evellam eos amplius
humus namque et patria nostra deus est
in quo plantamur quando ei per de
vocionem mentis adheremus dicentes
cum psalmista Michi autem adhere
re deo bonum est et ponere in domino deo
spem meam. De qua videlicet humo am
plius non evellimur si usque in finem in
dileccione eius permanemus. De hac quoque
radicacione spiritus sanctus per prophetam
dicit Quod reliquum fuerit de domo
iuda mittet radicem deorsum et faciet
fructum sursum. In reliquiis enim domus
iude fideles significantur qui radices
deorsum mittunt quia omnem cogita
cionem cordis sui ad interna gaudia
defigunt. Fructum autem sursum faciunt
qui superna patria quam in hac vita
per amorem semper requirunt vite dona
postmodum in retribucione percipiunt.
Quod ergo infideles negant et de quo
infirmi in fide dubitant hoc fideles cre
dunt et expectant. Quod autem fideles
diligunt infirmi in fide zelant. Hec fi
deles figunt. Fides igitur est per quam
radicatur sapiencia quia per fidem firmatur
animus et constabilitur affectus. Qui autem
in fide hesitat hic neque in timore dei
neque in amore perfectus esse potest. Aliter
enim timemus quod suspicamur aliter
timemus quod credimus. Quod credimus
perfecte timemus. Quod vero suspicamur
hoc plerumque ideo timere negligimus
quia ex ipsa nostra dubitacione in quan
dam perniciosam securitatem cadimus ut
iam illud solum instans esse credamus
quod a nostra cupiditate non discrepare
cernimus. Ita ut sepe mens nostra de
cepta hoc pocius venturum existimet
quod magis sibi evenire desiderat. Ut
igitur nec timore remissus nec affectus
tepidus fiat necesse est ut firmam et inconcus
sam fidem habeamus per quam simus
radicati ea que in tribus precedentibus
accepimus bona confinemus

Sequitur de germinacione

Quinto loco adiunctum est per devo
cionem germinat. Devocio est fervor
bone voluntatis. Quem mens co
hibere non valens certis manifestat in
diciis. Hec dividitur in tria zelum compas
sionem et benivolenciam. Zelus est cum
pro amore iusticie defensorem ultro se
offert animus calumpniam veritatis non
sustinens. Compassio est qua miseriis
aliorum condolemus. Benivolencia
est qua prompta voluntate beneficia
rogati exhibemus. Est pulchra similitudo
germinare cum grana tunc dicimus
quod natura quadam occulta in integra
rumpit ut germen prodeat quod intus
latuit. Et non secus bona voluntas
celare se non valens quadam ut ita
dicam violencia ad exhibicionem boni ope
ris foras exit. Sapient de ortu

Sexto loco de sapiencia dictum est per
compunctionem oritur. Hic michi occur
rit illa ewangelica parabola
in qua regnum celorum thezauro ab
scondito in agro comparatur. Regnum
quippe celorum est vita eterna. Vita
autem eterna cristus est. Cristus autem sa
piencia est. Sapiencia vero thezaurus est. Est
thezaurus absconditus in agro est cordis
humani ubi factus est homo ad yma
ginem et ad similitudinem creatoris sui.
Quoniam ita conditum est cor hominis ut in
ea tamquam in quodam speculo suo divina
sapiencia reluceret et que in se videri non
potuit in sua ymagine visibilis appareret.
Magna prorsus dignitas hominis por
tare ymaginem dei et illius in se iugiter
vultum aspicere atque eum semper per con
templacionem presentem habere. Sed postquam primus
ille parens vetitum assecutus et inter
dictum tangens delectacionem suam in terram
sparsit pro pulvis cupiditatis cordi hu
mano preciosum istum thezaurum ab
oculis iuris abscondit et caligo igno
rancie oppressa lumen sapiencie interce
pit. Et hoc est quod in templo salo
monis figuratum est ubi legitur quod postquam
fecit salomon omne opus ad edi
ficacionem domus domini et consummata
sunt universa que ad instructionem domus
pertinebant continuo nebula implevit
domum ita ut sacerdotes ministrare non
possent. Salomon quippe interpretatur
pacificus et significat illum qui est
pax nostra qui reconciliavit nos deo in
sanguine suo. Est quia idem ipse ihesus
cristus dominus noster sapiencia est patris. Sa
lomon deo templum edificat quia per
sapienciam dei cor hominis factum est ut
in eo quasi in templo deus habitaret.
Hoc est sapiencia que edificavit sibi domum
qui ludens in orbem terrarum delicias
suas dicit esse cum filiis hominum. Sed hec
domus ut edificata est nebula impletur
quia homo conditus ac deinde peccando
ab illa interne contemplacionis specula
corruens in has miserias huius vite
tenebras labitur ubi digne deo mini
strare non valet quia caligine ignorancie
obvolutus quid sit agendum vel vitandum
sibi sit ex magna ipsa parte impedit.
Absconditus est ergo thezaurus iste in agro
cordis nostri qui tunc invenitur quando sapiencia
oritur. Sapiencia autem oritur quando veritas
manifestatur. Veritas autem tunc manifestatur
quando ignorancia pellitur. Ignorancia autem
pellitur quando mens illuminatur. Mens il
luminatur quando amore conditoris sui acce
sa vehementer compungitur. Compunctio
igitur mentem accendit. Mens autem accensa il
luminatur. Illuminata ignoranciam pellit. Pul
sa ignorancia veritas manifestatur. Manife
stata veritate sapiencia oritur. Oriente sa
piencia thezaurus invenitur. Hec compunctio
quasi palus acutus terram nostri cordis fodit
et quasi ignis rubiginem exurit et quasi
splendor tenebras pellit. Per hanc fode
re debemus altos puteos in cordibus nostris
eicientes omnem terrenitatem a nobis ut
possimus invenire thezauros absconditos
et occultam venam aquarum viventium. Sic
Abraham Isaac et Jacob patres nostri puteos
foderunt querentes aquam vivam sapiencie
et quos allophili puteos illos absentibus
eis impleverunt terra. Ipsi rursum fode
runt rursum aquam vivam querebant
et hoc frequenter faciebant. Ita et nos
si maligni spiritus corda nostra studio com
punctionis ab omni terrenitate emundata
rursus insidiantes terra repleverint
nos iterum fodere ea per compunctionem
iterum emundare debemus, et hoc
tamdiu facere oportet quousque aquam
vivam inveniamus et quousque thezaurum

In quo thezaurus sapiencie consistit

precio suum recipiant. Cum autem invenie-
rimus abscondere eum debemus quia ci-
tius amittitur quod incaute manifestatur.
Thezaurus autem inventus manifestatur
qui acceptum donum sapientie in ostenta-
cione portat. Thezaurus autem inventus
absconditur qui accepto dono sapientie non
foris in oculis hominum sed intus coram
deo unde gloriam querit. Oportet etiam
nos ire et vendere omnia que habemus
et emere agrum istum quia quicumque
iste est cui interna gaudia iam revelata
sunt pro contuitu eorum libenter debet
debet contempnere omnia que in hoc mundo
eum delectare potuerunt. Sed mox hec sol-
licite considerandum est hiis qui sapientiam
querunt quod non ob aliud sed etiam propter
se querenda est sapientia. Nichil enim melius
est sapientia, et ideo indignus est sapientia
qui aliud quam ipsam per ipsam obtinere
intendit. Qui non ut possideat sed ut
veritatem prostituat sapientiam querit propter-
ea si Christus est sapientia, qui sapientiam
pro humana laude querit similis esse
comprobatur proditori unde qui Christum
vendidit. Queramus ergo thezauros
absconditos queramus sapientiam quera-
mus Christum sed non sicut Iudas qui
Christum quesivit ut venderet non ut pos-
sideret. Quesivit enim Christum Iudas et in-
venit et tenuit sed non retinuit quia ven-
didit. Sed sancte mulieres ad sepulchrum
cum aromatibus venientes Christum quesie-
runt et invenerunt tenuerunt et retinue-
runt, quia non querebant ut venderent sed
ut possiderent. Quesivimus ergo de sapientia
per timorem seminatur per gratiam rigatur
per dolorem moritur per fidem radicatur
per compunctionem oritur. Hii gradus videntur
mistice significari ubi iubetur Abraham
exire de terra sua et de cognatione sua et
de domo patris sui et tunc demum terra
ei demonstranda promittitur. Exi inquid
dominus de terra tua et de cognatione tua
et de domo patris tui et veni in terram
quam monstrabo tibi. Igitur per timorem
exivimus de terra nostra per gratiam exivimus
de cognatione nostra per dolorem de do-
mo patris nostri egredimur per fidem et
devocionem dominum sequimur ac deinde
in sexto gradu terra nobis promissa
per compunctionem monstratur. Per timorem

relinquimus censum terrenum per gratiam
et dolorem mutamus affectum per fidem
et devocionem confirmamus animum per
compunctionem invenimus desiderium. De terra
exivimus cum ea que foris possidentur ter-
rena bona relinquimus. De cognatione nostra
exivimus quando ex viciis que nobis ex nobis
nata sunt abrenunciamus. De domo patris
nostri exivimus quando omnem mundum et ea que
in mundo sunt prorsus a cogitacione
nostra sequestramus et omnem animi
intencionem in sola eterna defigimus. Pater
noster secundum illam vanitatem qua in peccatis na-
scimur dyabolus est quia secundum illam vanita-
tem ad eius dominium pertinemus qui
auctor est peccati. Eius dominium est mundus
iste quia mundo sue perpetuitatis mundi huius
et eorum qui mundum istum amant prin-
ceps factus est. Egressus autem de terra
nostra et de cognatione nostra et de domo
patris nostri. Alia a domino terra ostenditur
quando perfecte nobis huic mundo mor-
tuis quedam iam de futuris gaudiis quasi
de longe odorare permittitur. Afflatus enim
spiritu sancto insolito gaudio animus hila-
rescit et miratur quale ad gustandum esse
possit quod tam mire etiam per odorem
reficit.

Sequitur de incremento

Septimo loco adiunctum est per desi-
derium crescit sicut compunctio incen-
dio comparatur ita desiderium simile
est fumo quod incendio nascitur qui
in directum ascendit et quanto magis
sursum tollitur tanto amplius exte-
nuatur, tandem elevatus in sublime ab
oculis intuencium prorsus subducitur. De pr[illegible]
Postquam enim per ignem compunctionis ru-
bigo peccati a mente fuerit consumpta
et ille internus fulgor in corde micare
cepit, confestim animus quandam
contemplacionis speculam sublevatur
ubi quodammodo seipso altior effectus
quandam ut ita dixerim lucidam regionem
et terram novam eminus conspicit qua-
lem nunquam antea vel vidisse se meminit
vel esse estimavit. Miratur et ipse que
videt et pre gaudio prius luminis pre-
teritas ignorancie sue tenebras accusat.
Miratur subter se in imo quo pro-
stratus iacuit miratur super se in su-
mmo quo elevatus tendit. Gaudet
se tantum evasisse quod doluit. Dolet
se tantum adhuc abesse eo quod di-
ligit. Conatur igitur festinat ascendit

crescat per desiderium. Est quemadmodum virgula fumi quanto magis sursum tollitur tanto amplius extenuatur. Ita celestibus appropinquans et cunctis terrene concupiscentie nebulam evaporans totus spiritualis efficitur tandem quod se humanis subducat aspectibus dum ad terrena ista et visibilia concupiscenda amplius gemere recusans intus in abscondito faciei domini gloriatur.

Sequitur de roboratione

Octavo loco adiunctum est per caritatem roboratur. Caritas similis est vino. Vinum namque eos quos inebriaverit reddit alacres audaces fortes obliviosos et quodam modo insensibiles. Sic caritas mundando conscientiam mentem exhilarat. Deinde audaciam reddit quia per mundanciam conscientie fiduciam prestat. Deinde vires auget. Quia sicut scriptura testatur fortis est ut leo qui cecidit in damno. Conscientia enim munda nullis adversis superari potest. Quia cum intus de dei semper adiutorio presumunt quicquid adversi foris tolleratur facile contempnunt et vincunt. Oblivionem etiam generat quia cum totam intencionem ad desiderium eternorum tendit omnem quasi transitoriorum memoriam (transitorium) ab animo funditus evellit. Insensibilem reddit quia dum mentem per interna dulcedinem medullitus replet quicquid externis amarum infertur contempnit quasi non sentiatur. Caritas ergo secundam roborat dum menti et fiduciam et fortitudinem et insuperabilem quodam modo insensibilem reddendo constanciam prestat. Possumus si volumus in hiis octo gradibus octo beatitudines per ordinem expressas notare. Ita ut id quod dictum est per innocenciam servatur pertineat ad illud quod dicitur Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Id quod dictum est per graciam rigatur pertineat ad id quod dicitur Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Id quod dictum est per dolorem moritur pertineat ad id quod dicitur Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Id quod quod dictum est per devocionem germinat pertineat ad id quod dicitur Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Id quod dictum est per deprecationem germinat pertineat ad id quod dicitur Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Id quod dictum est per compunctionem moritur pertineat ad id quod dicitur Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Id quod dictum est per desiderium crescit pertineat ad hoc quod dicitur Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Id quod dictum est per caritatem roboratur pertineat ad illud quod quod dicitur Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum.

Sequitur de vigore

Nono loco adiunctum est per spem vivit. Spes futurorum bonorum in mente quasi scintillacio quedam est que nutrit informiter. Est enim spes quasi memoria quedam invisibilium gaudiorum que in corde hominis recondita calefacit illud intus et et non sinit arescere frigore infidelitatis in hyeme presentis vite et quamdiu hec spes vivit in nostra mente nunquam arescit arbor sapientie. Sed quemadmodum lignum illesum servat vigorem suum dum equalem habet contemperanciam humoris et caloris sicut animus arescere non potest quem et calor spiritus sancti nutrit qui desuper radiat et studium bone operacionis quod subtus est rigat.

Sequitur de multiplicatione

Decimo loco adiunctum est per circumspectionem frondescit et expandit ramos. Quidam sunt in quibus sapientia in altum crescit. Aliis vero in quibus in latum se expandit. In contemplativis in altum surgit quia per acumen mentis penetrant usque ad contemplanda se etiam celestia. In activis in latum se expandit quia hii intencionem mentis sue multipliciter foras spargunt ad dispensanda terrena. Sunt vero nonnulli qui per quietem divinitus sibi concessam primo multum in contemplacione excrescunt sed dum vident alios simpliciores fratres actibus occupari eos in comparacione sua despiciunt et cum ipsi steriles sint in bona opere bona tamen opera in aliis non pertimescunt iudicare. Quia ergo in humilitate stare negligunt vento elacionis conquassati a fastigio contemplacionis cadunt. Deiectique variis patent erroribus et multiplicati ab illa interna pace distrahuntur. Quorum videlicet casus principium hoc est quod infirmitatem suam humiliter nolunt agnoscere sed de dei munere quod acceperant incaute se extollunt. Necesse est enim

vt in oculis eorum vilescant facta
aliena qui de suis meritis senciunt tam
immoderata nec fieri posset vt vitam alie
nam iudicare presumerent nisi prius in se
cecidissent. Sic igitur error semel illapsus
animo late venena sua diffundit et
occulte serpens et minis(trans) se cunctis
morbis anime voluntates immutat
consilia dissipat cogitaciones intorquet
et corrumpit desideria curiosis induat
superfluas et quia semel flatibus animus
magna de se existimare didicit facta
sua examen racionis revocare contempnit
et eo liberius vitam sequitur alienam quo in
se nil reprehensione dignum esse credit.
Hec tamen superbia primum se paliat
sub specie boni zeli et persuadet decepti
menti non esse perfectum amatorem
iusticie qui consensum prebet culpe
aliene. Cum autem delicto alieno omnino
consentire qui negligit dum potest de
linquentem arguere. Sic igitur male pa
cifica mens errare decepta totam se
curiositati dedit et paullatim decepta
crescente morbo dum primum curata
aliorum immoderate persequi assuescit.
Postremo ad hoc deducit vt quicquid
viderit vel aperte calumpniari vel sini
stre interpretari temptet. Vt si forte aliquos
pro communi vtilitate aliquatulum sol
licitari viderint hos cupidos vocant.
quos providos esse conspexerint ava
ros nominant, eos autem qui se affabiles
et hilares omnibus prebent vicio adula
cionis inservire dicunt. Illos vero qui se
prius tristiciam vultu preferunt invidia
tabescere credunt et quos alacres et
devotos in ministracione perspexerint leves
et inquietos asserunt, quos debiles et
graves invenerint quasi pigros et iner
tes accusant. Abstinentes in verbo in potu
si laborant. Et eos qui plus necessitati
indulgent luxurie deservire confirmat.
Et hinc quidem errorem cum lapsos confu
sio sequitur. Mala siquidem et pestilens
curiositas que se cum alicuius inple
scitari contendit sepe quibus nil inpre
mat quasi iuste reprehendere possit per
versa tamen suspicari non desistit. Si
vero aliquid dignum reprehensione inve
nerit statim tumidam mentem non ad
compassionem sed ad contemptum erigit. Con

temptus autem iram excitat quia ipse
superbie inflatus animus intollerabilem
esse credit quicquid ab eo patitur quem de
spicit. Deinde in indignacionem ira crescit
indignacio in contumeliam prodit, con
tumelia odium parit, odium autem inve
teratum in invidiam crescit. Invidia vero
animo tedium gignit. Tedium autem cum
insederit cordi quasi tinea demollitur
illud et suffocato gaudio interno in
semetipso conscientia tabescat, fit sibi
ipsi gravis animus et quasi plumbum
immobilis permanens sursum erigi
non valet, et qui prius per eius contempla
cionis celos penetrare consweverat, nunc
gravi pressus pondere sub se cadit. Perhor
rescit tenebras suas quas intus pati
et si possibile esset aufugere vellet semet
ipsum. Igitur relicta conscientia foras fundi
tur et vt se immisceat accionibus vt vel
occupatus oblivisci possit malorum
suorum et quia levius esse iudicat omne
malum eo ipso quod intus tolerat iam
miser etiam dolores sue occupacionis fore
amat et quia veram dulcedinem lan
guido tedio palatum cordis sui gustare
didicit carnalis concupiscencie acetum
siciens avida cum desiderio bibit. Sic
ergo igitur intus exterioribus dyabolus cor
rumpit et iam nullo sibi in iudicio ra
cionis renitentem ad quelibet errores per
cipitia trahit. Sed quia nunc diximus hec
quanta nos mala ira superbia preci
pitat dignum est vt eciam consideremus quod
sit medicamentum per quod nos gracia di
vina restaurat. Tale est enim hoc antido
tum vt non solum pristinam reformet
sanitatem sed et maiorem addat quod defuit.
Unde per omnia laudabilis et gloriosus
deus misericors et plus qui gratis
largitur donum et gratis restaurat amis
sum et qui indigni cecimus eciam illud
recipe quod perdidimus sic restituit vt
non ad interitum sed ad incrementum ce
cidisse videamur. Agit iste qui per sapienciam
suam extenuat de altitudine sua sup
bivit et ideo bonum est ei vt predicare
et assuescat in latum expandere manus
suos bonum est ei vt intermisso studio
contemplacionis ad tempus foras
exire compellatur et exteriora dispensa
da suscipiat vt discat experimento quam
difficile sit per officium exterioribus insistere
et tamen per desiderium interiora non
deserere et cum se ad curam suscepti regiminis

imparem esse cognouerunt tunc sciat
quid de ligno sensisse debuerat quos primus
in eodem loco positos inconsiderate de
spiciebat. Est quia maiorem potestatem ma
ior solet sollicitudo comitari ipsa enim cu
ra exerceat ut discat esse prouidus et
circumspectus et non torpescat acio. Ut
ante periculum animum firmet ut non so
lum quid eueniat sed quid euenire pos
sit attendat. accidenti fortune non ni
mium credat. In aduersis fiduciam non
amittat. Et quicquid fuerit futurum
est siue bonum siue malum eque despiciat
omnem euentum consilio suo preueniat
animos ante necessitatem comparare stu
deat. In suo sensu non plus quam oppor
tet confidat. omnes diligat non omnibus
eque credat. maioribus obedienciam debitam
equalibus dilectionem subiectis paternam
sollicitudinem impendat. Et sic per diuer
sa virtutum studia sapiencie que prius in
modum flexibilis arundinis modo stipite
male decerneat iugi iam studio virtu
tum roborata et frondibus circumspectionis
undique vestita cursum ad alta cacumine
eleuet tanto erit melior quanto ro
bustior tanto excitatior quanto circum
spectione ornatior ita ut eciam ipsa preci
sio sua ei profuisse videatur. Sic quia
ipsa sapiencia per circumspectionem ramos
suos expandit diffiniamus nunc quo
dam generales modos quibus circum
spectio exercetur. Sunt autem quatuor. timor.
Cura. necessitas. affectus. Timor est an
xietas periclitandi. Cura est sollicitudo
euadendi incommodi aut commodi adipi
scendi. Necessitas est debitum dandi
aut indigencia accipiendi. Affectus est
desiderium perfruendi. Timor premit. Cu
ra trahit. Necessitas ligat. Affectus vol
uerat. Sic solent agricole quando volunt
expandere ramos arborum aut suppo
nere eis pondera que deorsum premant
aut subtus alligare que deorsum tra
hant aut iuxta defigere stipites et al
ligare ramos ne sursum eleuentur
sed in latum se diffundant vel crescant.
Timor igitur est quasi pondus suppositum
Cura quasi pondus subtus appensum
Necessitas est similis stipiti cui ligati

Affectus est quasi surculus qui infixus
voluerat. Ista quatuor nascuntur ex quatuor
generibus malorum que homo sustinet
in hoc mundo que sunt. Ira dei. vani
tas mundi. Infirmitas humane condi
cionis et invidia dyaboli. Ira dei est cum
flagellis arcemur. Vanitas mundi
est cum magis necessitatis excedendo in
voluptatem abimus. Infirmitas humane
condicionis est quod facile leduntur a di
uersis et difficile ad bona agenda con
ualescimus. Invidia diaboli est cum
ipso instigante ad vicia inflamma
mur. Igitur ira timore premit. Dei
vanitas mundi curas superfluas in
mittendo deorsum trahit. Infirmitas
nostre condicionis diuersis nos necessitatibus
ligat. Invidia dyaboli illicitis nos de
sideriis inflammando voluerat. Sed in
hiis omnibus dei serui exercentur pre
mium. Et tunc quoque ei mala subiecta
seruiunt cum eum affligendo probant
non subuertunt. Iste siquidem passiones
omnes videlicet timor cura et desiderium
illicitum male sunt et ipsa quoque necessitas
potius a domino milicia appellatur. Sed
deus licet ideo ad tempus electorum suorum
mentibus dominari permittit ut cum per
experimentum didicerint quanta miseria
falsis istis delectacionibus insit ardentibus
eterna et vera gaudia requirant que
nulla tristicia corrumpit et salubriter
aliquando derelicti permittuntur ad tempus
seruire passionibus carnis sue ut agno
scant infirmitatem suam et de se non pre
sumant et tanto deuocius postmodum diuine
gracie per se subiciant quanto manifestius
ex precedenti casu didicerunt ex sua vir
tute non esse quod stant. Est adhuc eciam
aliud pro quo non minus seruis dei vtile
est ut temptentur ut videlicet ipse tempta
ciones eos exerceant et cauciores reddant
quia conflictus viciorum exercicia sunt
virtutum. Et sicut cadendo discit homo qua
liter gressum figere et caute ambulare
debeat in conflictu belli qui frequenter
plagatus est caucius venientem ictum
excipit. Sic quia dyabolo sepe decipitur
subtilius postmodum versucias eius apprehen
dit et machinaciones subuertit. Et hoc est
quod multos videmus post magna scelera
virtutum summa conscendere et tanta virtute
omnes dyaboli conatus vincere se electos

alteretur ut in quo se prius periisse gaude
bat non iam spoliasse sed contra se armas
se videatur. Hoc quippe altum habet secretum
dei consilium est ut illud etiam electis pro
ficiat ad coronam quod inimicus sibi prestare
credidisse ad victoriam. libet itaque nunc con
siderare qualiter ex ipsis quas supra me
moravimus passionibus exercitia nascuntur
Ac deinde qualiter per ipsa exercitia circum
spectio augeatur. Quatuor enim sunt timor
cura necessitas affectus. Et ex hiis tribus
idest timore necessitate affectu nascitur
quartum scilicet cura. Quod enim timemus ma
xime sollicite studemus a nobis removere
et quod desideramus adipisci sollicite stude
mus obtinere. Et sic post affectionem pas
sionis sequitur cura sollicitudinis. et post
curam sollicitudinis sequitur conatus in
exercitio operationis crescit cautela circum
spectionis. Et quia ex vitio nature corrup
tionis nobis inest ut magis solliciti si
mus. pro eo adipiscendo quod perver
se concupiscimus vel eo evitando quod super
flue formidamus sic ut cautelam circum
spectionis quam in bonis studiis con
quirere negligimus per mala studia
facile acquiramus. Sepe qui mortem
anime non metuit mori in carne per
timescat. Et qui perpetuos iehenne cru
ciatus non considerat penas temporales
pati reformidant. Sepe qui illam con
fusionem que ante dei oculos et sanctorum
angelorum peccatoribus ventura est ti
mere adhuc non didicit vilis esse in
oculis hominum erubescit. Et pro hiis evi
tandis laborant homines quod servus dei
non solum fugienda non sunt immo
etiam non nunquam cum fructus eorum ag
noscitur appetenda. Similiter sunt multi
qui ante sine ieiunio egrotant et pro
cibo ventris comparando vehementer
nisidie insudant. Et sepe homines pro car
nalibus desideriis adimplendis plu
rimos labores graves et amaros libenter
tollerant quos pro amore eterne vite
vel ad modicum subire recusant cum econ
tra fratres electi sine intermissione labo
rant et affligant semetipsos ne desi
deria carnis perficiant. Qui etiam neces
sitatibus suis non sine timore deser
viunt timentes ne usque ad delectationem

effluant voluptatis. quod exigit inf
irmitas conditionis. Carnales autem quique
pro implendis desideriis suis libenter
labores tollerant fatis non tantum ope
sed et mente negantur. Et dum per experi
menta rerum multa discunt quas ex
ipsa occupatione sua prudentiores fiunt
filiis lucis in generatione sua. Sed
hii tales aliquando miseratione divina
ab errore suo conversi prava studia de
serunt. Sed prudentiam quam in pravis
studiis didicerunt non amittunt. Et
in bonis agendis tanto cautiores fiunt
quanto in malis perpetrandis prius stu
diosi extiterunt. Unde manifeste oste
nditur etiam hec eis profuisse que ad tem
pus delicti videbantur. propter quod supra
dictum est quatuor esse que exercent circum
spectionem timorem videlicet et curam
Necessitatem affectum. Tres autem sunt inda
ni vel carnales. timor militantis. timor
pene. timor mortis. quorum singuli suas
curas generant. Necessitas autem duplex
est. Alia in debito dandi. Alia indigentia
accipiendi. Aliter enim dicit necesse est tri
butum dari cesari. Et aliter dicit necesse
est escas dare ventri. Ideo necesse est ut
tributum des cesari. quia dari debes
Ideo necesse est ut escas des ventri quia
indiget accipere. Utrique enim exactor est
et cesari et ventri utrumque tributum
est et esca et pecunia. Sed si prorsus con
siderare volumus nimis nocet cesar tol
lendo pecuniam quam venter accipiendo
escam. Cesar enim semel hoc accipiendo pe
cuniam sollicitudinem tollit. venter autem
sine intermissione exigendo escam
nunquam nos sine sollicitudine esse permittit
Cesar auferendo pecuniam magis nos al
leviat. venter accipiendo escam et corpus
ingin parit et animam gravat. Cesar au
ferendo pecuniam per paupertatem humiliat
venter accipiendo escam per habundantiam
etiam ad vitia nos inflammat. Et ut
breviter concludam ergo per omnia mise
rabiliorem video eum qui servit ventri
quam eum qui servit cesari. Necessitas
ergo alia est in debito dando alia indi
gentia accipiendi et illa quidem que in
debito dandi est multis modis accipitur
Debent enim prelati subiectis providentiam
Debent subiecti prelatis obedientiam

Debent equales equalibus caritatem fraternam. Debent sapientes insipientibus doctrinam. Debent divites pauperibus elemosinam. Sed quia sine prudencia et circumspeccione iuste persolvere possimus quod debemus nec petendo impetrare id quo indigemus dum istis necessitatibus subiacemus quid aliud quam prudenciam et circumspeccionem credimus. Et sicut de timoribus dictum est sic et singule necessitates generant curas suas. Affectus est desiderium perfruendi. Desideria alia sunt bona alia mala. Et bona desideria sunt spiritualia. mala desideria sunt carnalia. Spirituale desiderium quasi vinum dulce sitientem inebriat. Carnale desiderium quasi vinum acidum et intoxicatum bibentes ante in furorem vertit aut necat. De illo vino dicitur: Et iam calix in manu Domini vini meri plenus vini videlicet quod letificat cor hominis. Et alibi: Calix domini inebrians quam optimus est et cetera multa de illo vino in scriptura dicuntur. De hoc autem vino dictum: Fel draconum vinum eorum et venenum aspidum insanabile quod exprimunt de botro amarissimo quod propinat Babilon de calice aureo fornicacionum suarum de quo inebriantur omnes gentes. De hoc etiam vino dicitur in evangelio: Omnis homo primum vinum bonum ponit et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. De illo autem vino dictum est: Tu autem servasti vinum bonum usque adhuc. Hoc carnale desiderium quasi peregrinus similibus infirmis menti generaliter ut lucide. Et hic est peregrinus de quo per Nathan ad David dicitur qui ad divitem venerat proprio parcendo ovibus relictis centum propriis ovibus unam oviculam pauperis auferebat. Desiderium enim carnalis concupiscencie quasi hospes peregrinus ad David venerat quando deambulans in solario domus sue Bersabee uxorem Urie se lavantem conspexit et adamavit. Tunc autem in pastu peregrini relictis centum ovibus suis unam oviculam pauperis occidit quando relictis multis uxoribus suis ad explendam voluptatem suam unicam Urie uxorem abstulit. Peregrini igitur suriculi mundo tenuis insignantur ut eum vestiant, quia sepe cernimus eos quos in ocio suo tepidos et qui minores ab eius operibus conspicit. Illicitis de-

desideriis ad tempus relucari permittit ut inmorati et circumspecti fiant. Qualiter autem isti affectus cum sunt mali hominem excecant difficile est agnoscere difficilius enarrare. Ille novit qui facit.

Secundo modo floret

Per disciplinam floret. In flore tria sunt: spes, species et odor que anima per similitudinem in bono opere invenimus. Sicut enim in flore futurus fructus promittitur ita in bono opere future retribucionis premium expectatur. Et eorum quibus bona opera cernimus ad sortem superne retribucionis pertinere speramus. Item sicut flos per speciem fulget et per odorem innotescit ita bonum opus per exemplum quidem fulget quo presentibus laudabile apparet et eos ad imitacionem accendit per odorem autem demulcet quo absentibus et longe positis per opinionem bone fame innotescit.

Tercio modo fructificat

Per virtutem fructificat. Fructus boni operis est virtus occulta recte intencionis sub flore enim boni operis quod foris per exemplum lucet quasi quid intus in mente absconditus fructus virtutis latet. Pro mercede quisquis vacuus a virtute bonum opus in oculis hominum foris exhibet velud arbor est que sine fructu floret. Quarto maturescit

Per pacienciam maturescit. Inchoata virtus non prodest nisi ad finem perducatur. Ac per hoc quisquis virtutem inchoat quasi tenerum in se bonitatis fructum format. Sed si virtutem quam incepit ante finem deserit velud non maturus non aptus esui ante tempus fructus cadit. Et ideo paciencia nobis valde necessaria est ut in bono quod per Dei graciam recte inchoamus constanter usque in finem perseveremus. Quinto carpitur

Per mortem carpitur quando fructus maturus est tunc decerpitur ut ad patrisfamilias mensam veniat. Et nos cum ad modulum nostre perfeccionis perducti fuerimus ab hac vita per mortem perducimur ut ad convivium regis eterni transferamur. Et hoc est quod in cantico amoris sponsa ad dilectum suum loquitur dicens: Veniat dilectus meus in ortum suum et comedat fructum pomorum suorum. Et ipse verecunde ad ipsam respondet: Veni in ortum meum soror mea sponsa messui mirram meam.

tum aromatibus meis comedi fa
uum mellis m. 2 v. 8 m. c. l. m. per mor
tem ergo carpimus vt quam fructus bene
redolentis in nuptiis eterni regis prese
ntem Nos ibi tibus dei creuimus quia
ibi complacebit deo in nobis et ipse
nobis vel erit quia delectabuntur in eo
facie ad faciem gloriam eius contemplantes
ita vt illud prophete compleatur in nobis
Saciabor cum apparuerit gloria tua
Concludamus ergo summum perfectionis
gradum et dicamus Capitulum quinquagesimum primum

Pax et contemplacio tibi Iste est cibus
Ista refectio de qua psalmista dicit
Adimplebis me leticia cum fa
cie tua delectaciones in dextera vsque in
finem Amice Ecce arbor sapientie intra per
quindecim gradus vsque ad summum incre
mentum peruenit Sic autem numerus magis
misterio consonus est Primum quia ex se
ptem et octo componitur Septenarius vero
presentem vitam que septem diebus currit
significat Octonarius vero qui post septem
venit eternam vitam designat Septenarius
vero ad vetus testamentum pertinet in quo
promittuntur bona temporalia Octonarius autem
noue testamento congruit in quo
sperare iubentur eterna Prestat ergo per
septem et octo sapientia per septem in
cipiat et octo ad consummationem pertingat
Prima sapientia sicut a deo terrena per
bona Secunda sapientia et maxima
sic a deo deum desiderare Item siquidem
duplicatur xv efficit et sapientia si ad
iuncta caritate per dilectionem dei geminetur
vsque ad conformitatem etatis plenitudinis
Christi nos perducat Item in quindecim
medius idem est qui et octauus hinc inde
habens septenarium et satis claret quod sep
tenarius ad requiem hic maxime pertinet
eo quod septima die requieuit ab omni
opere domini quod patrarat Aurum per
fectam promittit deus suis dilectoribus
sabbatum pro sabbato et mensem pro men
se hoc est requiem pro requie perfectionem
pro perfectione pro requie mentis requiem
mentis et corporis pro requie qua non
consenciunt malis requiem qua nulla
senciunt mala Item pro perfectione operis
perfectionem retribucionis Item est enim quod
dicit sabbatum pro sabbato ac si dicat re
quiem pro requie et quod dicit mensem
pro mense ac si dicat perfectionem pro per
fectione Prima igitur requies primum

De requie

sabbatum nobis est dei in presenti vita ces
sare a malo Est secundum sabbatum adipiscimur
in eternum ut in eternum requiescamus cum
Christo Sed quisquis hoc modo a malis
sabbatizare proponit necesse est prius quam ad
illud futurum sabbatum veniet multa in
hoc mundo aduersa paciatur Et ideo in
arborem sapientie octauo gradu inter
septem et septem quasi inter sabbatum et
sabbatum tollerancia laboris figitur
in medio vnitatis centro cum dicitur
per caritatem roboratur Sunt magnas
enim tribulaciones necessaria est robusta
caritas et hoc est quod dominus in ewangelio
cum septem beatitudines enumerasset in
octaua ad tolleranciam passionis mo
nuit dicens Beati qui persecucionem pa
ciuntur propter iusticiam Nam quod ibi dicitur
Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam
hic dicitur per caritatem roborari Sed iam
dum intendentium racionum exposicionem pro
sequimur longius a proposito digressi sumus
Vnde et de hoc quoque veniam postulamus
quia ut verum fatear sepius in hoc
tractatu inuenimus cum inuecta scribemus
Nichil Neque enim vel in hoc meam insipie
nciam fateri erubesco Nunc ergo ad propositum
reuertentes ad fabricacionem arche sapientie
prosequamur Incipit liber quintus vbi et
de quo edificanda est domus dei

De edificacione domus domini
loqui volumus Si tamen nos
qui indigni sumus loqui de
tanta re digne aliquid pos
simus sed si ex nobis sufficien
tes non sumus potens est ille sufficienciam
prestare nobis sine quo digne de deo no
dicam loqui sed nec cogitare quicquam ydo
nei inuenimur Primum designandus est locus
in quo edificari oportet domum domini
Deinde describenda materia locus est cor ho
minis materia cogitaciones munde Ne
mo se excuset Nemo dicat Non possum
edificare domum domino Non sufficit tanti
impendiis tenuis paupertas mea Cui
et hic locus deest vbi et pegno et in
terra aliena degenti hoc opus est regnum
hoc opus multorum opus est plurimum
Ergo vero quomodo edificabo domum domino
Cur sic cogitas homo non hoc exigit
a te deus tuus non dicit ut fundum
emas alienum ad amplia atria tua
Cor tuum inhabitare vult hoc amplifica
hoc dilata Dilata inquit quia magnum

est dominus et nescit in loco angusto ha
bitare. Dilata ergo cor tuum ut capere possis
quem capere non potest mundus. Dila
ta cor tuum ut habere merearis hospitem
deum. Et non sicut consuetudo est ut
hominis unius noctis hospitem sed eternum
habitatorem. Dilata ergo cor tuum quia si
tu in dilatando deficis ipse tibi dilata
bit cui ille aliquando dilatatus ab eo
dixit. Viam mandatorum tuorum cucurri
cum dilatasti cor meum. Et de impensa
quid dicam. Non necesse maria transire
et ignotas exquirere regiones ad compa
randas lapides preciosos et marmora ele
cta et cedros excelsas masas de liba
no per alta maria navibus conductis
advehere. Aut nescio quot innumerosa artifi
cum milia congregare qui et thezau
ros regum attenuare possent. Nichil
horum a te postulatur. Intra et de te fa
bricabis domum domino deo tuo ipse ar
tifex eris. Cor tuum locus et cogitationes
tue materia. Nec timeas imperitiam tuam
qui hoc a te requirit peritus est artifex
et alios quos vult artifices facit. Multos
ab eo eruditos testimonio divinarum
scripturarum didicimus. Ipse Noe archam fabri
care docuit. Ipse Moysi ad cuius simi
litudinem archam fabricaret exemplar o
erudivit stendit. Ipse Bezeleel erudivit. Ipse Sa
lomonem ut edificaret templum plenum
eius sapientia illustravit. Paulum quoque
apostolum architectum fecit et multos
alios quos nunc enumerare longum est.
Et postremo nullus doctus fuit qui
ab eo non didicit. Et quisquis ab eo
discere meruit nemo imperitus remansit.
Sed et si de operibus eius audire ali
quid delectat omnia hec que vides ipse
de nichilo creavit. Ipse admirabilem
mundi huius machinam fabricavit. Ipse
singula que qualiter informas et speciem
precedida erant excogitavit. Et totum uni
versorum pulcritudinem ipse condidit. Per
pende igitur quanta in rebus invisibi
libus possit qui hec visibilia tam mi
ra ratione disposuit. Hunc ergo invoca
hunc ora hunc obsecra ut te quoque
docere dignetur. Invoca eum dilige eum
hoc est enim invocare eum diligere
eum. Dilige ergo eum ut ipse ad te
veniat et doceat te sicut promisit
diligentibus se. Si quis diligit me

sermonem meum servabit. Et pater meus
diliget eum et ad eum veniemus et
mansionem apud eum faciemus. Non di
xit facta mansione veniemus sed veni
emus primum et mansionem apud eum faci
emus. Ergo et sic intelligo quod nunquam mundi
cordis amator apud nos manere non pos
sit nisi prius ipse sibi in nobis mansionem
fecerit. Ipse quippe est sapientia de qua
dicitur. Sapientia edificavit sibi domum.
Et in alio loco ipsa sapientia ubi et unde
domus eius constructa sit manifestat
dicens. Ego sapientia habito in consilio et
eruditis intersum cogitationibus. Et
alibi sedes sapientie appellatur anima iusti.
Constat ergo quod in corde hominis de co
gitationibus sensatis sapientia domum
sibi fabricare facit. Tria ergo sunt lo
cus materia et artifex. Et sicut diximus
locus est cor hominis. Materia cogitationes
cordis. Artifex autem duorum est dei vide
licet et hominis. Simul operantur hii duo deus
enim qui dignatur cum homine habitare non
dedignatur cum homine habitaculum sibi pre
parare. Proinde non debet homo suam
imperitiam aut infirmitatem considerans de
sperare. Sed eum potius qui secum opera
ri dignatur attendere. Deus enim est virtus
et sapientia et non potest aliquis aut cum vir
tute deficere aut cum sapientia errare ma
nere cum idem ipse sit qui et nobis ope
rantibus bonum cooperatur et non operan
tibus ut velimus et possimus operari
bonum largitur. Dei quippe opus in no
bis nobiscum est et nostrum apud in
nobis ab ipso est et opus in nobis no
biscum est nostrum adiutorium et no
strum opus in nobis ab ipso est. Sed
iam hiis dictis ad ea que proposuimus
veniamus idest ut postquam agnoverimus
ubi et unde et cum quo operari habeas
nunc qualiter operari debeas agnoscas. In omni
edificatione tria sunt precipue con
sideranda. Ordo dispositio et definita di
mensio idest huius principium et finem deter
minatio. Superest igitur nunc ut inquira
mus qualem oporteat esse ordinem et
dispositionem cogitationum nostrarum ut ex eis
constituamus domum dei. Deinde ea
diligenter considerare. Considerandum est
qua ratione domus hec quam ad
inhabitandum deo edificamus definitam
dimensionem recipere possit cum ipse eius

inhabitator deus infinitus sit et universitas quod principaliter investigandum proposuimus primum prosequamur

De duobus dei condicionibus et restauracionis

Omnium rerum universitas quantum ad nostre intelligencie capacitatem pertinet et infinitus est quia a nobis comprehendi non potest. Ubi autem non est deffinicio non est certitudo, et ubi certitudo non est confusio est, ubi vero confusio est ordo esse non potest. Hinc ergo procedit quod dum corda nostra ad appetitum terrenarum rerum immoderate laxamus, aborta mox magna cogitacionum turba ista in diversa mentis nostre rapitur ut ipse naturalis quoque discrecionis ordo turbetur. Nam quia res mundane quas inordinate appetimus infinite sunt, cogitaciones quoque quas ex ipsa rerum memoria in nobis concipimus finite esse non possunt. Nam dum per singula momenta alie ex aliis exorientes multiplicantur prodeunt nec ipsi eos comprehendere valemus unde vel quo modo ad cor veniunt aut a corde recedunt. Proinde si ordinatas et stabiles ac quietas cogitaciones habere volumus, ab hac immoderata distractione cor nostrum cohibere studeamus. Hoc autem fieri poterit si certas quasdam et determinatas res nobis prescribamus in quibus assidue et intencio cordis nostri versari et meditacio exerceri possit. Terrena enim sunt prout infinita dispersa in eadem semper persistere immoderate vagari quorum unum habere non possumus, unum tenere non debemus. Et ideo hoc solum superest ut quia adhuc ubique totaliter stabiles esse non possumus interim saltem ab immoderata distractione corda nostra colligamus ut dum semper nitimur minus instabiles fieri semper magis ac magis incipiamus veram stabilitatem imitari. Et ut loquimur per exemplum manifestius fiat constituamus tres res una in imo altera in summo tercia in medio. In imo ponamus mundum, in summo deum, et in medio collocemus humanum animum. Deinde consideremus deorsum in mundo isto magnam quandam et horribilem omnium rerum confusionem et infinitatem humanarum mencium distractionem. Sursum autem apud deum perpetuam et incommutabilem stabilitatem. Post hec imaginemur humanum animum de hoc mundo sursum ad deum ascendere et in ascendendo magis ac semper magis in unum sese colligentem. Et tunc spiritualiter videre poterimus formam arche nostre que in imo lata fuit et sursum in ascendendo angustior surrexit quousque ad mensuram unius in cacumine suo perveniret. Similiter enim nos de hoc profundo de hac convalle lacrimarum per quedam incrementa virtutum quasi per quosdam gradus in corde nostro dispositos ascendentes paulatim in unum colligimur quousque ad illam simplicem unitatem et veram simplicitatem eternamque stabilitatem que apud deum est pertingamus. Nemo subito perfectus fit, sed proficiendo quisque ad perfectionem tendet. Cui quidem adhuc locus in quo proficere possit non deest, dum ad summam perfectionem pervenit. Hic si volumus considerare possumus modum operacionis nostre. Omnipotens enim deus cui nil impossibile est posset utique si vellet eos quibus misereri proposuit de laboribus et erumpnis de periculis vite presentis que temptacionibus plena est subito et absque dilacione ad eterne vite stabilitatem transferre. Sed vult ut electi sui per varias tribulaciones et temptaciones plurimas purgandi crescant ut cum per multos dolores ad eum redeant discant quam longe ab eo peccando discesserant. Dum enim viam per quam abierunt peccando penitendo non translati sed reducti pergunt, ex ipsa diuturna ac tanta itineris fatigacione agnoscunt quia de longinquo adducti sunt. Et hoc totum fit ut hominibus dei gracia commendetur ut tanto ardencius deum diligant quanto se ab eo nec tamen longe fuerint viderint. De electis sicut per prophetam Ysaiam ipse promisit dicens: Adducam ab oriente semen tuum et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni da et austro noli prohibere. Affer filios meos de longinquo et filias meas de extremis terre. Potest unusquisque nostrum qui memor fuerit et agnoscit ubi sit in se ipso fortassis videre quomodo homo per divinam misericordiam de longinquo adducatur et de dispersione sua in unum colligatur. Restat nunc ut consideremus que sunt res ille quas supra diximus in quibus

exterius oportet animum ut paulatim
assuescat se ab huius mundi distra-
ctione retrahere et ad illam summam
stabilitatem in contemplacione dei robora-
tus assurgat. Quod sic videri potest

De duobus dei operibus condicionis et restauracionis

Omnia opera dei propter hominem
facta sunt sive ea que pertinent
ad primam condicionem hominis sive
ea que facta sunt ad hominis reparacionem.
Ad condicionem hominis pertinet creacio
mundi videlicet celi et terre et omnium que
in primordio facta leguntur. Ad re-
paracionem hominis pertinet incarnacio verbi
et omnia que vel ante ipsam incarna-
cionem ab inicio ad ipsam prefigurandam
et pronunciandam processerunt vel que post
eam usque ad finem mundi propter ipsam
predicandam et credendam sunt. Cum autem
secundum illa prima opera que ad condi-
cionem hominis pertinent omnium deus sit quia
ipse omnes creavit et hec temporalia bona
indistincte omnibus bonis et malis tri-
buit. Secundum illa opera que ad reparacionem
hominis pertinent non omnium deus esse voluit
sed eorum tantum quos ante tempora se-
cularia in proposito bone voluntatis sue
elegit ut eos certo tempore vocaret et iustifi-
caret et glorificaret in dilecto filio suo
domino nostro ihesu cristo. Unde est quod in sacra
Nota scriptura specialiter quorundam se deum appellat
sicut est illud Ego sum deus abraham
deus ysaac et iacob. Quia sicut dictum
est deus omnes creavit non omnes redemit
sed alios per misericordiam salvat et alios
per iusticiam dampnat. Igitur que ad re-
dempcionem hominis facta sunt non ad
omnes pertinent sed ad eos tantum qui sunt
salvi. Et sicut omnes non sunt ita eciam
apud omnes non sunt facta nec ad
noticiam omnium pervenerunt. Sed facta
sunt certis quibusdam locis et temporibus
et circa certis personis secundum altitudinem
divini consilii ad hoc ordinata. Cum
enim deus secundum omnipotenciam suam
multis modis ad restauracionem hominis
uti potuisset, hunc tamen potissimum ele-
git qui nostre infirmitati convenientior
sunt ut opus misericordie sue non

solum potenter et iuste sed et sapienter
impleret. Primus autem homo deum
creatorem suum cum eum per contempla-
cionem presentem aspiceret. Nunc autem homo
creatorem quem non videt per speciem querit
per fidem. Primus homo sine labore stare
potuit et sponte cecidit. Nunc autem homo
sponte surgens ad deum eciam per tormen-
ta redit. Ordinatissimum igitur est de humana
reparacione dispensacionis consilium ut qui
sponte cecidit non coactus sed sponte sur-
gat et qui per liberum arbitrium infirma-
tus est sanitatem non recuperet donec per
liberum arbitrium sanari velit. Hoc autem
ex nobis non est ut velimus sed deus hoc
in nobis operatur. Gracia enim dei prevenit et
excitat liberum arbitrium nostrum ut possit
velle sanari quia a se non potest velle sa-
nari qui potuit infirmari. Hoc igitur
est quod nunc in electis agitur ut vi-
delicet in presenti vita ad futuram beatitudinem
preparentur ut homo in hac felicitate positus
mereatur ad illam felicitatem ascendere.
Sicut primus homo in illa felicitate po-
situs meruit ad hanc infelicitatem de-
venire. Sed illud meritum quo homo in-
felix esse meruit tantum nostrum ex homine
fuit. Hoc vero meritum quo eternam feli-
citatem meretur non ex homine est sed gracia
dei hoc in homine operatur. Non igitur sine
causa fit quod deus hominem post primam
cecitatem ignorancie revocans sic cognicionem
suam ab eo temperat ut innotescat et quid
tamen semper maneat occultus. Si enim ita
aperte se manifestaret hominibus ut nullus
de eo dubitare posset tunc nec fides me-
ritum nec infidelitas inveniret locum. In-
notescit igitur ut fides mereatur et cum occul-
tus permanet ut infidelitas convincatur.
Occultus permanet ut fides probetur. Inno-
tescit ut infidelitas condempnetur. Quia
enim et fideles aliquid habent unde dubi-
tare possent. Et infideles unde credere
valuerunt si vellent. Iuste et illis pro fide
reddetur premium et istis per infidelitatem
eternum supplicium. Placuit autem deo
ut beatitudinem quam gratis daturus
erat homini prius hominem promereri faceret
sit tamen ut ab ipso esset et meritum

et menti per unum differt igitur dare quod
datum est idest plenam sanitatem ple
nam cognicionem plenam felicitatem et inte
rim per fidem illuminat mentem cecitatem
et per spem proficiendo ad manifestam
iubilacionem perveniemus cuius claritatem
hoc est quod ab inicio raro cum paucis
obscure in absconditis locutus est deus

Scrutemini scripturas et invenies
vix unquam deum in multitudine
locutum sed quoteinscumque homi
nibus innotescere voluit non gentibus
et populis sed singulis vel admodum paucis
et a communi hominum frequencia segregatis
vel per nocturna silencia vel in campis
vel in solitudinibus et montibus se ma
nifestavit Sic locutus est cum noe cum
abraham cum ysaac cum prophetis de
inde in carne apparens nisi tamen quamvis
manifeste locutus sit mundo tamen
discipulos ut illis gloriam suam mani
festaret seorsum in montem duxit quibus
et alibi dicit Vobis datum est nosse mi
sterium regni dei ceteris autem in parabolis
Et rursum quod dico vobis in tenebris
dicite in lumine et quod in aure auditis
predicate super tecta Sed nec illi antiquo
populo legem dedit in egipto donec e
duxisset eum in solitudinem deorsum
Neque ibi palam omnibus sed moyses solus
ascendit in montem ut legem acciperet
Unde est ergo ut semper in secreto loquitur
deus nisi quia nos ad secretum vocat
et quod cum paucis nisi ut nos colli
gat Considerate hic duo que deus
colligit et ad secretum vocat Primus
homo antequam peccaret non opus habuit
ut ei extrinsecus loqueretur deus quia
aurem cordis intrinsecus habuit qua
vocem domini spiritualiter audire posset Sed
postquam foris ad swasionem serpentis aurem
cordis apparuit aurem ad vocem dei clau
sit Prima ergo homo auditum interius
perdidit quo deum loquentem audiat
renovans nos deus ad se foris clamat
sed cum loquitur sed semper occultari no
lens se subtrahit et mentem humanam
et per hoc quod loquitur de se ammoneat
et per hoc quod se occultando fugit ad
se trahat Imitetur cum desiderium nostrum
ut augeat quia et loquendo amorem

suum in nobis excitat et fugiendo ut se
sequatur inflammat Tale enim est cor homi
nis ut si quod diligit adipisci non
valeat amplius desiderio inardescat
Sic in canticis canticorum sponsus vel
stat post parietem prospiciat per fene
stras et cancellos ut quasi lateat et
non lateat mittit manum suam per
foramen tangit sponsam sono depres
so tenui voce vocat eam et dicit Veni
amica mea sponsa mea columba mea
Ecce yemps transyt imber abiit et
recessit flores apparuerunt in terra vox
turturis audita est in terra nostra Illa ut
audit sponsum adesse surgit mox fe
stinat aperit pessulum ostii sui et
quasi venientem excepturam brachia ad
amplectendum parat Vix tolleat vix su
stinet vix expectat liquescat anima eius
ardet cor eius fervent precordia eius
exultat gaudet tribus tripudiat iocundatur
venit obviam venienti Sed ille cum iam
teneri putatur declinat et subito quasi
de mediis elapsus amplexibus Unde
est hoc dum non querit querit dum
non vocatur venit dum autem queritur
declinat et dum vocatur fugit Si non
diligit quare venit aut si diligit quare
diligit ante et ideo venit sed quia hic
non diligit ideo fugit Unde est hoc
quod dicit hic non diligit in hoc mundo
in hoc seculo in hac terra in hac patria
in hoc exilio Sed vocat nos ad terram
suam ad patriam suam quia non decet
talis amor patriam istam in minuto
amoris esset vitalis regionis Secundum
amor amenum querit locum Ideo tamen
dat nobis terram suam Ideo dicit flores
apparuerunt in terra nostra Nunc flore
tes arborem dederunt vox turturis au
dita est in terra nostra ut cum compescamus
talem regionem ut desideremus talem patriam
ut sequamur maneamus eam Ubi nos
amat Ubi amore nostro fervi desiderat Ubi
amplecti a nobis postulat Ubi sequentes
se non fugit et venientes se expectat
Offert ergo dum non querit ut nos
ad amorem suum accendat dum queritur
fugit ut nos post se currere faciat Nisi
enim prius ipse se nobis ostenderet nemo
eum diligeret Et nisi dum queritur
fugeret nemo eum sequi vellet flores
inquid apparuerunt in terra nostra non in
terra mea sed in terra nostra ut eam

Vt etiam communicaret nobiscum quod
dicet fidelis vobis assum mitiamus indi
quod testor audivi quod loquor noli
te timere Nolite diffidere nolite hesitare
Sequimini quo voco quia unde estis
unde venio Non habetis hic manentem
patriam civitatem peregrini est quod in
solitis Alumde hic venistis Si patrie
vestre memores essetis utique peregrina
tam non diligeretis propterea et ego veni
ut vos educam huic dimiso non ut vo
biscum hic permanerem Et ideo de abscondi
to ad vos clamo quia vobiscum tan
tum non permanere volo Ideo de longe
quo vos voco quia ad reditum festino
Sufficit tibi me processisse ut audiri pos
sim Dampnum me pati estimarem quod
super est me pergerem Gravius est annus mo
sa Flores apparuerunt in terra nostra
Discite quantum nos festinare debetis
Dum me sic fugientem cernitis non
venissem nisi vos diligerem non fugerem
nisi vos post me trahere vellem Hec est
causa quare deus semper in abscondito
loquitur Similis ratio est quare obscure
loquatur Sicut in lege et prophetis et in
ewangelio per parabolas et enigmata lo
cutus est Aliquid est enim ut sub figuris
verborum abscondantur secreta misteri
orum intellectu quia cito vilescerent si
passim omnibus paterent Ita enim veritas
et per inquisicionem fideles exercet et ne ab
infidelibus inveniatur occulta permanet
Istos dum difficile invenitur maiori de
siderio inflammat illos dum animo impe
dimento non excitat Et eodem ergo et fi
deles proficiunt et infideles cadunt quia
et illi humiliter audiendo et fideliter inqui
rendo verba dei ad agnicionem veritatis
perveniunt Isti autem vel negligendo vel
contempnendo vel perverse intelligendo
nunquam ad veritatem pertingunt

Quare tam paucis loquatur deus

Iam diximus quare obscure et in
abscondito loquatur deus nunc re
stat dicere quare cum paucis et
raro loquatur Primi hominis natura ita
a deo ordinata et instituta fuerat ut
anima que corpori preerat per sensus
quidem corporis ministeria impleret sed intus
per racionem ad creatorem suum semper
intenderet hoc est ut membra corporis sensi
ficando foris ad agendum moveret sed
intellectum et desiderium intus ad solum
creatorem dirigeret et inde foris ageret
quod ex eius dilectione non procederet
et ad eius dilectionem non pertineret Ita
ut omnem actum et caritas imperaret
et racio disponeret et sensus impleret
atque perficeret Quamdiu ergo huiusmodi or
dinem nature sue tenuit quamvis foris
per actiones variaret intus tamen per inten
cionem et amorem stabilis permansit quia
unum intendebat licet per unum multa fa
ciebat et cum voluntatis atque actionis
suarum finem ad unum referebat et indefes
sa mentis acie unum iugiter respiciebat
creatorem suum Unde nec dubitare de cre
atore suo poterat Cum semper mens per
contemplacionem presens erat Cuius visio et
cognicionem cor eius illuminat et per amo
rem stare et requiescere facit Sed postquam
vero per prevaricacionis sue eiectus est a fa
cie domini factus est cecus et instabilis
Cecus per ignoranciam mentis Insta
bilis per concupiscenciam carnis quibus
ab illo in omnem posteritatem diffusis
omnia mala exorta sunt per ignoranciam
enim ad hoc tandem devoluti sunt homines
ut creatorem suum non agnoscerent Et aut
omnino deum esse non estimarent aut divini
tatem hiis qui non erant dii attribue
rent per concupiscenciam vero infinitis cr
ebris distracti et dissipati sunt Necesse
enim fuerat ut per concupiscenciam terrena
rerum que videbantur immoderate
diffluerent qui tenebris ignorancie ipsi
alia invisibilia bona esse nescirent Vo
lens ergo deus ab hac distractione cor
da nostra colligere et ad interna gaudia
contemplanda revocare foris loquitur ut
nos intus redire amoneat Sed quia
mens visibilibus assueta nescit ad invi
sibilia tam cito consurgere Ideo voluit
ipse etiam quedam visibiliter operari mirabilia
in quibus nostrum affectum excitaret et suam
nobis caritatem communicaret Hec autem sunt
specialiter illa que ad reparacionem hominis per
tinent Nam ea que ad condicionem facta sunt
magis nobis potenciam opificis indicant
Ea vero que ad redempcionem hominis facta
sunt precipue ad caritatem spectant Hec
ergo operatus est deus ut qualem erga
nos haberet dilectionem ostenderet et nos ab
amore huius mundi ad amorem suum
revocaret Hec igitur opera ita moderari vo
luit ne infinita essent que animum

de hominis primi dignitate et lapsu plura hic

nostrorum tempus colligendi erat in comparatione
sua distraxit et cum multa essent ut
cunctorum animos perfecte ad huius stabilitatis
impatientes rerum varietate delectarent
postea elegit unam gentem et unum locum
ubi sacramenta non ad unius gentis
tantum sed ad salutem totius mundi pertinen-
tia initiaret. Et unitas ubique commendaretur
et humanus animus intus et foris ad uni-
tatem revocaretur, sicut ab uno salvatore est sa-
lus omnium, ita etiam ab uno loco et ab uno
populo manaret salutis initium. Cum enim ipse
nos omnia fecerit, sic utique fecit sicut nobis
magis expedire cognovit. Fecit autem per-
hominem, fecit partim per angelos, partim per
semetipsum operatus est. Plurima per homi-
nes, multa per angelos, per semetipsum
pauca. Propterea ut deinde in meditatione
eorum humanus animus de factis
hominum ad facta angelorum et de factis
hominum angelorum ad facta dei ascendendo
pervenit. Paulatim se in unum colligere
assuescat et quanto magis multiplicitatem
evadit, tanto amplius ad veram simpli-
citatem appropinquare incipiat. Deus ergo deinde
raro et cum paucis loquendo mentes nostras
in unum colligit, absolute autem et in abscon-
dito loquendo sursum ad se trahit.
Quid aliud quam ut ita dicam invisibilis
cum deo eruditio in cordibus nostris formam
fingit. Cum unus ergo omnia opera sua pro-
hominem fecerit, alia tamen voluit esse opera
illa que sanis exhibent obsequium atque
alia que infirmis conferunt remedium. Pro-
fuerat enim mundus sano serviens et non poterat
egrotum reparare. Proinde post illam primam
rerum conditionem que facte fuerant ut stan-
tibus subessent, necesse erat alia facere
que iacentes erigerent, que tanto digniora
prioribus sunt quanto magis necessaria, et quanto
dignitatem precedunt tanto prolixiori
tempore currunt. Illa enim sex diebus
facta sunt, ista sex etatibus fiunt. Sex
diebus facta est rerum conditio et sex
etatibus perficitur hominum reparatio.

Aliter electi aliter reprobi divina opera pensant

Sed sciendum quod opera divina aliter
electi atque aliter reprobi pensant.
Electi namque opera restaurationis
preferunt operibus prime conditionis,
quia illa ad servitutem, ista ad salutem
facta sunt. Sed econtra reprobi plus
amant opera conditionis quam opera
restaurationis, quia presentem querunt de-
lectationem non futuram felicitatem. Philoso-
phi gentilium superstitiosa quadam curiosi-
tate naturas rerum idest opera conditionis
investigando in cogitationibus suis eva-
nuerunt. Philosophi christianorum opera restau-
rationis iugiter memorando meditando
omnem a cogitationibus suis vanitatem
repellunt. Electi restaurationem suam con-
siderantes igne divini amoris inarde-
scunt. Reprobi autem pulchritudinem rerum
conditarum perverse amantes ab amore
dei refrigescunt. Reprobi dum rebus tran-
sitoriis cogitationes suas immergunt,
creatoris sui obliviscuntur. Electi autem
creatoris oblivisci non possunt, de cuius
una semper etiam sua recreatione meditantur.
Reprobi dum temporalibus inhiant, cogitationem
eternorum perdunt. Electi autem dum temporalia
beneficia dei recolunt, ad agnitionem eter-
norum proficiunt. Reprobi per visibilia ab
invisibilibus cadunt, electi autem per vi-
sibilia ad invisibilia ascendunt. Sed
sciendum est quod alia sunt illa visibilia de
quibus ascendunt, alia sunt illa per
que ascendunt. De operibus conditionis
per opera restaurationis ad conditionis et
restaurationis auctorem ascendunt.
Ascensus autem isti non extrinsecus sed in-
trinsecus cogitandi sunt per gradus in
corde de virtute in virtutem dispositos. Quod sic
fortasse facilius intelligere poterimus.

Quod duo sunt mundi

Sicut duo opera idest opera conditionis
et opera restaurationis distinximus,
ita duos mundos esse intelligamus,
visibilem et invisibilem. Visibilem quidem
hanc machinam universitatis quam corporis
oculis cernimus, invisibilem vero cor hominis
quod videre non possumus. Et sicut in di-
ebus Noe aque diluvii universam terram
operuerunt, sola autem archa aquis super-
ferebatur et non solum mergi non poterat
immo et quanto amplius aque intu-
mescebant tanto altius sublimius
elevabatur, ita et nunc intelligamus in
corde hominis concupiscentiam huius mundi
esse quasi quasdam aquas diluvii, ar-
cham vero que desuper ferebatur fidem christi

que transitoriam delectacionem captat et abea
que sursum sunt eterna bona anhelat
Ideo ante aliquis comparat concupiscen-
ciam huius mundi quia fluxa est et lu-
brica et ad similitudinem aque deorsum
currentis semper yma petit quamsepe sequa-
ces instabiles et dissolutos reddit. Si-
militer autem homo ad cor suum vide potest
iterum et semper quomodo concupiscencia mea
que deorsum transitoria sunt defluat et
fides in ea que sunt bona perpetua tendat
Sed cum scriptura dicat concupiscenciam
in carne habitare fidem in corde. Quo-
modo in corde utramque esse affirmamus
nisi quia tunc concupiscere dicimur carne
quando corde carnaliter concupiscimus
Utrumque tamen cordis est et concupiscere
et credere. Sed aliud est quod hoc quod terrena di-
ligit aliud ex hoc quod celestia querit. Ideo
concupiscencia deorsum est fides sursum
Concupiscencia ex carne cordi innascitur
fides non a carne sed a deo cordi inspi-
ratur. Proinde dominus cum fidelem petri
confessionem laudaret Caro inquid et san-
guis non revelavit tibi sed pater meus
qui est in celis. De concupiscencia autem
paulus dicit Non ego operor illud sed
quod in me habitat peccatum. Et quid sit hoc
eo alio loco definiat. Scio inquid quia
non habitat in me hoc est in carne mea bo-
num. Sursum quod peccatum ipsum quod in carne
habitare dixerat quid sit alibi declarat In
spiritu ambulate et desideria carnis non
perficietis utique desideria carnis concupiscen-
ciam appellans. Igitur concupiscencia in
carne habitat hoc est deorsum in corde fi-
des vero non in carne sed in spiritu hoc est sur-
sum in corde. Illud tamen diligenter con-
siderandum est quod apostolus cum dixisset spiritu am-
bulate et desideria carnis non perficietis
et non dixit non senciatis sed non perfi-
cietis manifeste declaravit quod homo quam-
diu in hac vita est concupiscendi inesse
necessitatem ex corrupcione primeve nativi-
tatis adiuvante tamen gracia dei ut eidem
concupiscencie non consenciat nulli
impossibile. Propterea alibi dixit Non regnet
peccatum in vestro mortali corpore quasi diceret
Non potest fieri ut in vestro mortali corpore
peccatum id est fames peccati incentivum viciorum
stimulus concupiscencie non sit sed ad-
iuvante gracia dei fieri potest ut non
regnet ut non presit impossibile est ut

Spiritu ambulate

illud non senciatis sed non necesse est ut
in illud consenciatis. Igitur animus humanus
quamdiu in corde suo sentit diluvium con-
cupiscencie patitur. A quo nullus nisi per
archam fidei liberatur. Ubi malus homo
periturus ambulans mergitur et bonus
homo in profundo maris mersus non noce-
tur periculositatis prosus naufragium quod in-
est. Ve ei qui ibi periclitatur nullus portus
illi tutus est nulla statio secura nulla
serenitas tranquilla qui intrinsecus
concupiscencie sue estibus iactatur et insa-
ciabili libidinum voragine absorbetur.

Hic considerate possumus tres mane-
rias hominum alios qui intus dilu-
vium habent et non archam Alios
qui diluvium et archam intus habent
sed in archa non sunt. Alios qui in dilu-
vio et archa et in archa manent. In dilu-
vio sine in archa sunt infideles quos
carnis desideria involvunt qui preter
vitam transitoriam aliam esse nesciunt
In diluvio archam habent sed in ea non
manent hii qui iam per fidem post huius
mutabilitatis finem vitam immutabilem
esse venturam credere didicerunt sed per
vitam habent temporalium rerum delectacionem ani-
mum suum subiciunt. Dicit enim scriptura
Ubi est thezaurus tuus ibi et cor tuum. Ubi
est delectacio tua ibi et cogitacio tua Ubi
vero est cogitacio tua ibi est intencio. Homo
habitacio. Verum ubi quisque semper inten-
cionem hominis habitare dicitur ubi cogi-
tacione versatur. Itaque hii qui delectacionem
cordis sui in vanitatem huius mundi
constituunt quamvis archam fidei habeant
intus tamen naufragi sunt ut tacea-
mus de ceteris mundi amatoribus quot modo litte-
ratos cernimus qui cristiani vocari volunt
et cum ceteris fidelibus ecclesiam intrant
et de sacramentis cristi participant in cor-
dibus quorum sepius est memoria ba-
chi et iovis herculis aut martis sive
achilis et hectoris palluciis et castoris
socratis platonis et aristotilis quam
cristi et sanctorum eius Virgilius po-
etarum diligunt et vitatem divinarum
scripturarum aut negligunt aut quod
peius est irrident et contempnunt. Videant
nunc quod eis prosit foris ecclesiam ingredi
et intus in corde a fide formari. Ego
illos pronuncio quia illis in fine sociandi
sunt quos nunc in cogitacionibus suis
per affectum cordis fieri coniungunt
et quorum vitam diligunt eorum illic

De prius antiquis

supplicij participes erunt Quid illis pro
dest habere fidem et non manere in
fide Quid illis prodest navem integram
habere In fluctibus naufragium non di
co pati sed cadere vel se iacere sponte Quid
prodest veritatem cognoscere et falsitatem
diligere non sunt tales qui vere fideles
sunt vobis sicut quales sunt audi qualis
unus illorum fuerit et tales omnes
intellige dissimiles eius esse non possunt
qui veritatis unius sunt Audi ergo quid
de illo dicitur lex dei eius in corde ipsius
hoc est archam intus habere Et quia
fortassis hoc non sufficit audi iterum
In lege domini voluntas eius hoc est
in archa habitare hic perfectus qui diligit
quod credit ut habeat fidem operantem
ex dilectione que mundum vincit Hec
est archa in qua nos salvari oportet
que ab aquis portari potest submergi
autem omnino non potest quia hoc mundo
utitur quantum ad necessitatem sed non suc
cumbit sic incumbit ei per cupiditatem
Hoc est quod in psalmo dicitur hoc ma
re magnum et spaciosum manibus ubique
illic naves pertransibunt Mare enim
in nobis est concupiscentia huius mundi
quia si que delectaciones inveniri possunt
et multis amaritudinibus asperse sunt
que secundum affectum carnalem decursu
in corde nostro fluunt Reptilia sunt car
nales cogitaciones diversorum viciorum
feditate deformes quas dum inordi
nate ad cor nostrum admittimus quasi
quibusdam reptilibus nostros interiora
nostra replemus Navis est illa archa
spiritualis idest fides nostra que intus secus
sursum suspensa calcat concupiscen
ciam mundi Naves autem dicit propter
multas animas Unam et multe anime
una anima propter fidem et dilectionem
ut una fides multe fides propter multas
fideles animas quia dictum est fides tua
te salvum fecit et fides mea et fides illius
cum tamen sit una fides katholica
Sola ergo navis fidei mare transit
Sola archa diluvium evasit Et nos si
salvari cupimus non solum ipsa in
nobis sit sed nos in ipsa oportet ut
maneamus Et nemo fidelis contra
hic dicat quod nichil cum hac archa
exercitum est et in me diluvium con

cupiscencie carnalis Cum satis est ne
sciat quid intus agatur Sed si redierit
ad cor suum inveniet ibi tempestuosum
secus mundanarum passionum et desideri
orum malorum procellis exagitari que
tociens animum deorsum mergunt quo
ciens eum per consensum sibi subiciunt
In omni enim homine qui in hac vita cor
ruptibili vivit ubi caro concupiscit
adversus spiritum hoc diluvium est vel po
cius omnis homo in hoc diluvio est
Sed boni in eo sunt sicut hii qui in
mari portantur navibus mali vero mo
sunt sicut naufragi qui volvuntur in fluctibus
In bonis quidem aque huius diluvii in
hac vita minui incipiunt et secundum
differenciam graciarum in aliis plus in aliis
minus vero decrescunt plene tamen num
quam cessare potest terra humani cordis quamdiu
in hac vita vivunt Et ideo columba cum
sa non invenit hic ubi requiescat pedibus
suis sed semper ad archam revertitur
quia melius fornia dum in hoc mundo
nil reperire potest ubi affectionis sue pedem
secure figat dum extra custodiam medi
tacionis morari reformidat Sed si for
te aliquid per cogitacionem exierit cito quo
columba avolans et elongans ad soli
tudinem tamquam redit ubique a strepitu
exteriori quod in archa a fluctibus
requiescit Intelligamus ergo in nobis
esse quod fugimus in nobis esse quod fugere
debemus Concupiscenciam et fidem Con
cupiscenciam quam fugere debemus fidem
quam debemus apprehendere De concupi
scencia ascendere ut illam proficiendo
relinquamus per fidem ascendere ut illam
tenendo semper in melius proficiamus
Concupiscencia pertinet ad opera condicionis
fides pertinet ad opera restauracionis quia
et illa inordinate amando per concupi
scenciam diffluimus Ita proinde credendo per
fidem solidamur Et ideo omnia nos
munita tociens clamant nobis et suadent
mundum fugere non utique ut extra
celum et terram fugiamus sed ut in con
cupiscencia mundi non maneamus
Quid est non maneamus Quis manet
in concupiscencia mundi qui delectacionem
animi sui in ea ponit qui ad eam ex
placendo iugiter intendit qui de ea assidue
cogitat et propositum animi sui in ea confirmat

Cum eam ex deliberatione sequitur atque in
ea per consensum delectatur. Ideo ergo
mundus in sacra scriptura maledicitur.
Ideo inimicus dei appellatur videlicet non
quia substantia mundi mala sit sed quia
pulchritudo mundi animas seducit. Alioquin
cum mundi fugienda non esset si con
cupiscentia mundi mala non esset. Cum
ergo concupiscentiam mundi fugimus
ideo fugimus non quia mala sed quia
occasio mali est. Ex cogitata enim mundi
specie nascitur affectus concupiscentie. Pro
inde si concupiscentiam mundi declinare
volumus prius necesse est memoriam mundi
omnino a cogitatione nostra excludamus.
In meditatione mea ait propheta ex
ardescit ignis. Sicut ignem ligna
nutriunt sic cogitationum desideria pascunt.
Si bone cogitationes in meditatione
fuerint exardescit ignis caritatis. Si
autem male fuerint cogitationes exar
descit ignis cupiditatis. Nam sicut ocu
lus pascitur ex specie sic pascitur animus
ex cogitatione, et turpi quodam commercio
impudica mens desiderio suo fruitur
dum quodam modo intus per cogitationem
rem concupitam amplexatur. Fit etiam
non numquam ut et frequenter quando cogita
mus ociose aliquid concupiscamus illi
cite reusque facti iudicatur qui per conse
sum in cogitatione iudicatur delectatur.
Sicut ergo infirmi a quibusdam cibis ab
stinent non quia mali sunt ipsi cibi sed quia
ipsis ydonei ad utendum non sunt. Sic et
nos frenare rerum species a cogitationibus
nostris arte debemus. Non quia res ipse
male sunt sed ne animus noster qui ex ipso
insinuatur ex earum rerum recordatione
amplius corrumpatur. Ceterum quantum ad
ipsas res pertinet quia omnis creatura dei bo
na est. Nulla res est que cogitari non pos
sit sine peccato. Rursum quia si pravos affect(us)
intendimus nulla res est in qua peccare non
possimus cogitando. Nam et de malo be
ne et de bono male de immundo munde
de mundo immunde possumus cogitare.
Cogitationes enim non ex re de qua fun
guntur sed ex affectu quem gignunt iudicande
sunt. Legimus sanctos non solum cogi

In medi(tatione) exarde(scit) ignis

Omnis creatura bona est

Nulla res est sine peccato

tasse sed et locutos esse et scripsisse de
rebus immundis. Quod utique non fecissent
si cogitationes rerum immundarum animam
inquinarent. Nil interest quale sit illud
quod cogitatur sed qualis ex ipsa cogitatione
affectus consequatur quia cogitatio immun
da non polluit ubi delectatio conscientiam
non corrumpit. Expedit in nobis sicut
diximus ut obliviscamur mundum istum et
deleamus memoriam eius de corde nostro
ne forte dum frequenter de eo cogitamus
ad eius concupiscentiam inflectamur.
Satis ut reor aperte iam demonstratum
est unde hec infinita quam patimur
cogitationum nostrarum distractio oriatur,
a mundo videlicet et a concupiscentia
eius, hoc est ab operibus conditionis.
Rursum quid sit illud per quod in
unum colligi possint cogitationes, hoc est per
opera restaurationis. Et quia sicut supra
dictum est ordo esse non potest ubi finis non
est, superest ut relictis operibus conditionis
queramus ordinem cogitationum nostrarum
ibi ubi finite sunt, hoc est in operibus
restaurationis. Hoc tantum superius inve
stigare possumus quis unam videlicet
cogitationum nostrarum ordo esse debeat quo
tamquam ex eis spiritualis domus sapientie
in nobis edificari possit. Et quia ex rebus
cogitationes veniunt oportet ut ex ordine
rerum fiat ordo cogitationum. Deinceps
ergo tractare incipias de operibus restau
rationis relictis operibus conditionis
de quibus quasi de quodam subterfluente
diluvio egressi sumus. Et nunc in opera re
staurationis quasi in archa ingredimur.

Sequitur de operibus restaurationis

Igitur opera restaurationis sunt
omnia que ab initio mundi usque
in finem seculi facta sunt vel facien
da pro restauratione hominis, in quibus
et res gestas et personas quas per quas
et propter quas et apud quas geste sunt
loca similiter et tempora ubi et quando
geste sunt considerare oportet. In operibus
restaurationis tribus modis ordo consi
deratur: secundum locum, secundum tempus,
secundum dignitatem. Secundum locum ut
quid prope quid longe gestum sit. Secundum
tempus ut quid prius quid posterius ge
stum sit. Secundum dignitatem quid sublimius

Primus homo in eden collocatur

quod excellentius. Sic hoc postremum in
multas partes dividitur. Quid sanctum
quid sanctius quid utile quid utilius quid
honestum quid honestius quid pulchrum
quid pulchrius. Quid mirabile quid mi-
rabilius quid rarum quid rarius quid di-
fficile quid difficilius. Quid credibile quid
credibilius quid magnum quid maius
quid obscurum quid obscurius et si qua sunt
similia. Et hic ordo quidem qui est secundum
dignitatem videtur ad altitudinem arche per-
tinere ut si dixerimus ea que facta sunt
in prima mansione computari, que sunt
sanctiora in secunda, que vero sanctissima
sunt in tercia. Et sic de ceteris que e(t)c.
Nunc tamen ordo aut loci et ordo tempor(is)
fere per omnia secundum rerum gestarum
seriem currere videntur. Et ita per divi-
nam providenciam videtur esse dispositum
utque in principio temporis gerebantur in o-
riente quasi in principio mundi gererentur,
ac deinde ad finem profluente tempore
usque ad occidentem rerum summa desce-
deret, ut ex hoc ipso agnoscamus, appro-
pinquare finem seculi, quia rerum cursus
iam attingit finem mundi. Ideo primus
homo in oriente in ortis eden collocatur
conditus, ut ab illo principio propago
posteritatis in orbem terrarum proflueret.
Item post diluvium principium regnorum
et caput mundi in assiriis et caldeis me-
diis in partibus orientis fuit, deinde ad
grecos venit. Postremo circa finem seculi
ad romanos in occidente quasi in fine
mundi habitantes potestas summa descen-
dit atque ita serie rerum ab oriente in
occidentem recta linea decurrente, ea que
a dextris vel a sinistris hoc est ad aquilonem
vel austrum gesta sunt, ita suis significa-
tionibus respondent, ut si quis hec diligenter
consideraverit, per divinam providenciam
ita esse dispositum ambigere non possit.
Ubi gratia ut de multis pauca dicamus
Egiptus ~~autem~~ ab iherusalem ad austrum
est babilon vero ad aquilonem. Egiptus
autem interpretatur tenebre, et auster est
ventus calidus, designat ergo egiptus
mundum istum in tenebris ignorancie
et calore concupiscencie carnalis positum,
babilon autem interpretatur confusio et si-
gnificat infernum ubi nullus est ordo sed sem-
piternus horror inhabitat. Legimus autem
quod ille antiquus hebreorum populus primus in
egipto in luto et latere servivit, ac deinde
multis annis intercurrentibus captivus
in babilonem ductus est. Quod factum
quid aliud nobis innuit quam totius huma-
ni generis casum, quod propter peccatum originale
celesti patria exulando primus in hac vita
mortali per ignoranciam et concupiscenciam
subditur viciis, ac deinde post hanc vitam
apud inferos captivatur in tormentis. Hac est
in babilone ad aquilonem. Sicut ubi ille
primus apostota angelus sedem posuit. Iste
ordo dignitatis ad altitudinem arche pertinet.
Simile est regnum celorum homini patri
familias qui exiit primo mane conducere
operarios suos in vineam suam. Similiter
circa horam terciam et sextam et nonam et
undecimam egressus et videns alios sta-
tes misit eos in vineam suam. Ad altitudinem
pertinet. In omnem terram exivit sonus
eorum. et in fines orbis terre verba eorum.
Ad altitudinem autem pertinet. Illuc enim ascen-
derunt tribus tribus domini testimonium
Israhel ad ~~confide~~ confitendum nomini domini.
Et ne per singula eundo moras innectam
breviter tibi dicam quod dicendum est. In
his tribus dimensionibus omnis scriptura
sacra continetur. Hystoria enim longitudinem
arche metitur, quia in serie gestarum ordo
temporis invenitur. Allegoria latitudinem
arche metitur quia in participacione sacra-
mentorum constat collectio populorum fide-
lium. Tropologia altitudinem arche metitur
quia in provectu virtutum crescit dignitas
meritorum. Possumus adhuc aliter si volumus
aliter altitudinem arche distinguere et
doctrina multiplex fiet manente eadem veritate.
Nam ad hoc admonitum esse volumus
lectorem nos sepe eandem rem in hoc
tractatu diversis modis protulisse propter
affluenciorem doctrine exercitacionem. Ut omnem
sciencie viam prudens animus expiat.
Hoc tamen observati ut nil quod veritati
contrarium sit aut senciat aut dicat. Et c(etera).
Sicut ergo archa in tres mansiones distinguitur
ita etiam opera restauracionis in tres ordi-
nes distinguuntur. In primo ordine quasi
in prima mansione est umbra. In secundo
ordine quasi in secunda mansione est corpus.
In tercio ordine quasi in tercia mansion(e)

Hec scriptura

De prima homini prelate

est sponsus vel si vis magis hoc modo dic
figura res veritatis et idem esse intelligas
umbram et figuram. Idem corpus et rem
idem sponsum et veritatem. Umbra dicuntur
illa que ante adventum christi sub
lege naturali et sub scripta lege corporaliter
et visibiliter gesta sunt ad prefigurandum
ea que nunc post adventum christi in tempore
gratie corporaliter et visibiliter geruntur
que ideo umbra dicuntur quia corpora
lia erant et figura corporalium. Corpus vo
cantur ipsa vera sacramenta que nunc in
ecclesia sancta visibiliter geruntur. Sponsus
autem idest quod gratia dei sub visibilibus
sacramentis invisibiliter operatur. Ut igitur
et unum exemplum ponamus. Mare ru
brum prefiguravit baptisma visibile quod
nunc in sancta ecclesia consecratur. Ipsum
autem baptisma visibile significat emun
dationem omnium quam spiritus sanctus
sub sacramento quo corpora abluuntur invi
sibiliter in animabus operatur. Mare rubrum
igitur umbra et figura est, baptismus autem
aque visibilis quod nunc tenemus corpus
et res est, mundatio vero peccatorum sponsus
et veritas. Est adhuc et alius modus
de quo supra locuti sumus per quem al
titudinem arche distinguere possumus.
Opera enim restaurationis partim per homines
partim per angelos, partim per semetipsum ope
ratus est deus. In prima ergo mansione
collocamus opera hominum, in secunda man
sione opera angelorum, in tertia mansione opera
dei. Vel moraliter prima mansio est fides, secunda
mansio est spes, tertia mansio est caritas.
Vel secundum anagogen prima mansio est
cogitatio recta, secunda mansio est medi
tatio provida, tertia mansio est contempla
tio clara. Vel secundum operationem prima man
sio est scientia, secunda mansio est disci
plina, tertia mansio est bonitas. Vel secundum
status differentes prima mansio est naturalis,
secunda mansio est lex scripta, tertia man
sio est gratia. Hec enim tria si secundum tempus
consideraveris longitudinem arche metiuntur;
si secundum dignitatem distinguuntur altitu
dinem arche distinguunt quia sicut tempore
se subsequuntur, ita etiam se dignitate precedunt.
Talis est ergo hec archa de qua tam mul
ta dicuntur et in qua tam multiplices
vie scientiarum continentur. Quicquid putas

Secundum bt mar in be

est labor intus non labor intus sed
requies intus. Unde hoc scio quia ille
in ea habitat qui dicebat: Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis
et ego reficiam vos et invenietis requiem
animabus vestris. Si enim labor est ubi est
quomodo requiem inveniunt qui ad ipsum
veniunt. Nunc autem in pace factus est
locus eius et in syon habitatio eius
ubi confregit potentias arcuum scutum
gladium et bellum. Ubi omnes strepitus
et tumultus longe abest gaudium et
pax et requies semper presens est. Qualis
ergo est hec archa vis scire qualis sit breviter
ut de multis pauca tibi dicam
Hec archa similis est apotece omnium de
litiarum varietate referte. Nichil in
ea quesieris quod non invenias et cum
unum inveneris multa tibi patefacta
videbis. Ibi universa opera restaurationis
nostre a principio mundi usque ad finem
plenissime continentur. Et status uni
versalis ecclesie figuratur. Ibi historia re
rum gestarum texitur. Ibi misteria
sacramentorum inveniuntur. Ibi dispositi sunt
gradus affectuum cogitationum bonorum
operum virtutum et premiorum. Ibi quid cre
dere quid agere quid sperare debeamus
ostenditur. Ibi forma vite hominis et sum
ma perfectionis continetur. Ibi clarent
occulta. Ibi operosa apparent facilia et
que per se videri poterant minus con
grua in ordine suo considerata probantur
idonea. Ibi quedam universitatis corporis
effingitur et concordia singulorum explicatur.
Ibi quidam alter mundus huic preterenti et
transitorio contrarius invenitur quia ea
que in hoc mundo per diversa tempora
transeunt in illo mundo quasi in quodam
eternitatis statu simul consistunt. Ibi
preteritis presentia non succedunt
nec presentibus futura subveniunt. Sed
quicquid est presens est propter quod et qui ibi
manent semper permanent semper gaudent
nil dolentes preteritum nil timentes futurum
habentes quod diligunt videntes quod
concupiscunt. Et ideo fortasse dixit apostolus
Preterit figura huius mundi quia alter
est mundus cuius non preterit figura cuius for
ma non transit cuius species non marce
scit cuius pulchritudo non deficit. Ille
mundus in isto mundo est et iste mundus

illo mundo maior est quia alle capit quem iste capere non potest. Istum mundum vident oculi carnis. Illum mundum intus contemplantur oculi cordis. In isto mundo habent oblectamenta sua homines. In illo mundo ineffabiles sunt delectationes. In hoc mundo currunt homines ad plaudendum ad spectacula vanitatis. In illo mundo per internum silencium exercentur et iocundantur mundi corde in contemplatione veritatis. Abreviter dicturus eram. sed fateor vobis multum me loqui delectat et erat fortasis adhuc quod dicerem si vestrum fastidium non timerem. Deo gracias.

Explicit liber beati Hugonis de quatuor archis scilicet de archa Noe de archa sapiencie de archa via tribus gracie de archa matris ecclesie et cetera.

Incipit liber Hugonis de Sancto Victore de Consciencia

Domus haec in qua habitamus ex omni parte sui ruinam nobis minatur. Ideo quia in brevi casura edificanda est. Redeamus ergo ad consciencia[m] nostram et discuciamus illam. Nam sicud corpus nostrum thabernaculum dicitur in quo militamus. Sic consciencia domus nostra vocatur. In qua post miliciam requiescimus. Et ille recte militat qui per miliciam quam exercet in corpore domum edificat consciencie. Diligenter ergo curam agimus eius. dixit sapiens ut opera edifices domum tuam. Ager iste corpus nostrum est. Cunctis sensibus et motibus si recte utimur nos quoque in propriis subvenientes ad usum virtutis indesinenter inflectimus. Dum corpus animo et animus deo subicitur. Ex hiis murorum interior edificatur consciencia qua utique bona facimus preteritorum malorum satisfactio condigna. Et instancium malorum provida declinacio. Condigna satisfactio est mala facta corrigere et correcta non iterare. Consciencia vero est pectura que nec unquam finitur sicut et anima que eam sit immortalis. Et sicut non potest esse sine anima sic non potest esse sine consciencia. Consciencia namque est inseparabilis gloria vel confusio uniuscuiusque pro qualitate depositi. Hec ergo consciencia in qua pectore anima mansura est edificanda est sed prius mundanda. et quis mundabit eam. profecto deus et homo. Homo per cogitationes et affectiones. Deus per misericordiam et graciam. Cogitationes et affectiones necessarie sunt in consciencie emundatione. Cogitationes in investigatione veritatis. Affectiones in exercitatione virtutis. porro una delet peccatum modo dat virtutem resistendi peccato. nunc subtrahit peccandi occasionem. nunc amministrat amaritudinem. plerumque sanat affectum. Alia adiuvat ad bonum. defendit contra malum erudit ad utrumque discernendum. Homo igitur per veritatem stimulatus peccata sua confiteatur. Deus per misericordiam flexus confitenti miserebitur. Omnis namque spes venie et misericordie est in confessione. Vacet potest quis iustificari a peccato nisi per confessionem. nisi ante fuerit confessus peccatum. Ecce enim quisque iustus esse incipit ex quo sui accusator extitit. Felix consciencia est in qua misericordia et veritas obviaverunt sibi. iusticia et pax osculate sunt. veritas confitentis et misericordia miserentis. qui alii non potest alii misericordia deesse qui se cognoscit in veritate. Osculum iusticie inimicos diligere peccatores ad viam veritatis reducere et propria quoque propter deum relinquere. Illatam iniuriam paciencter ferre. oblatam gloriam ubique declinare. Osculum pacis est odientes ad pacem invitare. Discordes ad concordiam. Adversarios pacifice sustinere. Errantes pie revocare. Ignorantes benigne docere. Irascentes mulcere. et cum omnibus pacem habere. Beata anima que in pace est fundata et in dei amore solidata. Cum exterius bella patitur pax interius non turbatur. Quecumque molestie foris perstrepunt usque ad silencium interne quietis irrumpunt. quia gustu interne dulcedinis tacta tota per desiderium

Nota
Alia

intus collecta est. Nec foris iam ullam
evonitur per in carne voluptatibus
dissolvitur quia totum intus possidet
in quo delectatur atque ita in semetipsa
pacificata dum nil quod foris appe
tat tota per amorem intus requie
scit et tunc tota ad internum gaudium
colligitur ad ymaginem dei transformatur
quem in se veneratur. Talem animam li
benter visitant et honorant sancti an
geli et archangeli ut pote dei tem
plum et spiritus sancti habitaculum. Esto
ergo templum dei et deus excelsus
habitabit in te. Anima deum habens

Nota d[illegible]
in se templum dei est et divina in
ea misteria celebrantur. Porro anima que
non studet in se consistere nec in amore
dei desiderium figere per oculos et aures
aliosque corporis sensus foras egreditur
atque in hiis exterioribus delectatur. Sed cum
invenerit portas istas clausas et re
dierit ad se videns se nudam et solam
inestimabili confusione et horrore con
teritur, et quia mundi consolationes et sinit
et illam que a deo intus datur penitus
non habebit, non solum deus eam dedi
gnabitur visitare sed nec quidem ipsa mala
sibi conscientia se separans poterit tollerare
requiem in se non poterit habere qui illud
in se delinquid cum quo habitare et re
quiescere debuit. Cogita ergo in societate
et aliorum uniuscuiusque quia non poteris
semper manere cum illis iterum elige so
lum qui cum omnia substracta a te fue
rint fidem servabit dilectoribus suis, nec
recedet in tempore angustie. Omnes
igitur cordis distractiones et mentis flu
ctuationes in unum collige et in solo deo
totum desiderium fige ut ubi sit cor tuum ibi
et thezaurus tuus desiderabilis multitudine
amabilis. Ipse enim frequenter visitat et
libenter inhabitat tranquillitatem cordis
et otium quiete mentis quia pax est et in
pace locus eius. Propterea talem te prepara
ut tecum assit deus. Sit in ore sit in cor
de tecum eat tecum redeat. Nec recedat
a te nisi tu prior illum dimiseris nunquam
te dimittat ubicunque fueris nunquam solus
esse poteris si tecum deus fuerit.

Munda ergo conscientiam et semper pa
ratus esto ut quacunque hora venerit
et habitare tecum voluerit paratam sibi inte
riorem inveniat mansionem. Ipse namque dixit: Fa
cite michi sanctuarium et habitabo in me
dio vestri. Studeamus ergo deo templum
edificare in nobis primo in quo quidem ut
in singulis nobis deinde ut in omnibus
simul inhabitet quia nec singulos dedignatur
nec universos. Primo studeat unusquisque
nec diffidat ipse a semetipso qui omne re
gnum in se divisum desolabitur et do
mus supra domum cadet nec intrabit christus
ubi parietes inclinati fuerint et materie
depresse. Si vult anima habere corporis sui
domum integram nec exire eam necesse
est ut non sint a se invicem membra eius
dispersa. Videat igitur et ipsa si desiderat
christum per fidem habitare in corde suo
et diligentissime considerat et solliciate ca
veat ne a se invicem membra eius dissi
deant. Racio eius voluntas et memoria
digniorem deo parat habitaculum cum non est
ratio decepta voluntas perversa memo
ria inquinata. Porro illa anima que
ita domum cordis sui de peccatorum sordibus
studet emundare et sanctis ac iustis ope
ribus adimplere, et in ea non solum
angelos verum etiam regem angelorum
habitare delectat. Emundata igitur do
mo cunctis quoque malis ab ea exclusis
omnibus bonis impleatur ne sit nobis
necesse aliquid foras querere que anima
forinseca relinquimus. Sapientia ergo
edificet sibi domum et erigat columpnas
septem quibus tota fabrica innititur.
Domus est conscientia. Columpne sunt
bona voluntas memoria beneficiorum
dei cor mundum animus liber spiritus
rectus mens devota. Primo igitur
prima erigatur columpna. Sequitur de bona voluntate

Nam inter omnia dei dona que
ad salutem hominis spectare vi
dentur primum et principale do
num bona voluntas esse cognoscitur
per quam in nobis similitudinis
divine ymago reparatur. Primum est
quia a bona voluntate bonum esse
inchoatur. Principale est quia bona vo
luntate hominibus utilius nil datur.
Quidquid homo facit bonum esse non pt

nisi ex bona voluntate procedat Sine
bona voluntate animo saluari non po
tes. cum bona voluntate animo perire
non potes Voluntas nec dari potest inuito
nec auferri nisi volenti. Voluntas ho
minis est potestas dei velle enim in hominis
potestate est. et ideo totum meritum in volunta
te est Quantum tamen meres tantum
crescit voluntas tua tantum crescit me
ritum tuum fac magnam voluntatem si vis
habere magnum meritum Ita deus est
piissimus et misericordissimus in eo regnum
celorum posuit in quo nullus nisi velit
egere potest amare namque equaliter possunt et
diuites et pauperes. et si pecuniam equaliter
dare non possunt voluntas tamen
bona non est si non operatur homo quod
potest

Sequitur de memoria

Recordemur ergo misericordiam dei ut sit
in amore eius accendamur Reuo
cemus ad memoriam bona que
nobis tribuit quomodo in periculis se
pe constitutos clementer eripuit Nec
vmquam peccatis nostris quo merentur puniri
potuit. oblitos ad se admonuit auer
sos a se reuocauit Venientes ad se be
nigne suscepit. penitentibus indulsit
perseuerantes custodiuit. stantes tenuit
lapsos erexit. malas delectationes
in amaritudines conuertit. et rursus
salubriter amaritatis consolaciones suas
immisit Postremo ante tribulacionem pur
gata quietem et pacem perfectam restituit
qui nec peccantibus vmquam defuit ut corri
geret nec iustis ut custodiret Recogi
temus quanta bona fecit nobis non
rogantibus et quam multa peccata remisit no
bis et a quantis periculis liberauit nos
liberator deus Quam magna dignacio pie
tatis fuit quod inuitos in multis et quos
tam multis peccatis nos custodiuit
gratia dei in que pronius cadere sicut in
alia multa cecidimus Ideo sicut nullum
est momentum quo non vtamur dei pie
tate vel gratia Sic nullum debet esse mo
mentum quo eius pietatem non habeamus in
memoria

Sequitur de mundo corde

Sequitur ut enim a quo tanta be
neficia accepimus toto corde dili
gamus hoc est tota cogitacione
tota affectione sine defectione sit cor
nostrum ut ei per omnia placeat deus
Sit rectum rectitudine intencionis exclu
sione peruerse cogitacionis assiduita
te contemplacionis Sit paratum sequi
voluntatem dei in quamcumque partem
eam inclinare voluerit cognouerit
Sit sursum ad sola celestia et diuina
contemplanda ac desideranda sit purum
ut nichil nisi se moueri patiatur ac modi
cumquid offendiculum intollerabile reputet
aut in consciencia sua aut in aliena
Sit dulce dulci responsione suaui
admonicione benigna reprehensione modera
ta correpcione Sit mundum et tocius immun
dicie spurcicias respuens cogitacionum
sicut actionum peccata defleat. Fleat pro
sua miseria et aliena lugeat non
solum sua delicta sed et aliena con
pungatur pro malis que commisit et bo
nis que neglexit

De libero animo

Animus sit liber a mundi sollicitu
dinibus a carnis voluptatibus
a prauis cogitacionibus ut possit cum voluerit
aut sibi intendere aut vtilitati fratrum
ministrare aut in contemplacione celestium
requiescere Sit firmus ut nulla tempe
state per turbacionem concuciatur. Non ca
piatur ab illecebris. non frangatur mo
lestiis Ita ut nulla ira nulla impa
ciencia pacem et quietem conturbare pos
sit quia cristus pax est et in pace requi
escit pacis amator et in turbato animo
habitare non potest Sit confirmatus in dei di
leccione. hoc enim est diligere deum illi obtem
perare animum. concipere fruende visionis
eius affectum habere perfecta odium mundi
contemptum diligere etiam proximum quem
ipse censuit diligendum

De spiritu recto

Spiritus sit rectus ab omnibus terrenis
et carnalibus prorsus auersus et deo
inseparabiliter iunctus et vnitus pia
deuocione ascendat visitet supernas sedes
et multas que in domo patris sunt
mansiones humiliter prosternens se ante
sedem dei et agni Circuiat per plateas
superne syon Audiat illos melos ange
licos et cum reuerencia supplicet cunctis
ordinibus beatorum spirituum singulis per se
et simul omnibus se commendans Cantet

Tantam vero gratiam non meretur accipere
qui in sui cognitione diu exercitatus et ple
ne eruditus non est. Frustra enim cordis
oculos erigit ad videndum deum qui non
dum est ydoneus ad videndum seipsum. Prius
enim oportet ut cognoscas visibilia spiritus
tui quam posses esse ydoneus ad cogno
scenda invisibilia dei. Et si non potes co
gnoscere te non presumas apprehendere ea
que sunt supra te. Precipuum et principale
speculum ad videndum deum est animus
rationalis inveniens seipsum. Si enim in
visibilia dei per ea que facta sunt in
tellecta conspiciuntur ubi quaeso in eius
ymagine cogitationis eius vestigia
impressa reperiuntur. Tergat ergo spe
culum suum mundet spiritum suum quisquis
sitit videre deum suum. Hoc speculum ve
rius peritus non cessat cottidie inspicere
tergere tenere. Inspicere si aliquid in corde
reperiat quod deo displiceat. Tergere sordes
peccata actionum verum etiam cogitationum
ut nichil in eo remaneat quod deum
offendat. Tenere ne deorsum corruens
terre per amorem inhereat et ne inani
um cogitationum pulvere sordescat. Custo
dire cum tabernaculum est cum ho
minibus. Cuius delicie sunt esse cum fi
liis hominum qui stat ad hostium et pulsat
quacumque hora intrare voluerit recte
preparatum mundumque inveniet. Deus enim
qui munditie amator est cor inhabitare
non potest. Ex ipso autem speculo diu dili
genter inspecto incipit ei quedam di
vini luminis claritas intus lucere
et immensus quidam insolite visionis ra
dius oculis cordis apparere. Et huius
luminis visione animus inflammatus atque
incipit mundana cordis acie supina
et eterna conspicere deum diligere
deo inherere. Cuncta que assunt ea
que non assunt considerat cunctis suis
affectionibus renunciat et totus soli in
cumbit amori sciens illum solum
esse beatum qui deum amat. Porro ad
tantam gratiam numquam attingit mens per
propriam industriam. Dei est hoc donum
non hominis meritum. Sed absque dubio
tantam talemque gratiam ille accipit qui
deserit curam seculi agit curam sui

Qui studet de se frequenter cogitare
et interiora spiritus sui diligenter co
gnoscere. Redeas ergo ad cor tuum discu
te spiritum subtiliter. Considera unde venis
quo tendis quomodo vivis quid agis
quid amittis. Quantum cottidie proficis
vel quantum deficis quibus cogitatio
nibus inquietaris quibus affectionibus
frequentius tangeris vel quibus temp
tationum machinis a malignis spiri
tibus impugnaris. Et cum totum interioris
hominis statum et habitum inquantum
possibile est plene cognoveris et non
solum qualis sis verum etiam qualis
esse debeas et de cognitione tui poteris
sublevari ad contemplationem dei. Quan
tum namque cottidie in cognitione tui
proficis tantum ad altiora semper
tendis. Vergente enim deorsum cogi
tatione corporea fervor spiritualis ad
altiora conscendit. Sed forte jam
descendisti jam ad cor tuum redisti et
ibi stare didicisti. Nec hoc sufficiat
tibi. Disce ibi inhabitare et mansionem
facere et qualicumque mentis evaga
tione inde abstractus fueris semper
ad illud redire festina. Absque dubio
per multum usum quoque tibi vertetur
in oblectamentum intantum ut absque
ulla laboris difficultate posset assidue
ibi esse quemadmodum penam pacius sit
et alibi quam ibi moram aliquam facere.
Si igitur perfeceris desideria tua cuncta
exteriora delectationes affici et cogi
tationes tuas in eis inquirere occupari
cum magna sollicitudine compellas
eas ad cor tuum intrare et ibi habitare.

De mente vana

Mens enim que se ad sui cognitionem
non sublevavit sed adhuc per
varia desideria spargitur a va
nis cogitationibus trahitur. Hinc illuc distrahit
nec potest seipsam in unum colligere quod ut
diu nolunt ad seipsam intrare sed ad
huc in vana est cogitatione non potest ad
ea que supra ipsam sunt per contempla
cionis pennas evolare. Discat ergo diffu
siones cordis congregare. Studeat eva
gationes mentis restringere et exteriora
omnia oblivisci assuescat interius suis
immorari. Discat sola bona interiora

amare et illa frequencius cogitare que
ad celestem contemplacionem anhelant
qui in diuinorum noticia suspirant
Cum ergo se diligenter attenderit et diuicius
quesierit Cum tandem inuenerit qualis
sit restat ut diuina reuelacione cogno
scat qualis esse debeat quale mentis
edificium deo parare et quibus obsequiis
eum placare oporteat In unum qui ita
euagaciones mentis colligit et omnes cor
dis motus in uno desiderio eternitatis
figit perfecto ad cor suum redit Ubi iam
libenter immoratur et inuariabiliter delectatur
Et cum seipsum pre gaudio capere iam
non possit super seipsum ducitur et per ex
cessum mentis in summa eleuatur Itaque
ille per semetipsum per cognicionem sui ad
cognicionem dei ascendit ut distat solum
deum amare et ipsum indesinenter cogitare
et in eo delectabiliter requiescere Cum sic
amor cristi absorbuerit affectum hominis
ut negligens et immemor sui non nisi
Ihesum cristum et ea que Ihesu cristi sunt
senciat Tunc demum ut arbitror perfecta
est in eo caritas Huic itaque qui sic affectus
est non est onerosa paupertas Iste non
sentit iniurias deridet obprobria contempnit
dampna mortem lucrum deputat ymmo
nec mori se putat cum magis de
morte ad vitam se transire senciat Unde
sic amor dei intus [illegible] ligatum tenet
nec ad modicum quid exire permittit sed
internis in eius desiderio flagrat
tanto amplius quanto familiarius
et eo vehemencius quo frequencius Qui
sic in amore dei igitur delectatur frequenter
mentis excessus patitur frequenter ab
omnibus presentibus et terrenis raptus coram
deo presentatur et diuinam pulcritudinem eius
desiderat magnitudine pulcritudinis
accensus in eius admiracionem suspenditur
miratur regis gloriam regni magnificenciam
superne ciuitatis nobilitatem et felicita
tem ciuium supernorum contemplatur glorie
decorem dei bonitatem in trinitate
suauitatis dulcedinem et tranquilli
tatem eterne quietis Meditatur patris
potenciam filii sapienciam spiritus sancti be
nignitatem et angelice creature beati
tudinem delectatur de deo in deum dum
eius pulcritudinem miratur et pietatem
contemplatur A qua iacturam si non esset tam

modicum raptum rapitur sola celestia
contemplatur contemplando iocundatur
sed cum ibi stare diucius conatur subito
labitur et rediens tunc ad se nichil pre
intimare que vidit super se Sed aug[illegible]
tacione suauitatis illectus gustauit dul
cedinis suauitatem et illam celestem
infusionem leticie spiritualis inter seluctip
[illegible] reuoluit etiam in corde tacita
mente in corpore lucis claritatem intime
societatis saporem et illud intime quietis
secretum et summe tranquillitatis archanum
in hanc contemplacionis dulcedine que
delectabiliter mens afficitur et inuariabiliter de
lectatur Valet ergo et non desistat valet
donec ante regem glorie perueniat Ibi plo
ret et suspiret macerit [illegible] se in lacrimis de
precetur veniam postulet gloriam nec inde
recedat quousque deum quem nimium offe
derat placatum senciat et ab eo consolacionem
accipiat De racione illuminata

Denique racio per mentis excessum
et contemplacionem sublimium sublevata
et in lumine contemplacionis
archanum rapta atque ibi illuminata ad
cognicionem veritatis inflammata ad deside
rium bonitatis omnes illecebras voluntatis
affectiones et vagas memorie cogita
ciones cordis dispersiones animi fluctua
ciones et mentis distracciones in unum
colligat atque in illo felicitatis fonte
totum suum desiderium figat locum super
iorem racio semper obtineat nullus motus
aduersus eam sit rebellis sed omnia illi ob
temperent cum et illa se obtemperet deo Si
vero aliquem motum ad id quod non debet mo
ueri senserit non consenciat sed illico
resistat Nam solus consensus reos nos
facit eciam si aliquid impediat ne opera
subsequantur Tunc enim corrumpit cum ipsa
racio ad peccatum per consensum incuruat Sicut
scriptum est Anima que peccauerit ipsa mo
rietur Resistat ergo ne moriatur pugnet ut
coronetur molesta lucta sed fructuosa quia
et si habet penam adhibet et coronam non no
cet sensus ubi non est consensus ymmo
quod resistentem fatigat hoc eterna felicitate
coronet Unde edificatur bona consciencia

Ex inicio edificatur bona consciencia
bona est si que peccata preterita punit
et puniendo committere fugit Tunc
si peccatum senciat peccato non consentit Tunc
si cogitaciones conformat racio lauat Recta
est cum peccatum suum displicet et alieno non

consentit nec propter hoc peccatorem dimittit
nec eius peccata dissimulat et cum cor
ripit non insultat Tranquilla est que
omnibus est dulcis nulli gravis utens
amico ad graciam inimico ad pacienciam
cunctis ad benivolenciam quibus potest
ad beneficenciam Talibus et hiis simili
bus domus anime edificatur Quid si
forte ut fieri solet fur ad hanc venit
qui non venit nisi ut furetur et mactet
et perdat Si inquam fur venit i. elacio
cordis exigens onus intrinsecus vel
appetitus humane laudis extrinsecus
adveniens seu aliqua queque pestis que
domum istam machinetur perfodere tunc
ira quasi canis thezaurum custodiens
evigilet latret et mordeat et insiliet
irruentes hostes et nemini parcat nullum
intrare permittat sed clamet et excitet
intus habitatores ad arma capescenda
quodcumque vicium sine clamore sine palo
note temptaverit procul illud arceat
ut sit secura consciencia Secura est que
accusacionem non patitur vel corporis boni
vel presumpcione mali munda est et
bene sibi conscia cum de preterito iuste
accusatur nec de presenti iniuste delectatur pura
est cui nec deus sua peccata imputat que
illa fecit nec aliena quia non approbavit
nec negligenciam quia in veritate permansit

Multi querunt scienciam sed pauci con
scienciam Si vero tanto studio et sol
licitudine quereretur consciencia quanto studio
queritur secularis et vana sciencia cicius ap
prehenderetur et utilius retineretur Cogitare namque
de consciencia sensus consummatus est qui
custodit illam securus semper erit salva
reverencia sciencie Utilius est tendere ad con
scienciam quam ad scienciam nisi sciencia sit que edi
ficet consciencia est. nunc cum se intelligit anima
tunc illustratur cordis consciencia tunc in
se deum et in deo mutua revolucione
semper recipit ymago creata creatricem
ymaginem in ymagine creata nil aliud
est nisi sapiencia in anima nisi gloria in
consciencia nisi sanctificacio in archa
O quam ineffabilis est dei pietas Cui tan
tam maiestatem dei inclinat ad tantam
humilitatem qui creavit nos creatur in nobis
et qui pater erat noster deum fieri pre
voluit et deus nos sibi fieri matrem Quicum
que faciunt voluntatem patris
mei qui in celis est ipse meus frater mater
et soror est frater obediendo mater quan
do frater per hereditatis participacionem
mater per aliorum instructionem O fide
lis anima expande sinus dilata affectum
ne angustieris in visceribus tuis concipe
quem totius mundi nequivit comprehendere
Donec virgo beata illum fide concepit fide
namque christus concipitur ubi predicatione
nascitur devotione nutritur oratione tene
Sit ergo consciencia pura ut deum condu
cat ad hospicium sit solacia circa fidele ob
sequium ne tanta maiestas recuset con
gremium Sit devota ut soli deo intendat
nec recedat ab eo Talis consciencia letifi
cat animam exhibet deo graciam angelis et
hominibus iocundam sibi ipsi placitam
et quietam

Consciencia est cordis sciencia que du
plicatur intelligitur videlicet vel illa
qua se novit per se vel illa que per
se eciam alia novit per se Cor enim et se
novit et multa alia Quando novit se
appellatur consciencia quando preter se tunc
nominatur sciencia Consciencia bona est titulus
religionis templum salomonis ortus
deliciarum aureum reclinatorium gaudium
angelorum archa federis thezaurus regis
aula dei habitaculum spiritus sancti liber
clausus et signatus et in die iudicii aperi
endus Nichil est iocundius et securius quam
bona consciencia premat corpus turbet mundus
terreat diabolus illa erit secura Secura
cum corpus moritur secura cum anima
in die iudicii ante tribunal iusti iudicis
statuetur futurum beatitudinis non est utilius
remedium nec cercius testimonium bona con
sciencia Mundi animo volubilitate rote
ploret rideat ardeat pereat crescat minuatur
marcescat consciencia subiugatur corporis
in pena ieiuniis inclinetur verberibus affli
gatur et secura erit consciencia In speculo
consciencie status exterioris et interioris ho
minis cognoscitur Anima enim non novit se
sine speculo est speculum eius immundum
et clarum et plenum tecum religionis
est consciencia Sicut enim mulier que
viro suo vel amico placere appetit
in contuitu speculi ymaginem oppositam
reddentem decorem et pulchritudinem
faciei sue componit Sic anima in q
bus ab ymagine veritatis discedat
ut in quibus vestigia creatoris ymagi
nis recipiat in consciencia relegit / intel
latu in clarissimo comprehendit non in

voto conscientie speculo tamquam decens
quod quod indecens in se quod est cla
ro aspectu comprehendere potest
Vita vniuersitatis non cognoscitur
nisi ex conscientia nec invenitur ad
bonam constantiam nisi per cordis custodia
Cor cum suo arbitrio dimissum aut
ad vitam tendit aut ad mortem velle
namque peccare malum est peccare pe
ius nolle penitere mortale Quicquid
ergo cor cogitat quod ad vtilitatem
suam vel proximorum quomodo modo non
pertineat respuendum est De diuersis ergo
mundi partibus in quibus vagum et
profugum vane occupatur ad seipsum re
deat et seipsum discutiat cum quod invenit
culpam timeat penam / quando ante cul
pam nusquam nisi in seipso inveniat reparat
recepta ante culpa et pene causa seip
sum iudicando se ante se stat reum se decul
pando ante se afflictum se reum ante
se iudicem seuerum se impiorum ante se
pietatis magistrum producat se ante se de
terminat quid a se faciendum sit de iuste
infligat iniusto corpori iusta flagella
loquatur etiam sic ad se / quia deseruisti
patrem ad dominum tuum bellum intulisti
ad teipsum Grauissimam pateris ut tu a
teipso contempneris pacis etiam pactum
rupisti / vis quod non vis et non vis
quod vis a teipso conturbaris volenda
vis volenda non vis Ecce de ore tuo
iudico te serue nequam Affligam itaque te et
statuam te contra faciem tuam et aspicies
turpitudinem tuam et recogites stultitiam
tuam Sic in miseriis suis conuertitur cor
et sistitur cor ad cor / vis est que operatur de cor
de et retinet cor fluxum et vagum ne
fluat in abissum exterminii Vis itaque
seu violentia rapit regnum celorum re
gnum vim patitur et violenti rapiunt illud
nobile regnum possidet qui cor suum pos
sidet / non regnat qui corde ad ictus s
initiibus vitiorum presidet vrbibus
et turbis populorum Solus ille regnat qui
deposito cordis imperio legibus cunctis
ornat seu ordinat totam familiam in partibus
exterioribus et interioribus Si consurgit leoni
na rabies per pacientiam premitur si pe
tulancia irarum per abstinentiam si feritas
apri per mansuetudinem / si superbia vni
corni per humilitatem / non inveniuntur

autem inter ceteras artes liberales ars pre
ceteris artibus liberalior quo teneatur
cor quod ab omni mobili mobilius est
quod omni lubrico lubricosius est mobi
litate continuali stabile vel in puncto fixum
recusat resistere Cuius vita in motu est
et motus est ei vita / mouet molam
totius corporis humani / trutillus iste in
corde vitalis motus et qua coheretur
arte ut alia mouet ipse non mouetur
forte mola azinaria si ei ad collum
suspenderetur non mouetur ymo multo
magis cum mola cogetur Agendum
itaque cum eo est ut detineat eciam per
ambulet eam si forte velociorem et mo
biliorem se invenire nequeat Si super terram
similem sibi non invenit eciam girum
celi circuat et rotas currus dei ad cur
sum moueat / quod tunc faciet per agat
ad illas qui ambulant super pennas
ventorum / forte et cum illa virtute
currat que attingit a fine vsque ad finem
fortiter et disponit omnia suauiter dum
illam apprehendat de qua dicitur mobi
lior est omnibus mobilibus sapientia
saltem cum viderit eam speciosam saltibus
transilientem sua potentia sua curatione
suo subiciat et dimittit alas suas in
habeniis se retinens et colligens se ad
se non transgrediatur terminos suos Sic
enim sancta animalia in visione Ezechi
elis cum fieret vox super firmamentum quod
imminebat capiti eorum stabant et
summittebant alas suas / hoc plane
sancti faciunt cum per lustratis invisibilibus
operibus dei super intelligibilibus absconditur
nichil se scire deprehendunt sed mandato
statim omnia sua opera appendunt Cum
se non a se cor moueri intelligit quando
ipse immobile manet nisi qui omnia
mouet moueat illud Continuatum ergo
cognoscens a deo motum suum iam non
vsurpet ut proprium sed ut commodatum
seu commodatum ad voluntatem namque
commodantis commodatarius vti debet commo
dato Alioquin furtum facit in re co
modata Cum ergo moueat deus vel
moueri voluit cor humanum moueri
alias non moueatur quia non esset moui
sed commoueri quando mouet te cum ad
mouet ante cunctas occupans cor spe
sapiens et omni prerogatiua excellens in
hiis que vanitatis vanitatum sunt O homo
te non decet hiis subesse sed preesse te
indigent ita ut melius et commodius subsistant

In hiis ad beatitudinem indiges ora
tionum quidem in mente tua apparent in
via sed si ad mensuram sumuntur non ad
superfluitatem Ex superfluitate enim ciborum
quibus inflantur inuicta et in ventris
in mundam effluxionem resolvuntur ita ut re
fectione deficiant Sit corpus tuum a pu
tredine et domum corporis si regulas necessi
tatis excessens et ad antrum concupi
scencie os aperuerit latum sibi perdicio
nis effodit et in hospicio reparacionis de
remedio comparat exitum / de vehiculo nau
fragium Quid proinde tulit necessarium
Cuiuslibet superflua nulli decernit necia
Ex superhabundanti enim copia diminu
valde egra nascitur inopia in cresto spe
rancium Tuum est maledicta corrigere
tuum in ordine et officio familiarum me
brorum corporis et non motum dispone
tuum singulorum negocia secundum compe
tenciam ordinare vel assignare / non sit
in regno corporis tui qui leges et institu
ta et iura in nomine prevaricet non oculus
non auris non manus non pes non
guttur Quod esse de ignobilioribus et
plebeis dicam membris si vel attemp
tare rebellionem presumpserint obnatum
iaculis inticpacionis confodiantur et
noverint regem Salomonem sedere sup
nullam regiam Quod si pudibunda illa
membra que velato semper nomine a pu
dicis et castis labiis appellatur per mo
tum inordinatum publice infestaverint
cite abscidantur non ferro sed ieiuniis no
detruncacione sed carnis mortificacione
Ut inquid apostolus / abscindantur qui nos
conturbant hiis persuasionibus cor effre
natum et inpreceps cursum rapiens
teneri potest ut sit consciencia bona Bona
est si in corde habeat puritatem in ore ve
ritatem in actione rectitudinem pro hiis
namque merebis sancte trinitatis vi
sionem O beata in qua sic ortus deus
natus atque perspicuus ut videatur
a singulis nobis in singulis etiam
nobis videatur in seipso videatur in celo
novo in terra nova atque in omni crea
ture fuerit creatura

Humana consciencia est domini vinea
quam extollere debet peccatorum confes
sio et eorum satisfactio exhibicio
bonorum operum et custodia eorum
Unicuique est liber sua consciencia Et
ad huius librum discuciendum et emendan
dum omnes alii libri inventi sunt Quia dum
de corpore egreditur nullum aliud preter
librum consciencie sue secum portare po
terit atque in illo cognoscat quo de
beat ire et quid mercedis debeat re
cipere ex hiis que scripta erunt in libris
iuxta iudicabimur Et ideo scribi debent
secundum exemplar libri vite Et si scripti
non sunt saltem corrigendi sunt Con
feramus itaque libros nostros cum libro
vite et si quid aliter habuerint corrigat
ne in illa ultima collacione si quippiam
aliter inventi fuerint herentes abiciatur
Beatus homo qui se potest cognoscere et
respice probare et improbare Iram qui
sibi displicet et qui sibi vilis est deo carus

Multe sunt scientie homini sed nulla
melior illa qua cognoscit homo
seipsum Quam ob rem redeam ad
cor meum et ibi consideram ut toto
vitam meam possim discutere et me
ipsum cognoscere omnes miserias meas coram
deo effundam Si forte sua magna pie
tas moveat eum Confiteor ei omnia
peccata mea cui omnia nuda sunt et aper
ta quem fallere non possum quia sa
piencia est dei nec effugere quia ubique est
Audi ergo piissime deus confessionem
et respice ad pietatem tuam et fiat michi
secundum misericordiam tuam Audi quomodo sepe de
memoria mea te depulit ingens tharba
cogitacionum plurimarum que velud plebs
ad aliquod spectaculum solent effugere
in cor meum Dum oro vel cantare in
monasterio volo Nescio cuius modi stulta
cogitacio cor meum rapit et deducit per
diversa loca / et cum illud ad me revoco
tenere non possum sed illico illabitur et
huc illucque dispergitur et per immisericordiam
diffunditur Nescio turbida vanitatum effusione
ita cor meum occupatur et quod vitare stu
deam hoc cogitacione a modo quam voluntate
non enim est in potestate mea cor meum et
cogitaciones meae que etiam ex improviso
effusae mentem meam animum quoque confundunt
atque alio quam proposueram me trahunt ad
secularia revocant mundana inferunt
hoc quoque in tempore quo levare mentem
meam ad te paro manibus cogitacio
nibus infectus ad terram plerumque de
cor Impugnant perstrepancium cogitacionum
tumultus a corde amoveo cottidie vo
lo nec valeo sed visa audita quoque dicta et facta

ad memoriam reducunt et in ea tam magna voluntate perstrepunt cogitanda cogito cogitata recogito et cadens iterum atque iterum reiterare non cesso et cum diu intumque quicquid potero cogitandi sine cogitationibus esse non possum sed intrant et exeunt atque alie alias introducunt et excludunt hec invitus sustineo plerumque tamen consentio cum per ea que vidi vel feci sine utilitate et sit absque omni discretione vaga mente discurro ita mens mea semper est mobilis et nunquam stabilis semper vaga et valde ebria per diversa distrahitur Graviter pecco dum cor meum delinquo quia gravis iactura est que per negligentiam fit Vim patior cum id me deserit Confirma cor meum deus qui cum stare in semetipso nititur etiam nesciendo dormitat Ita peccandi consuetudinem introduxi ut in me ipso cum nescio pecco et totum meum cor per infinita deducatur et in multa desideria dividitur In nocte vero cum dormire volo multarum rerum ymagines et fantasias clausis oculis video eas quam multum tollere quanto quam ab eis aciem mentis avertere nitor tanto amplius ille se michi ingerunt et molestiis turpium cogitationum cor meum maculatur Inde est quod sepe michi nocuit mortifera delectacio que ex recordacione preteritorum peccatorum nasci solet sed maxime libidinis Hec enim pestis mortifera que preteris viciis est michi familiarior quam ad nocendum pernicior et ad repellendum difficilior Nam cum eam repellere volo nolenti se michi ingerit blande et onerosa displicendo placitus et placendo displicens Carnis libidinem nunquam effugere potui sed semper me persequitur et cum aliqua delectationis cogitatione vel visus intuicione me comprehendere non potest diebus neque noctibus sinit me requiescere subtiliter intrat et mentem occupat et nisi subito repellatur allicit et incendit et quasi virus pestilencie per totum corpus paulatim se diffundit Cogitationes pravas multiplicat afflictiones generat delectatione illicita mentem afficit et ad consensum pravitatis animum inflectit Omnes quam ante virtutes corrumpit hac peste tam astrictus teneor dum velle ab ea vix possum quin stimulos eius aut confiteri nescio aut erubesco Tam subtiles et tam preces sunt Seneca dicit media libidinis extinguere impuberes stimulat iuvenes inflammat viros enervat senes et decrepitos fatigat Non aspernatur tuguria non reveretur pallacia divitum sola cenobia fugiat Adiuva me domine deus meus ut huic tam pestifero tam mortifero vicio resistere possim Vicio enim quod resistentem fatigat vincere conatur Vicio etiam quod si mentem meam in cogitatione immunda polluero tibi qui munditie actor es placere non valebo

Cor mundum crea in me deus quia non solum vana cogitatio illud occupat et turpis coinquinat verum etiam iniuria dissipat Sepe namque aliquam iniuriam commotus diversis cogitationum tumultibus in corde premor hinc inde sollicitus et totius occasione vindicte de accepta iniuria premor consilia multiplico et nichil aliud quam iniuria que desinit in corde meo versus partibus invideo absentibus dico intra memetipsum contumelias profero et recipio receptis autem dictis respondeo cum quod cum opitulo nullus assit in corde compono insidias invidencium considero et cum me iniuria monere possent Quomodo exquiro quid respondeam et cum nil resistere videam pugnus liberator elaboro Sic quod diem in totum noctem in cogitationem verto Corpore ab utili opere quiescens fatigor illicita cogitatione Ita mens intenta peragit tunc nemo repugnat Quid etiam in qua ergo in tempore hoc per modum inoportunam cogitacionem verto in mentem et multo gravius torqueor in recordatione quam prius captus eram in perpetratione operis Sepe etiam ea que non feci nec in voluntate habui ita recogito quasi peniteat me illa non fecisse Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce servo tuo quia tam in exterius atque interius graviter pecco In corde enim meo depicta que vidi et feci Ideo quasi alium rerum tumultus in corde versari non cesso In cogitatione

Notabile

cum comedo cum ieiuno loquor cum ta
ceo irascor cum tranquillus sum. corpus
requiescit et animus huc illuc discurrit.
Ideo vitam istam sine culpa nunquam transire
potui. nec hoc quidem quod est laudabile opus
sine aliquo reatu est si remota pietate
discutiat. De necessitatibus meis eripe
deffinio me domine. Cibo namque dum necessi
tati debita reddere studeo ~~uo volup~~ sub
velamine necessitatis cado in laqueum
voluptatis. Sepissime namque comedi
non ad necessitatem sed ad voluptatem et
quod necessitati satis fuisset voluptati
parum erat. Cogitavi etiam de cibo et po
tu quod non debuit et cogitando de eis
epulas tota die ruminabam. Cum tegen
dis membris vestimenta quero non solum
quod tegat sed quod extollat expeto et cum
frigoris torporem non solum quero ut
muniat per spissitudinem sed que demul
ceant per molliciem non solum que
per molliciem tactum mulceant sed per co
lorem oculos seducant. Cum pro aliqua
necessitate loquendi licenciam habui locu
tus sum non solum necessaria sed etiam
de non necessariis et de hiis que ad me
non pertinebant et de quibus licenciam
non habebam immersi me colloquiis
hominum et ibi locutus sum non ad edificacionem
sed ad destruccionem non quod decebat sed
quod libebat locutus sum verba vana
ad risum apta ociosa et inutilia ver
bositati et sermonibus detraccioni studens
ob meum mendacium et detraccionem inique
nam lingwa mea cum fallacia est plena
et nocuit michi plus quam omnia mem
bra non ea que vidi vel audivi
unquam eo modo dixi quo dicta vel
facta sunt referre potui sed alia af
firmo pro eis aliis et sepe multa
intersero pro eis superflua atque ita
vel nimium laudando vel vituperando fere
quodcumque loquor mentior. Guttur
insaciabili ardet ingluvie gula di
versis saporibus saciari non potest. Cor
pravum dolo et malicia plenum per
puram confessionem nunquam purgare po
tui. Manus ad opus pravum fue
runt parate et ad operandum bonum pigre.
Stomachus et intestina nimio cibo
et potu sepe sunt destructa et ideo
dolore sunt plena. Nam unde delecta

tur inde venter inflatur corpus infirmatur et se
pe mors sequitur per gule delectacionem. Conculcavi
in ventris ingluviem et inde debui et
michi parare salutem inde contraxi nimium
comedendo perniciem. Pedes mei velocius
portaverunt ad aliquam curiositatem specu
landam quam ad ecclesiam. Oculi in aspectu in
tuitu me perverterunt omnemque motum
corporis mei ad inmunda desideria traxe
runt. Aures cursus apperui verbis ocio
sis et vanis quam sanctis delectatus est
odoratus variis odoribus. Gustus diver
sarum rerum dulcis saporibus nec non
singuli alii sensus hiis et illis inquinata
quodcumque sinus fiebat appetitus. Ita deni
que in omnibus membris meis natu
modum excessi omnia membra mea velud
coniuracione facta inimico meo subdi
derunt cum morte fedus inire cum in
ferno pactum pepigere

Eripe me domine ab homine malo et
a me ipso. Nam quocumque me
convertero vicia mea me sequuntur et ubi
cumque vado consciencia mea non me
deserit sed prius assistit et quicquid facio
scribit. Ideo quamquam humana iudicia sub
terfugiam iudicium proprie consciencie subterfu
gere non valeo. Et si hominibus celo quod
egi michi qui novi malum quod gessi
celare non valeo. Proprium reatus consciencie
non me recipisse sinit sed de die in diem
horribiliter torquet et diem iudicii vehemen
cius terret. Nam illa die cum homines
ad iudicium venerit omnium commissorum consciencia
ad testimonium adducetur. Et aperto libro
consciencie cuius culpa ante oculos adducetur
atque ita cogente consciencia unusquisque
erit accusator et iudex sui ipsius. Propterea
constituam me ante me et iudicabo
me ipsum ut illius extreme et tremende diei
iudicium evadere possim. Dampnat me
consciencia mea quamquam me divinum iudicium
non dum dampnat. Accusat me de
homicidio quod si opere non feci voluntate
tamen ac desiderio sepe peregi. Accu
sat me de adulterio et cogitacione respo
deo. Accusat me de invidia. Confiteor
et ego quam invidia sepissime cor me
um laniavit. Per invidiam namque sem
per inveniens bona mea secum videndo

Peccata namque que ab hominibus fieri vel dici audiebam ea omnino non credebam, ipsas vel res bene gestas in malum interpretando commendabam. Omne malum quod de illis fama mendax tractabat statim tamquam ego vidissem credebam. Omnia mala meis exemplis fingebam et ex profectu eorum deficiebam proficientibus invidebam peccantibus favebam de malis eorum gaudebam et de profectibus eorum lugebam gratuitus inimicus ardebam disciplinam mei pastoris reprehendi timebam, et sic eram amicus dei diaboli et inimicus dei. Inter amicos discordiam seminavi discordes autem in dissensione confirmavi opiniones eorum viciatus coloravi In spiritualibus carnalia laudavi ut spiritualia bona deesse eis persuaderem. Amicicias simulavi ut eos qui se michi intimante committebant qua possem arte deciperem occasionem michi odiorum preteritis suspicionibus coacervavi, et demones quorum facta sectabar letificavi vel ut filius sceleratorum tenax malorum suspicionum utrobique perversus et ita persecutus est inimicus animam meam. Pessime domine quomodo possum esse bonus qui in bono sic fui malus ego peccabam tu dissimulabas prolongabam multo tempore iniquitatem meam et tu sublata vindicta meam exhibebas quia penitentiam cogitabas. Da ergo misericordiam misero qui tam diu pepercisti criminoso, credo namque quod quicquid michi condonare decreveris sic erit quasi numquam fuerit

Non solum invidia cor meum afflixit verum etiam vanitas eius varias delectaciones languentem animum involvit per vanitatem namque sepe de operibus quorum michi conscius non eram simpliciter me iactavi iactabam etiam scire que nesciebam. Credi de me sublimia volebam. Execrabar verbo quod animo concupiscebam. Appellaciones virtutum meis peccatis imponebam et ita meipsum fallebam et fraudes michi decipiebam in promissione inhonesta fui velox in exhibicione mendax a bono mutabilis mali tenax in verbo gravis animo turpis utrobique fallax letus ad prospera fragilis ad adversa inflatus ad obsequia anxius ad opprobria immoderatus ad gaudia facilis ad humana difficilis ad honesta. Misericordissime domine ita defecerunt in vanitate dies mei in quibus debui flere commissam iniquitatem excitare remissam voluntatem amissam hereditatem aspirare ad promissam felicitatem appetere ad angelicam societatem respicere tuam maiestatem

Quereret me tota vita mea deus diligenter discussa aut apparet michi peccatum aut sterilitas. Et si quis in ea fructus videtur sic est aut simulatus aut imperfectus aut aliquo corruptus ut possit aut non placere aut displicere tibi. Et ad vere res ita sit, est michi quod non ita sit quod est miseria super miseriam. Sic comedo sic bibo et dormio securus quasi iam transierim diem mortis et evaserim diem iudicii et tormenta inferni. Sic ludo et rideo quasi iam tecum regnem tecum in regno tuo. Predicto multitudinem iniquitatum mearum expavescens sed de tua misericordia confidens tibi creatori et redemptori meo quia per veniam et indulgentiam post puram et lacrimabilem confessionem assequi promisisti. Confiteor quia in peccatis sum conceptus et in peccatis sum natus et in peccatis sum nutritus et per omne tempus vite mee usque ad hanc diem in peccatis sum conversatus nullum invenio peccatum quin ab illo sim aliquo inquinatus. Per superbiam namque precepta tua et seniorum meorum non servavi sed sepissime sic transgressus. Silencium et taciturnitatis statuta regula docet non tenui. Quod michi licitum non fuit hoc tenui habui dedi et accepi. Clamores pauperum et miserorum non libenter nec misericorditer audivi nec eos in infirmitatibus suis visitavi. Suadentibus michi in malum consensi facilius multa in uno quam unum in suo cogito facilius reprehendo aliorum macula quam mea et quod in aliis reprehendo solus facere non erubesco. Facilius cuiuscumque vicia intendo quam virtutes. Cum aliorum delicta teneo mea aspicio. In meis delictis sum clemens

In aliquem rigorem tenere volo. Ad irro-
tandas contumelias sum validus
ad tollerandas infirmus. Ad obediendum
piger ad lacessendos vero alios impor-
tunus. Ad ea que facere debeo et valeo
vagus. Ad ea vero que facere nec debeo
paratus. Ita repleta est malis anima
mea peccatis meis exigentibus. In ecclesia
me deteriorem non reperio. Ante al-
taria Dei posite non supplico. Vasa sancta
non reverenter tracto. In choro sum cor-
pore et in aliquo negocio sum mente
nunc intus maneo nunc foris exeo
tanta est levitas corporis necnon et men-
tis. Aliud canto et aliud cogito. Psal-
modie sensum non attendo sed magis
ac dissolutis oculis huc illucque pro-
spiciens quecumque ibi geruntur perlu-
stro et prospicio. Ve michi quia ibi
pecco ubi peccata emendare debeo
non michi in ipsis bonis que ago ad
deterius appropinquo quia dum leticiam
menti pariunt et quandam securitatem
gignunt mens mea secura redditur et
in tempore labatur. Sepe etiam incepi
et opera que feceram laudari et ab aliis
laudari volui plerumque laus humana
quam non ardebam ablata michi pla-
cuit. Et cum ex ea mentem extollerem ob-
lito multa que feceram ad memoriam
veniunt ut amplius in elacionem attol-
lerem que subtiliter replicans atque in
unum cuncta coacervans cepi magis
magisque intumescere. Dum in mei admi-
racione occupatus defigerer michi dans
gloriam et non Deo a quo omnia acceperam
omnem fructum amisi atque ita dedi-
cum qui me laudabant adversum me
murmurabant. Quanto enim quis in se ipso
gloriatur tanto a Dei amore disiungitur.
Ita Deus meus inferno appropinquat
anima mea. Si me inde liberaveris habeo
unde gratias agam. Si non liberaveris
non habeo unde te reprehendam qui
iustus es. Heu michi qualis vixi et
quanta mala feci pudet quod sic vixe-
rim et quod natus fuerim vellem non
esse quam talis esse. Bonus eram et
malum me feci utique quia me sponte

feci miserum. Iustum est semper me esse mi-
serum. Conscientia mea luget baptizatum
penitencia mea non sufficit ad satisfactionem
sed certum est quod una tua delet omnem
offensionem. Dele ergo propicie domine iniqui-
tatem meam multitudine miseracionum
tuarum. Ego vero qui usque ad hanc diem
sine causa vivere volo sed heu miser his
tam sepe confessus surgens postea
cadens sum defessus quociens confitendo
quociens repetendo multociens promisi
ut me emendarem et nunquam tenui sed semper
ad peccatum meum redii et prioribus sceleri-
bus nova et deteriora cumulavi. Nunquam
ut debui mores meos in melius commutavi
nec a malefactis recessi plurimas etiam
me perdens peccare feci et multis causa
mali extiti et exemplis vite mee non
nullos subverti. Ecce sunt peccata mea mise-
ricordissime Deus non abscondo sed ostendo
accuso me non excuso quia iniquitatem
meam ego cognosco nec ideo iustus sum
quia si alter me accusaret sicut ego
me ipsum accuso pacienter sustinere non pos-
sem. Desperare utique potuissem propter vicia
nimia et culpas et infinitas neglegen-
cias meas quas egi et cottidie indesinenter
ago corde ore et opere et omnibus meis
quibus humana fragilitas peccare
potest nisi verbum tuum caro fieret et habitaret
in nobis. Sed desperare iam non audeo
quia ille subditus tibi usque ad mortem
mortem autem crucis tulit cyrographum
peccatorum nostrorum et affigens illum cruci pec-
cato crucifixit et mortem. Gratias tibi
ago Deus meus qui visitasti me et osten-
disti michi peccata mea. Nunc primum te
inspirante didici ad cor meum redire
et me cognoscere. Advocabo ergo unum
de amicis tuis et ei omnia delicta mea
exponam sicut michi precepisti ut eius con-
silio et auxilio ab omnibus iniquita-
tibus meis possim liberari

Audi ergo pater misericordiarum et tibi re-
conciliari petentem. Audi vocem la-
crimantis et penitentis. Attende quam
frequenter peccavi et creatorem meum offendi.
Deo iubente ad cor meum redii et inde
exclusis omnibus preter Deum meum et
me ipsum totam vitam meam discussi
tanto diligencius quanto familiarius
et ut verum fatear nichil aliud ibi inveni

nisi locum horroris et vaste sollitudinis
solitariam videlicet divi neglectum om
nimodo inaculatam spinis et tribulis obsi
tam et omni horrore plenam. Nullum in
venio vicium a quo non contraxerim aliquod
contagium

Turbavit me ira laceravit invidia
inflavit me superbia. Unde contraxi
mentis inconstanciam oris scurrili
tatem obprobria proximos scelera detra
ctionis lingue effrenacionem. Seniores me
orum impia non servavi sed iudicavi
de meis negligenciis obmurmuratus aut
rebellis fui aut minimum pretuli me
melioribus imprudenter affectavi. simplicita
tem spiritualium patrum et fratrum ridere
excogitavi meas sentencias protractas
iactavi in obsequia delata fastidivi ne
grata quesivi minores elatus despexi
non servavi in obsequio reverenciam in ser
mone modestiam in moribus disciplinam
habui in intencione pertinaciam in corde
duriciem in sermocinacione iactanciam
in humilitate fui fallax in odio pertinax
in vocacione mordax subiectionis impa
tiens potencie sectator ad opus piger ad
vanitatem servus ad obsequium durus ad
loquendum que nesciebam promptus ad
supplantandum paratus fui eciam societati
inhumanus temerarius in iudicando
clamosus in loquendo fastidiosus in
audiendo presumptuosus in docendo
effrenatus deformis in cachinnando. Ho
nestis amicus infestus quietis ingratus
beneficiis inflatus obsequiis et imperiosus
subiectis. Sepe iactavi me fecisse quod
non feceram vidisse quod non videram
dixisse quod non dixeram. Dissimulavi
eciam me non fecisse quod feceram negavi
me dixisse quod dixeram non vidisse
vel audisse quod viderim vel audierim
Et ita ex omni parte sum reus. reus in
seculo. reus in monasterio. Ibi per igno
ranciam hic per negligenciam et utrumque
me perdit. Verum tamen multo amplius
terret me quod in monasterio ante con
spectum dei deteriorem me invenio.
Collocavit me deus in loco voluptatis
in paradiso deliciarum in domo uber
tatis ego vero miser et miserabilis

in mensas epulancium fame pereo circa fon
tem sitio ante ignem algeo. et ad uberes
mamillas extendere valeo. Tam piger
et desidiosus sum. Ita tempus committo
quod deus sua pietate michi indul
serat ad agendam penitenciam ad optinen
dam veniam ad acquirendam graciam ad
promerendam gloriam quasi quoddam
monstrum inter filios dei electos habitum
monachi non conversacionis habens in ma
gna cuculla et ampla corona salua
gina michi existimo tamquam arbor steri
lis terram occupo et velud inmcultum
vile plus consumo quam proficio altius
locum teneo nullius officium suppleo
sed sum sicut truncus sine frondibus
et fructibus. Alii me pascunt de labo
ribus manuum suarum tamquam proben
darium. Ego sicut miser et pauper nec
officium clerici nec layci gero. Cantare
namque et legere nequeo laborare nescio
sed sum obprobrium hominum pecore vilior
cadavere peior. Collcabilior est canis
putridus hominibus fetens quam anima
peccatoris. Ideo tedet me vite. erubesco
quod parum proficio. Malo tamen mori et
misericordie dei me committere et commendare
quia benignus est et misericors quam
de mala mea conversacione scandalum
aliorum facere. Tota namque die verecun
dia mea contra me est et confusio fa
ciei mee cooperuit me cum me video
sompnolentum ad vigilias tardum ad
horas canonicas et pigrum ad opera
manuum. Alios video strenue et devo
te divinis interesse laudibus. Alios
non tam reverenter et alacriter coram
deo assistere et eum laudare. Ego autem
compungi ad lacrimas nequeo tanta est
duricia cordis mei. Cantare non libet
orare non delectat meditaciones sanctas
non invenio. Tanta est falsitas anime
mee et devocionis inopia quam paciar.
Hen michi omnes incedunt visitat dominus
eidem non appropinquat. Nam aliud intu
cor qui est singularis abstinencie.
Aliud admirande paciencie. Alium summe
humilitatis et mansuetudinis. Aliud
multe misericordie et pietatis. Illum
in contemplacione frequenter excedere
summe pulsare et penetrare celos

oracionis instancia Alios quam in aliis
perimere pluribus Iuvenes considero prospicio
ferventes omnes devotos omnes in
cristo unanimes amicos donis celesti
bus et gracia affluentes tamquam venera
biles spirituales homines quos deus visitat et
in quibus inhabitat In me vero nil horum
invenio qui dominum declinavi in ira
a servo suo Inde est quod cum alii canunt
in monasterio ego sum alicubi discurrens
quod alii in aliquo secreto loco se firmant
a colloquiis hominum ut ibi loquerentur
cum rege angelorum ego quero collo
quia hominum Cum aliis vacant lectioni
bus ego fabulis et verbis ociosis Quando
alii disciplinant et domant seipsos ego
iudico alios aliis placet communis vita
communis disciplina et commune studium
et michi placent anguli et diverticula
Sit ex quo peccare potui numquam a peccatis
et malis operibus cessavi potius peccata
semper cumulavi et peccata que aliquando
operibus implere non potui malis volun
tatibus et malis desideriis perficere
numquam cessavi
Super omnia delectacio carnis que
ab ipsis cunabulis semper mecum cre
vit michi semper adhesit nec adhuc pre
senectute deficientibus membris me
deserit Multis et variis per modis infe
licem animam meam maculavit dissol
vit captivavit et omni virtute destitutam
manem et debilem reddidit. Fetor huius
operis nephandis immundis cogitationibus
recordationibus me sepe fuisse commotum
nescimus ardores quam non modicos et in
honestos passum et non solum meas
delectationum malas memorias et stultas
recordationes michi noceo sed eciam aliorum
male facta michi narrata et per recor
daciones sordidas ad memoriam redu
cta cor meum non parvo veneno ini
quitatis maculare Et in hoc miserabilius
miserabilis sum quia non tantum do
leo quantum dolere me cognosco sed
sic semper torpeo velud quod pacior
ignorem hoc vero est michi cum infeli
citate deterius quod ita opere percussus ore
pollutus corde immundus ad altare acce
do et corpus cristi manibus meis per

pertractare non pertimesco Attendo ellatus
ad humilem iratus ad mitem crudelis
ad misericordem et tamen pater humilis
ellatum mitis iratum crudelem misericors
Attendo servus ad dominum non amore sed ti
more non devocione sed usu Attendo ad do
minum cuius percussi servum ad patrem attendo
cuius occidi filium percussi verbo occidi ex
emplo Nec tamen pertimesco dominum nec
vereor patrem amancius fratrum in turba
turbavi aliquos et ab aliquo perturbatus
numquam attendo ad pacificum appropinquo reconci
liatus ad osculum pacis qui prius recon
ciliatus accedere debuissem ad osculum
turbati fratris Committit me reum et dei
inimicum mea iniquitas et peccatum meum
sepe separavit me a deo Peto obsecro te
pater ut me instruas quomodo possim
stare cum deo meo aut redire cum peccatis
meis exigentibus motus fuero
Confessio tua fili ad lacrimas me
commovit tum propter te tum propter
me propter me fleo quia quecumque dixisti de
te eadem fere aut similia reppero in me et
multa michi ad memoriam revocasti
quorum oblitus fueram propter te gaudeo
quia visitavit nos oriens ex alto Non enim
es longe a regno dei Noticia namque peccati
est inicium salutis Confide in domino quia
numquam minimum est inter fervoris et boni operis
humilitas supplebit pure confessionis
Quacumque hora peccator conversus fuerit
et ingemuerit salvus erit quia cor contri
tum et humiliatum deus non despicit
Tardius siquidem video veniam peccatori de
disse quam illi accepisse Sic enim estimat
misericors deus absolvere reum a tor
mento conscientie sue quando plus crucietur
misericordem compassio miseri quam ipsum
miserum passio sua Cum enim vere pe
nitet vere dolet absque dubio et absque
mora indulgenciam accipiet Et quanto
quis frequencius quanto quam vehemencius
de suo reatu interius doluerit afficitur
tanto tucior tanto quam securior de indul
gencie venia efficitur Inde est quod amicus
penitentie atque afflictum cum libenter
cum frequenter consolatur sponsus pacientis
Eam libenter visitat illam frequenter confortat

et ad venie fiduciam plene reformat quia
sua scelera flendo dampnat et dampn
nando flere considerat incipit et tunc
quedam familiaritas inter deum et animam
fieri, eo quod licet se sentiat ab illo sepius
visitari, et ex eius adventu non tantum
iam consolari ymmo aliquotiens inefa
bili gaudio repleri Sed ad hoc quibus indo
venis profecto vere penitens Anima enim
in confessione lavatur, conscientia mundatur
amaritudo tollitur, peccatum fugatur tranquilli
tas redit spes reviviscit cuncta clarescit
Post baptismum nullum nobis aliud con
stitutum est remedium quam confessionis
refugium Sit ergo devota cordis compunc
cio vera oris confessio discreta carnis
mortificacio repentina viciorum extirpa
cio leta bonorum operum exhibicio Non
erubescas deo confiteri cui non potes
abscondi Ipse enim novit abscondita cor
dium Cui nuda et aperta In cuius con
spectu omnia tua peccata sunt scripta
Sed quod ipsa scripsit confessio hoc de
let confessio Non te pudeat dicere quod
non puduit perficere Ideo si forte pudor
est tibi michi soli et peccatori peccata tua
exponere Quid facturus es in die iudicii
ubi omnibus exposita tua apparebunt con
sciencia Si cogeris coram multitudine nudo
corpore transire non posses non erubescere
Cur ergo minus confunderis quando
immunda cogitacione sordidaris Cur magis
erubescis pudenda cordis quam pudenda
corporis Cur magis vereris vultus homi
num quam angelorum Talis confusio separat
omnis spes venie et misericordie in con
fessione vera Simulata namque con
fessio est duplex confusio Excludit enim
misericordiam misericordie similacio Sed nec
dignacio locum habet ubi fuit dignitatis
presumpcio provocat enim ad compassionem
humilitatis miserie confessio Nulla est
tam gravis culpa que non habet veniam
per confessionem Vicia ergo cordis et
pravas cogitaciones illico manife
sta, pectum enim proditum cito curatur Vul
nus ergo tacendi ampliat virus
si patet fit ex magno pusillum si latet
ex minimo maximum Nam velox confessio
velocem medicinam facit Melius ut vites
vicium quam ut emendes, ne forte cum mens
renovare non poteris. Quociens te sentis
turpibus cogitacionibus impulsari et per
delectacionem alliciatum affligi, tociens po
ne ante oculos tuos quomodo Cristus in cruce
crucifixus est pro te Intuere quomodo
a Iuda Iudeis traditur et quam viliter per
tractatur blasphematur colaphizatur iudica
tur et condempnatur expoliatur et flagellatur
Ad ultimum vero contumeliis et obprobriis
affectus inter duos latrones suspenditur
clavis confixus sputis delinitus spinis
coronatus et demum lancea perforatus
Ex omnibus partibus sanguis manat
Et inclinato capite emisit spiritum Ita re
demptor tuus moritur pro te et tu ne
scis quomodo cogitacione sordidaris nec
te sufficere posset hec cogitacio ad exclu
dendas pravas delectaciones Sed eciam
que considera quomodo morieris quando
ubi aliqua gravi infirmitate vexatus
et ad exteriora deductus et ibi in terram
prostratus inter longa suspiria et di
finales singultus inter diversos dolores
et timores anima expirabit Tunc veniet
corpus in palorem et horrorem in famine
et fetorem, erit cinis et cibus vermium
Animam vero mox capient et recipient lar
vate ille facies que eam in exitu pre
stolantur Ex omni parte terrebunt eam
demones horribiles et terribiles Cogi
ta quis eam defendet a rugientibus
paratis ad escam Quis consolabitur
tandem cum illa monstra demoniorum
venient sibi caternatim occurrencia
Tu vero videbis aut quis deducet per
ignotas regiones Attende quam subito ve
niet dies ultima subito veniet et for
sitam hodie Etiam presentaberis ante
tremendum iudicem accusaberis de multis
et magnis offensis non uno non paucis
sed nimiis criminibus Licet longa fuit
vita tua brevi tamen accusatore (non
uno sed tot quot sunt delicta tua
Ipse iudex erit districtus accusator tuus
Omnes eciam spiritus boni et mali te accu
sabunt coram deo bonum quia deo

Debent equitatem. Mali quia tuam fundent
iniquitatem. Tot iudicibus astabis
quotquot te precesserunt in bono opere
tot argumentis confunderis quot tibi
bene vivendi prebuerunt exemplum
tot testibus convinceris quot te monue
runt bonis operibus et iustis accusa
tionibus. Omnibus publice nudabunt iniqui
tates tue et cunctis agminibus patebunt
cuncta scelera tua non solum actuum
verum eciam cogitacionum et locucionum
Multa vero peccata provenient et improviso
quasi ex insidiis quibus nunc non vides. For
sitan multo plura et terribiliora hiis
que nunc vides. Undique erunt tibi angu
stie. Hic erunt accusancia peccata inde
terrens iusticia. Desuper iratus iudex
intus vermis consciencie foris ardet mundus
Iustus vix salvabitur et peccator sic deprehen
sus in qua parte latebit. Nam latere erit impos
sibile, latere intollerabile. In tanto distri
ctione torquebit te consciencia tua male
sibi conscia cruciabunt cordis archana
Cogente eciam consciencia turpe eris accu
sator tuus et iudex convictus ipsa consciencia
et testibus occultis omnis iudicis fugere
non poteris sed tremens et anxius stabis
suspensus ad gravissimam sentenciam in an
gusto periculo et in periculosa angustia
tamquam illico recepturus quod in perpetuum
amittere non poteris. Iudex erit vehementer
iratus et terribiliter districtus sentencia
eius semel prolata erit immutabilis
Tortores horribiles qui nunquam miserentur
erunt parati et data sentencia te dampnatum
ad tormenta rapient. Tormenta erunt
sine intervallo et sine temperamento
timor conturbabit te cum hora appa
ruerit coram te et tu reus cades in sta
gnum sulphuris ardentis et fetentis. Ignis
exterius carnem tuam comburet. Vermis
intus consciencie corrodet. Ubi eciam sine
fine sine spe venie et misericordie.
Omnia vero iehenne supplicia superabit
deum non videre et bonis carere que
in prelacione perdidisti. Si vis malas cogi
taciones a corde tuo expellere sepe
predicta cogita. Ubi namque est cogitacio

tua ubi est affeccio tua. Ubi est cor tuum
ubi est desiderium eorum. Illud sepissime in
cogitacione volvimus cuius amore plus
affecti sumus. In cogitacione namque sua
cadit quisquis vel stat. Si bona cogitas
cogitacio sancta custodiet te. Si mala
cogitas spiritus sanctus effugiet fictum
et auferet se de cogitacionibus que sunt
sine intellectu. Erit ex templo tuo spelun
ca dyaboli quamquam deus deserit dyabolus
accipit. Spiritus sanctus suggerit bona et
dulcia, malignus autem mala amara
prava et immunda. Et ideo quacumque
hora cogitacio mala cor tuum tangit
non consencias illi nec sinas in corde
tuo eas manere sed illico expelle. Primi mi
ce cogitacionis resiste et fugiet a te. Vana
ante oculos dei vacue non volant co
gitaciones vestre et nulla momenta tem
poris eciam transcendunt sine statu re
tribucionis. Cogitacio prava delectacionem
parat, delectacio consensum, consensus
actionem, accio consuetudinem, consuetu
do necessitatem, necessitas desperacionem,
desperacio mortem. Sicut vipera a filiis
suis in utero positis lacerata perit ita
cogitaciones nostre nisi nos nutrite occi
dunt animam

Demonium est cogitaciones ma
las fugere. Nostrum est illico eas
expellere. Nam in animo nostro eas
iacere non attinet voluntati et ipse de
putatur culpe. Voluntate namque sua
cadit qui cadit sed voluntate dei stat
qui stat. Cogitacio tamen immunda men
tem non coinquinat cum pulsat ni
si hanc sibi per delectacionem subiugat

Superbia sicut est origo omnium cri
minum ita est ruina omnium virtutum
ipsa est enim in peccato prima ipsa in con
flictu postrema ipsa ante in exordio
mente per peccatum prosternit aut in fine
de virtutibus cecidit. Ideo est omnium peccatorum
maxima quia tam per virtutes quam
per vicia hominem interius exterminat.
Cetera vicia solas illas virtutes impe
tunt quibus ipsa destruuntur ut luxuria
castitatem, ira mansuetudinem, seueri
tas pietatem. Sola vero superbia con

tunictas virtutes ante se erigit et quasi ge
neralis et pestifer morbus omnes corru
pit. Ideo nisi omnia opera nostra professe
sit humilitas comittata et consweta
fuerit et consweta fuit sporta qua intu
camus apposita tibi adhereamus impo
ta qua reprimamus totum de malum
extorquet superbia. Quantacunque sit
iusticia operis apud eternum iudicem nulla
est si hanc elevet tumor mentis. Re
vera omne quod agitur omnino perditur
si non sollicite in humilitate custoditur.
Signa superbie sunt hec: Clamor in lo
cucione, amaritudo in silencio, disso
lucio in hilaritate, furor in tristicia, ho
nestas in ymagine, inhonestas in accione,
rancor in reprehensione.

Invidia est animi tinea sensum
comedit pectus urit mentem affi
cit. Cor hominis quasi quedam pestis
mortifera depascit et cuncta bona ar
dore pestifero devorat. Invidus alienum
bonum suum facit invidendo pecius. Dum
peccatores quosque conspicimus non illos fa
cile iudicemus sed pocius defleamus
quia in similibus aut lapsi sumus aut
labi possumus. Si vis delinquentem cor
ripe aperte increpa non occulte mor
deas. Quid enim prodest ne si me nescacte
aliis mala mea referas. Hec illi qui sua
renuit corrigere vitam et aliorum mores de
finit detractare. Si vis detrahere in
tua te peccata retorque non aliorum
debita sed propria. Nunquam enim acui detrectere
si te bene inspexeris. De malo alieno
os tuum non inquinies. Non detrahas
peccanti sed condole quia grave peccatum
est detraccio. Detrahentes et audientes
pari reatu detinentur. Sicut es nasties
alteri quando detrahit tibi sit nascans
tibi cum detrahis alteri. Detraccio est mor
dacior quam vana comprehensio. Multos
seducit curiositas. Tamdiu quisque peccata
sua ignorat quamdiu curiose aliena
considerat. Qui semetipsum aspiciat non
querit quid in aliis frequenter reprehe
dat sed in semetipso quid lugeat. Sed

inter se loquuntur homines nunquam sane desi
dies. Omne enim genus peccati similiter e
fuge nec casu nec studio loquaris
falsum quia os quod mentitur occidit
animam. Per nullam fallaciam vitam alicuius
defendas. Fuge inhonesta verba. Omne
verbum quod non edificat audientes
vanum est. Sermo cito vallavit mentem
et vane conscie index est. Mores hominis
lingwa pandit et qualis sermo dirigitur
talis animus comprobatur. Etenim ex habun
dancia cordis os loquitur. Sermo vanus
non est absque iudicio quia ab omni fa
cie rectitudinis deperiunt qui per verba
vana dilabuntur. Qui laudem non appe
tit nec contumeliam sentit. Discerne
de tuo iudicio non alieno. Nemo enim
magis potest scire quis sit quam tu qui con
scius est tui. Quid enim prodest si in
malus es si bonus predicaris. Qualis
haberi non vis talis esto. Si sapiens fuer
et te semper hebes eris. Stude loqui non
quod libet sed quod oportet. Qui ociosum
verbum non respuit ad noxia cito transit.
Magna virtus est si non ledis a quo
lesus es. Magna gloria est si cui nocuisti
parcas. Nobile vindicte genus est igno
scere victo. Quecunque tibi contigerint adversa
si pro tuo peccato advenit tibi. Tempera
ergo dolorem et dic iuxta modum delictorum
parva datur ulcio. Mala aliorum bo
no supera tuo. Vince maliciam bonitate
destruens errores dissimulacione. Cal
ca. Non sis in pace infidus nec levis
in amicicia. Odientes ad pacem invita
discordantes ad concordiam revoca.
Consciencia hominis abyssus multa. Sicut
enim abyssus exhauriri non potest sic cor
hominis evacuari non potest a cogitacioni
bus suis sed continua volubilitate
volvuntur in eo mare magnum et spa
ciosum illic reptilia quorum non est numerus.
Sicut reptile latenter repit et sinuosis
anfractibus hinc illincque deambulat
ita consciencia hominis venenate cogi
taciones intrant et exeunt ut nesciat
homo unde veniant aut quo vadant.
Hoc bene cognoscebat qui dicebat pravum
est cor hominis et inscrutabile

et quisque cognoscat quod scrutacionem
non recipit ut cogitacionem apprehendat
Nulla pena gravior est prava con
sciencia Mala consciencia coagitatur
stimulis Si fama publica te non dam
pnat consciencia ipsa condempnat Nullus
uno potest seipsum effugere Vis nunquam esse tri
stis vive bene vita enim bona gaudium
habet consciencia rei semper pena est Ita clemens
esto in alienis delictis sicut in tuis Nec
quemquam districtius iudices quam te Sic
alios iudica ut ipse iudicari cupis lex tua
te constringat Iudicium quod aliis impo
nis tu ipse portabis Nullum condem
nes ante iudicium ante proba et sic iudica
non enim qui accusatur sed qui convincitur
reus est valde periculosum est quempiam
de suspicione iudicare In ambiguis
sentenciis serva dei iudicio non eligas
cui miserearis ne forte pretereas illum
qui meretur accipere omnibus tribue si po
tes quia incertum est pro quo magis pla
ceat deo magis sit benivolencia quam quod
datur quia tale erit opus tuum qualis fuit
intencio tua Qui cum tristicia manum
porrigit fructum remuneracionis amittit
non est ima ubi non est benivolencia non
auferas uni unde tribuas alteri quia nil
prodest si uni recipis inde iniures Abice
a te quicquid bonum propositum impedire
potest Contempne viviens quod post mor
tem habere non potes Difficile est ymo
impossibile ut et presentibus quis fruatur
et futuris et ut hic ventrem et illic
mentem impleat et de deliciis transeat
ad delicias ut et in terris et in celis
gloriosus appareat Si vis cum leticia
animi vivere noli multa habere istam
quisque fenceus vitam nisi qui vivit
in ipsa non potest habere post ipsam Quanto
namque in terris delectamur tanto a
dei amore disiungimur nullus sit casus
quem non meditacio tua preveniet
Nullus imparatum te inveniet pone
nil esse quod tibi non possit accidere
vita sancta in qua vides totam te
aliud accidisse Aliorum perdicio tua
sit caucio Dum nescimus repente
mors venit Nescimus enim quid nobis
hodie contingat et nescimus si hac nocte

animam nostram condicio mortis exposcat
Cottidie ad finem tendimus et ad mortem
properamus Ideo singulis horis cogitare
debemus ubi singulis momentis
properamus Nunquam penitentem oportet
de peccatis habere securitatem Nam securitas
negligenciam parit negligencia autem
sepe intum ad vicia transacta reducit non
solum gravia sed et levia cavenda
sunt peccata Multa enim sunt grandia
facimus Et sicut solet de parvis et minimis
guttis immensa fluvia crescere non est du
bium quod qui casti perseverant et virgines effi
ciuntur coequales angelis dei
Nullus homini tam impius exactor est
quam venter qui cottidiana refeccione
cottidiana famis exaccione impletur
cum ceteris viciis Et si interdum nascimur
interdum tamen cum eis non morimur cum
isto autem et nascimur et morimur Multis
creditoribus me reliquimus obnoxium pe
nitus sed ab omnibus liberatus sine uno
tantum superest a quo liberari non possum
a ventre Venit precepta non audit
poscat appellat insultat animam fatigat
et omnes vires corporis ad suum appetitum
inclinat Hic tamen creditor parvo dimit
titur precio si dederis quod debes non quod
potes Quosdam presciens deus multum
peccare posse in salute flagellat eos in
infirmitate tantam me peccent ut eis uti
lius sit frangi laboribus ad salutem quam
remanere incolumes ad dampnacionem Est
perniciosa sanitas que ad inobedienciam
hominem inducit Et salubris infirmitas
que per diversam correpcionem mentem dum
cia frangit et humiliat
Dyabolus qui decipere quemque temptat
prius naturam uniuscuiusque intendit
et inde se applicat unde magis aptum ho
minem aspicit ad peccandum blandis et leni
bus moribus sepe luxuriam aut vanam
gloriam proponit asperis vero moribus ira
superbiam crudelitatem Adversarius noster
cum exteriori sensualitate se videt exclusum
interiora collectis viribus aggreditur Et
spiritualis homo qui cuncta considerat omnes
astucias non ignorat reprimit quod potest

quod nō pt reprimē tolleret qui et si
latratum canis sustinet morsum non
timet latrat cinnq; suggerit mordet cū
ad consensum per pertrahit Si tamē non
uigerit quod suggerit et tunc vincetur
non voluerat sed coronat ymo nesciens
vinceti coronam fabricat

Oracio est mentis deuocio i conuersio
ad deum per pium et humilem affe
ctum · humilem ex conscie infirmitatis
pium ex consideratione diuine cleme
tie Nullo alio dominus ad misericor
diam citius flectitur quam si animus depre
cantis ad eum toto deuocionis affectu
conuitat Nil tam deum alacrem comple
ctitur que ad modum purum affectus Pecto cum
orare volueris solus solitudinem cordis
tui ingredere et collecto spiritu tuo integra
mente et vaca curis oracionis Deinde
intrans et stans coram deo ante vnum
aliquod de altaribus instancia celos
penetra et p(re)sentibus choris celestium spirituum
in ipsorum p(re)sencia miserias et calamitates
quas pateris miseratus deplora propter
tuam necessitatem posce eorum pietatem
Et ego confido in eo qui dixit petite et
accipietis quia si pulsans perseueraueris
non exibis inde vacuus Sit ora cum
oraueris quasi sis assumptus ante faciem
diuine maiestatis in excelso trono vbi
milia milium ministrant ei et decies cente
na milia assistunt ei Tunc veraciter
oramus quando aliunde non cogitamus
sine intermissione orare debemus Nam sic
non est momentum quo homo non fruatur
vel vtatur pietate dei aut misericordia Sic
nullum debet esse momentum quo eum presentem
non habeat in memoria Felix anima que
ita mentis cogitaciones studet in vnum col
ligere et in illo felicitatis fonte desiderium
figere Quando oramus spiritum sanctum
ad nos vocamus Oracio cordis est non la
biorum Neque enim verba deprecantis intendit
sed orantis cor aspicit Si vis virtutes tuas
augere prodere noli quod manifestando
potes amittere tacendo custodi Quibusdam
enim concessum est tantum bene agere sed

fructum boni operis non habere quem
ipsi sibi auferunt per studium humane la
ctancie Cum ad cor meum redire volo desi
deriorum carnalium tumultusque viciorum temp
tacionibus suis cogitacionum misericordiam
dissipant et intencionem cordis in oracione
perturbant Et cum conuerti ad deum post
perpetrata vicia propono vel eciam post pec
torum enormium contagia dum exorare te
nitor concurrunt cordis fantasmata peccatorum
que feci et mentis mee aciem reuerberant
confundunt animum et deprecacionis mee
vocem premunt Mala que feci cogitacionis
mee ymaginibus impressa in ipsa mea
oracione me conturbant Ceterum quanto graui
ori tumultu cogitacionum carnalium pre
mor tanto ardencius oracioni insistere de
beo et quantum peccatorum meorum fantasmata
in oracione plerumque pacior tantum necesse
est ut intencio cordis mei in eo quod diu
cius repellitur oracioni valencius insistat
Quantos cogitacionis illicite tumultus
super atque ad proprias aures de uiuacitate
sue importunitatis tam diu irrumpat
donec cogitaciones malas manu sancti
desiderij ab oculis cordis abigat / Hec
est vera tranquillitas cum tota mens in
seipsam colligitur et in vno eternitatis desiderio
immobiliter figitur Debet proinde anima
fluctuaciones cordis restringere et ad vnum
veri gaudij desiderium cogitacionum et affe
ccionum motus colligere

Multum loqui stulticia est Nam in mul
tiloquio peccatum deesse non pt / lingwa
dicitur quia lingit adulando mordet de
trahendo occidit menciendo ligat et ligari
non pt sed labitur et fallitur / labitur ut an
guilla penetrat ut sagitta tollit amicos
multiplicat inimicos mouet rixas se
minat discordias vno ictu multos percutit
et interficit blanda et subdola lecta et parata
ad exhauriendum bona et ministranda mala
Qui custodit lingwam suam custodit animam
suam Quia mors et vita in potestate lingwe
sunt Qui lingwam suam et ventrem suum
custodire nescit monachus non est Quamuis
vitam quisque sequitur necesse est ut eius
penam sequatur vniuscuiusque casus maior
est virtutis / per quod peccasti punieris et torqueris

de lingwa

secutus est carnem flagellens in carne tamen non est in rebus sed in usu agentis
Sunt quidam voce dissoluti qui vocis sine
modulatione gloriantur nec tantum gaudent de dono gratie sed etiam alios super
bie timentes elacionis. Alius cantabit
quam libri habeant. Tanta est levitas vocis
forte et mentis crevitat ut placere populo magis quam deo. Sed si sic cantas ut ab aliis
laudem queras vocem tuam vendis et
facis eam non tuam. Habes in potestate
vocem tuam habeto et animum. Vocem frangis frange et voluntatem serva consonanciam vocum et consonanciam morum et
per eam concordes proximo per voluntatem
deo per obedienciam magistro. Cave ne sit
delectens altitudine vocis nec dimulti
obsunt opes si eis bene utatur nec pauperem
egestas commendabilem facit si inter inopiam
sordes peccati non caveat. Quacumque arte
verborum iuret deus qui conscientie testis est
ita accipit sicut ille cui iuratur intelligit.
Dupliciter reus est qui nomen dei vanum assumit et proximum dolo capit. Semper deus
hos punit et flagellat quos ad salutem
parat. Iocunditas cordis est vita hominis
Cor pravum dabit tristiciam. Humilitas
nec ipsa irascitur nec alios permittit irasci
humilitas. Si quis peccavit inter frater tuus
antequam illum fecisse peniteat dimiseris alii
unusquisque talem indulgenciam accepturus
est a deo qualem ipse dederit in se peccanti
proximo suo. Et frustra deum propiciari sibi
quererit qui cito proximo suo placere negligit. In tua infirmitate non te despicias
sed ora deum et curabit te. Multos deus
non exaudit ad voluntatem ut exaudiat
ad salutem. Duobus modis oratio impeditur ne impetrare valeat quod postulat
hoc est si aut mala quis committit aut si
delinquenti sibi delicta non dimittit
Vera confessio et vera penitentia est
quando sic peniteat hominem peccasse
ut tamen non repetat. Nichil enim penius
est quam culpam agnoscere nec deflere. Si vides
aliquid persecutorem tuum mirum se in ceteris
scito quod ab assessore suo demone purgetur. Primus enim qui alium in corpore persequitur
ipse prius in corde persecutionem sustinere cognoscitur.

Super terra firma sedit humilitatis
perfectio ut attendat homo quid
fuit ante ortum quid ab ortu usque
ad occasum et quid erit post hanc vitam
Unde enim superbit homo rememorans quod
fuit vile semen et sanguinis coagulatus
in utero post modum in deserto vite huius
miserie expositus et peccato. Tandem cinis
et esca vermium futurus in tumulo. Unde superbit homo cuius conceptio culpa
pena labor vita necesse mori quando
quomodo vel ubi nescitur etc. Finis

Sequitur Tractatus sancti Bernardi de dilectione dei siue de contemplatione anime alias Tractatulus videlicet qui aliquibus Scala claustralium

Cum die quadam corporali manuum labore occupatus spiritualis hominis exercitium cogitare cepissem, quatuor spirituales gradus anime cogitanti se subito obtulerunt: lectio, meditatio, oratio, contemplatio. Hec est scala claustralium qua de terra in celum sublevantur, gradibus quidem distincta paucis, immense tamen et incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terre innixa, superior vero nubes penetrat et secreta celorum rimatur. Hii gradus sicut nominibus et numero diversi sunt ita et ordine et merito distincti. Quorum proprietates et officia, quid singula circa nos efficiant, quid et quanta se differant et qui primi erat, si quis diligenter inspiciat, quidquid laboris impenderit et studii breve reputabit et facile pre utilitatis et dulcedinis magnitudine. Sequitur descriptio istorum quatuor

Est autem lectio sedula cum intentione animi scripturarum inspectio. Meditatio est mentis studiosa actio occulte veritatis notitiam ductu proprie rationis investigans. Oratio est devota cordis intentio pro bonis adipiscendis et pro malis amovendis. Contemplatio est mentis in deum quedam elevatio eterne dulcedinis gaudia degustans. Sequitur de officiis quatuor

Vite dulcedinem lectio querit, meditatio invenit, oratio postulat, contemplatio degustat. Querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Querite legendo et invenietis meditando, pulsate orando et aperietur vobis contemplando. Lectio quasi solidum cibum ori apponit, meditatio masticat et frangit, oratio saporem acquirit, contemplatio in adepte dulcedinis delectatione occupatur. Lectio enim quasi fundamentum primo occurrit. Deinde mittit nos ad meditationem. Meditatio vero quid appetendum sit diligentius inquirit et quasi effodiens thezaurum invenit et ostendit. Sed tamen per se obtinere non valet, mittit nos ad orationem. Oratio se totis viribus ad deum erigens ibi recipit thezaurum desiderabilem contemplationis suavitate. Hec autem adveniens predictorum trium laborem remunerat dum dulcedinis rore celestis animam inebriat. Lectio ergo secundum exterius est exercitium. Meditatio est secundum interiorem intellectum. Oratio secundum desiderium. Contemplatio supra omnem sensum. Primus gradus est incipientium, secundus proficientium, tercius perfectorum seu devotorum, quartus beatorum. Quere continuationem post ista in ms.

Hii gradus cathenati sunt et vicaria ope sibi deserviunt invicem. Priores precedentes sine sequentibus parum aut nichil prosunt. Sequentes vero sine precedentibus aut raro aut nunquam haberi possunt. Quid enim prodest lectione continua tempus occupare, sanctorum scripta et gesta legendo transire, nisi ea masticando et ruminando succum eliciamus et transglutiendo usque ad cordis intima transmittamus, ut ex hiis diligenter consideremus statum nostrum et studeamus opera agere quorum facta cupimus lectitare. Sed quomodo hec cogitabimus aut quomodo cavere poterimus ne falsa et vana quedam meditando limites a sanctis patribus constitutos transcendamus, nisi prius huiusmodi aut ex lectione aut ex auditu fuerimus instructi. Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionem, unde et solemus dicere non solum libros illos nos legisse quos nobis ipsis vel aliis legimus sed illos etiam quos a magistris audivimus. Item quid prodest per meditationem ut que agenda sunt videat, nisi orationis auxilio et dei gratia ad ea obtinenda convalescat. Omne siquidem datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum, sine quo nichil possumus facere, sed ipse facit in nobis opera, non tamen omnino sine nobis. Cooperatores dei sumus

sicut dicit aplus wlt siquid deus
vt ipm oremus / wlt ut sibi adveniēti
aperiamus sinus volūtatis nre et confi
teamus huic cansensum inquirebat a
samaritana cui dicebat voca virū
tuū Cz. 4 volo tibi gratiam infundere
liberum arbitrium tu applica oracōnem
exigebat ab ea cum diceret si scires donū
dei et quis est qui tibi dicit da michi
bibere forsitan petisses ab eo et dedisset
tibi aquam vivam / hoc audito muli
quasi ex lectione instructa meditata
est in corde suo bonū sibi fore et utile
habere hanc aquam et ex auditu verbi
et frequens super eo meditacō ꝛ incitaūe
runt eam ad orandum quomodo
namque esset sollicitata impulsando n
prius ipam attendisset meditacō aut
ei prodens meditacō intulisset nisi ea
que appetebat sequens oracō impe
trasset ad hoc ergo ut fructuosa sit
meditacō oportet ut sequatur oracionis
devacio cuius quasi effectus est contempla
cionis dulcedo ex hiis colligere possumus
quod lectio sine meditatione tepida / medi
tacō sine oracione infructuosa / oracō
sine devocione contemplacionis oci
osa contemplacionis adepcio acqui si
ta oracione aut nulla aut miraculosa
deus enim potentie non est nūs et cuius
mia super omnia opera eius qui de
lapidibus suscitavit filios Abrahe dū
duros et nolentes acquiescere cogit ut
velint / et ita quasi vulgo dici solet bo
nem per carnem tribuit qui non vocati
se ingerit ut paulo et aliis quibusque
non ideo tamen quasi nos deum tem
tando debemus talia presumere sed fa
ciē quod ad nos ptinet scilicet legere et me
ditari in lege domini orare ipm ut
adiuvet infirmitatem nram et videat
imperfectum nrum quod ipe docet nos di
cens petite et accipietis / cum enim re
gnū celorum vim pati et violenti
rapiunt illud / quare p lectionem deveniatur ad medic

Ex assignatis hiis distinctioni
bus patent horum gradus et pre
stātes dotes ante qui ceteris
vendidit enim agrum in quo latet
thezaurus desiderabilis vacate scilicet et videte
quia suavis est dominus quia in primo
gradu exercitatus / in secundo circumspe
ctus / in tercio devotus / in quarto super se ele
vatus est ex hiusmodi ascensiones quas
in corde disponit ascendit de virtute in
virtutem donec videat deum deorum
in syon / in lectione cum audito beati
mundo corde quia ipi deum videbunt
ecce breve verbum sed suave et multi
plici passu refertur ad pastum quia vna
mostravit quasi racemum anima diligentius
inspexerit dicit michi se ptat aliquid boni
esse / redeam ergo ad cor meum et temp
tabo si forte possum imitari et intelli
gere hanc meditacōz medicina preccio
sa enim et desiderabilis est res ista cuius
possessores benedicuntur cui visio dei que
est vita eterna promittitur que tot testi
moniis sacre scripture collaudatur / hoc
ergo sibi plenius explicari desiderans
incipit hanc uvam masticare et frangere
gere eam quasi in torculari pot
dum excitat racemus ad inquirendum quomodo
haberi possit hec adeo preciosa medicina
attendens ergo sedula meditacō nō re
manet extra / non heret in superficie altius
figit pedem interiora penetrat singula
rimatur secreta attente considerat quod
non dixit beati mundo corpore / quia
non sufficit a malo opere habere manus
innocuas nisi etiam a pravis cogitacionibus
mundemur in mente / cuius enim ascen
det in montem domini aut quis stabit
in monte sancto eius / innocens mani
bus et mundo corde / item considerat
quantum hanc medicinam desiderabat
idem propheta sic orans cor mundum
crea in me deus et iterum iniquitatem
si aspexi in corde meo / cogitat quantum
sollicitus erat in hac custodia qui dixit
pepigi fedus cum oculis meis ne cogi
tarem quid de virgine / ecce quantum ca
vebat se vir sanctus qui claudebat
oculos ne viderent vanitatem et in
cautus consentiret quod prava mens amat

Et postquam huius cordis munditiam per-
tractaverit incipit cogitare de eius p-
mio quam gloriosum et quam delectabile esset
videre faciem desideratam speciosam forma
pre filiis hominum, non iam abiectum
et vilem et non habentem speciem neque
decorem sed stola immortalitatis indu-
tum qua vestivit eum mater sua et co-
ronatum dyademate quo coronavit eum
pater suus in die resurrectionis et die
glorie quam fecit dominus. Cogitat quod in
illa visione erit satietas de qua dicit
propheta: satiabor cum apparuerit gloria
tua. Anima per meditacionem devenit ad oracionem

Videns quantum liquoris mana-
vit ex minima uva, quantus ignis
ex hac scintilla exortus est, quantum
hec modica massa Beati mundo corde etc.
in incude meditationis extenta est,
huius anima fervoribus inflammata huius
mactata desideriis fracto alabastro un-
guenti sentire incipit et si non dum gu-
stu tamen naribus odorem, et ex hoc colligit
quam suave esset huius mundicie sentire
experientiam cuius meditationem adeo sentire
est iocundum. Sed quid faciet huic deside-
rio estuat sed non invenit apud quem
habere possit. Sed quanto magis inquirit
tanto magis sitit. Unde meditationi
apponit apponit et dolorem quia non
sentit dulcedinem quam in cordis mundicia
meditatio esse monstrat et non prestat.
Non est enim legentis neque meditantis
haurire sentire dulcedinem nisi tibi datum
fuerit desuper. Commune enim legere et
meditari tam bonis quam malis commune
est et ipsi philosophi gentium sapientiam in qua
summa dicitur veritas consistere inve-
nerunt ductu rationis, sed quia
cum deum cognovissent non sicut
deum glorificaverunt aut gratias ege-
runt et de suis viribus presumentes di-
cebant: linguam nostram magnificabimus,
labia nostra a nobis sunt, non meru-
erunt percipere quod potuerunt videre,

sed evanuerunt in cogitationibus suis
et eorum sapientia devorata est quam eis
contulerat humane studium discipline
non spiritus sapientie qui solus veram
dat sapientiam sapidam scilicet scientiam que
animam cui inest inestimabili sapore
iocundat et reficit. De qua dicitur:
In malivolam animam non introibit sapientia.
Hec autem a solo deo est et officium ba-
ptizandi dominus concessit multis, potesta-
tem vero et auctoritatem dimittendi peccata sibi
soli retinuit. Unde Johannes antho-
nomatice et distincte de eo dicit: Hic
est qui baptizat. Sic de eo possumus
dicere: Hic est qui sapientie dat saporem
et sapidam anime facit scientiam. Sermo
enim datur cunctis, talis sapientia paucis,
quam distribuit dominus cui vult et quando
vult. Videns autem anima quod ad desidera-
tam meditationis et experientie dulce-
dinem per se non possit attingere, et quanto
magis ad cor altum ascendit tanto ma-
gis exaltatur deus, humiliat se ad ora-
cionem dicens: Domine qui non videris
nisi a mundis corde, investigavi legendo
tuam meditando et que sit et quomodo haberi
possit vera mundicia cordis ut ea
vel modica te per te possem cognoscere.
Querebam vultum tuum domine, vultum
tuum domine quesivi et in corde meo
meditatus sum, et in meditatione mea
exarsit ignis et desiderium cognoscendi
te. Dum panem sacre scripture mihi
frangis, in fractione enim panis mi-
hi cognitus es, et quanto plus co-
gnosco te tanto plus cognoscere te de-
sidero, non iam in cortice littere sed in sensu
experientie. Nec hoc peto domine non propter
merita mea sed propter tuam gratiam. Fateor
quia indigna sum, peccatrix sum, sed
et catuli comedunt de micis que cadunt
de mensa dominorum suorum. Da mihi
ergo domine particulam hereditatis saltem
future, guttam celestis pluvie que
refrigeret sitim meam quia amore ardeo.

Sequitur de contemplatione et eius signis

Nuis et languor desiderijs infla-
mat affectum et accendit desiderium
in hijs incantacionibus advocat
sponsum dum ante cuius oculi sunt
super iustas et aures eius in preces eorum
non expectat donec sermonem finiat sed
medium oracionis interrumpens se in-
festinus se ingerit et anime desideranti
festinus occurrit / celestis roris dulcedine
circumfusus unguentis optimis delibutus
animamque fatigatam recreat esurientem
reficit aridam impinguat facit eam ter-
renorum oblivisci in memoriam sui et
sicut in illis carnalibus affectibus a deo vin-
citur homo carnali concupiscencia quod omnem
usum racionis amittit et fit homo qui
totus carnalis / Ita mente in hac superna con-
templacione ita absorbetur carnalis motus
ab anima ut in nullo caro spiritui contradicat
et fiat quodammodo spiritualis Sed o domine quomodo
comprehenderes quando hec facis et quod
signum adventus tui. nunquid huius consolacionis
et leticie nuncij et testes sunt suspiria
et lacrime Si ita est nova antifrasis ista
et significacio inusitata que cum convenien-
cia consolacionis ad suspiria leticie ad
lacrimas Si tamen iste dicende sunt lac-
rime et non potius roris celestis desuper
infusi superfluens habundancia ad exte-
rioris ablucionem et interioris hominis purgacionem
Unde sicut in baptismo parvulorum per
exterioris ablucionem significatur et signatur
interior ablucio ita hic exterior ablucio
interior precedit purgacio O felices lacri-
me per quas interiores lacrime purgantur
per quas peccatorum incendia extinguuntur
Beati qui sic lugent quia ridebunt In
hijs lacrimis anima cognoscit sponsum
tuum hijs inebriati mirandis miracula
et solacia que tibi tradit sponsus conveni-
tus sunt et lacrime Sed o domine ihesu
Si adeo dulces sunt iste lacrime que ex
memoria et desiderio tui excitantur
Quam dulce erit gaudium quod ex mani-
festa tui visione capietur Sed quid huius
aliquin secreta proferimus in publicum
Cur inenarrabiles affectus verbis co-

mmunibus conamur exprimere inexperti talia
non intelligunt Sed qui eam expressius
legunt in libro experiencie quos ipsa
docet unccio / Aliter autem litera exterior
non prodest quamquam legenti modicum sa-
pida est littere exterioris leccio nisi glo-
sa interiorem sumat sensum ex corde
O anima diu protraximus sermonem istum
Bonum eum erat nos hic esse cum petro
et iohanne contemplari gloriam sponsi
et diu manere cum illo si vellet hic
fieri non duo non tria tabernacula
sed unum in quo esse simul / simul de-
lectaremur Sed dicit sponsus dimitte
me iam ascendit aurora Iam lucem
gracie et visitacionem quam desiderabas ac-
cepisti / *Se. de sponsi recessu* /

Data ergo benediccione mortuo ner-
vo femoris et mutato nomine de
Iacob in Israel paulisper parumper se-
cedit / sponsus diu desideratus cito elapsus
subtrahit se quantum ad predictam visio-
nem quantum eciam ad contemplacionis dulce-
dinem quantum ad graciam quantum ad uni-
onem Sed ne timeas o sponsa ne de-
speres ne estimes te contemptam si paulis-
per subtrahit a te sponsus faciem suam
Omnia ista cooperantur tibi in bonum et
de accessu et de recessu lucrum acquiris tibi
venit eciam tibi et recedit venit ad con-
solacionem recedit ad cautelam ne magni-
tudo revelacionum extollat te Ne si
sit semper apud te sponsus incipies con-
temnere sodales et continuam visitacio-
nem iam gracie tribuas sed nature Hec
autem graciam cui vult et cum vult spon-
sus attribuit non quasi iure hereditario
possidetur vulgare proverbium nimia
familiaritas parit contemptum Recedit
ergo ne forte nimis assiduus contemp-
natur et absens magis desideretur deside-
ratus avidius queratur diu quesitus
tandem gracius inveniatur Preterea si nunquam
deesset hec contemplacio solidi in respectu
future glorie que revelabitur in nobis
enigmatica esset et expertum putaremus
hic nos habere manentem civitatem et nunquam
inquireremus futuram Sic ergo pro tempore
priam aut primi summa venit spon-
sus in castra et recedit iam consolatorum

afferens mic etiam vnicissimum stratum
nostrum in infinitatem commutans
paulisper permittit nos gustare quam sua
uis e et antequam plene senciamus sub
trahit se et ita expansis semper nos alis prouocat ad volandum. Venite dicit pater
gustastis quam suauis sum et dulcis sed
si vultis plene saciari hac dulcedine
currite post me in odorem vnguentorum
meorum. habete sursum corda vbi ego
sum ad dexteram dei patris sedens
vbi me videbitis non per speculum
et in enigmate sed facie ad faciem et
plene gaudebit cor vestrum et gau
dium vestrum nemo tollet a vobis

Sequitur de eodem scilicet de gradu recessu

Sed caue tibi o sponsa quando
absentat se sponsus non lon
ge abest et si non vides eum ipse te
videt plenus est oculis ante et retro
nusquam poteris eum latere. Habet etiam
ergo te nuncios suos spirituales quasi
sagacissimos exploratores ut videant
quomodo absente sponso conuerseris et
accusent te coram ipso si aliqua sig
na lasciuie et scurilitatis in te reprehende
rint zelotipus est sponsus iste si for
te alium amatorem receperis si alteri ma
gis placere desideraueris statim discedit
a te et adolescentulis adherebit. De
licatus est sponsus iste nobilis est di
ues est speciosus forma pre filiis hominum
et ideo non nisi sponsam dignatur
habere speciosam. Si viderit in te ma
culam siue rugam statim auertit a te
oculos suos. Nullas enim pati maculas
sine mundicias sustinere. Esto ergo
casta esto verecunda esto humilis ut
sit a sponso tuo merearis frequencius
visitari. Tamen ne diucius teneret
nos sermo iste sed ad hec contulit nos
materia fertilis pariter et
dulcis quam ego non protrahebam
spontaneus sed nescio qua eius dul
cedine trahebar inuitus dulcis enim et
incredibilis suauitatis hoc modicum
in sompno manet. Sed caueat sibi
sponsa ne post contemplacionem
qua eleuata fuerat vsque ad celos in
ordinato vsu et cadat vsque ad abissos
hoc est post sanctam dei visionem ad lascinos
mundi actus et carnis illecebris in
uertatur.

Sequitur de recessu anime a contemplacione

Dum vero mentis humane
acies in summa veri luminis
illustrationem diutius sub
sistere non potest et ad aliquem
eorum graduum per quos ascende
rat leniter et ordinate descendat
et alternatim modo in vno modo
in alio secundum motum liberi ar
bitrii pro racione loci et temporis
demoretur. Tanto tamen propinquior
deo quanto a primo gradu remo
cior. Amen [illegible] Amen

Explicit Guigo de anime contemplacione

Sequitur liber sancti Bernardi de deo diligendo

Viro Illustri Domino
Almerico Ecclesie Rom-
ane dyacono Cardinali
et Cancellario Ber-
nhardus dictus de
Clara valle In domino vivere et in do-
mino mori. Orationes a me et non questi-
ones poscere solebatis. Et quidem ergo ad
neutrum me ydoneum esse considero.
Verum illud indicit professio etsi non
digna conversatio. Ad hoc vero ut ve-
rum fatear ea michi deesse video que
maxime necessaria videntur diligen-
tia et ingenium. Placet tamen fateor
quod pro carnalibus spiritualia repetitis si
saltem apud locupletiores facere libuisset.
Quoniam vero doctis et indoctis pariter in
istius modi rei excusandi mos est nec
facile scitur que vere imperitia quam
ne ex verecundia excusatio procedat. Si
non iniuncti operis //
Accipite de mea paupertate quod habeo
ne tacendo philozophus putarer. Nec
tamen ad omnia spondeo me responsu-
rum ad id solum quod de diligendo
deum queritis respondebo. Et ipse dabit.
hoc enim et sapit dulcius et tractatur se-
curius et auditur utilius. reliqua diligen-
tioribus reservate. Vultis ergo a me audire
quare et quomodo sit diligendus deus. Et ergo
causa diligendi deum deus est. modus
sine modo diligere. Est ne hec satis for-
tasis utique sapienti. Ceterum si insipienti
debitor sum ubi satis dictum est sapienti
et illis gerendus mos est. Itaque propter tardio-
res idem tam profusius quam profundius re-
petere non gravabor. Ob duplicem ergo
causam dixerim deum propter seipsum di-
ligendum sine qua nichil iustius sine quod
illa nichil diligi fructuosius. Propter dupli-
cem quidem parit sensum. Cum queritur
de deo cur diligendus sit dubitari nam
potest quid potissimum queratur utrum nam
quonam suo merito deus aut certe quo
nostro sit diligendus commodo. Plane ad utrumque idem
responderim non plane aliam michi dignam
occurrere causam diligendi ipsum preter ipsum.
Et primus de merito videamus.
Multum quippe meruit de nobis qui
et immeritis dedit seipsum nobis. Quid
enim melius potuerat seipso dare. Ergo
si dei meritum queritur cum ipsa causa dili-
gendi queritur. Illud est precipuum primi-
tivum quia prior dilexit nos. dignus plane
qui redamet presertim si advertatur
quis quos quantumque amavit. Quis enim
nisi hic cui omnis spiritus confitetur. Deus
meus es tu quoniam bonorum meorum non
eges. Et vera huius caritas maiestatis
quippe non querentis que sua sunt.
Quibus autem tanta caritas puritas
exhibetur. Cum adhuc inimici inquid
essemus reconciliati sumus deo. dilexit
quoque deus gratis et inimicos. Sed quantum
dicit Iohannes. Sic deus dilexit mundum
ut filium suum unigenitum daret. Et paulo post
Qui proprio suo filio non pepercit sed pro
nobis omnibus tradidit illum. Ipse quoque
filius pro se maiorem inquid caritatem
nemo habet ut animam suam ponat quis
pro amicis suis. Sic meruit iustus ab
impiis. summus ab infimis. ab infirmis
omnipotens. Sed dicit aliquis Ita quidem ab
hominibus ab angelis non ita. Verum est
quod necesse non fuit. Ceterum qui ho-
minibus subvenit in necessitate tali ser-
vavit angelos a necessitate tali. Et qui
homines diligendo tales fecit ne tales ma-
nerent ipse diligendo eque dedit angelis
ne tales fierent. Quibus hec palam sunt
palam arbitror esse et cur deus diligendus
sit hoc est unde meruerit diligi. Quod si
infideles hec latent. deo cum iam in promptu
sunt et ingratos confundere super in-
numeris beneficiis suis humano in-
niciemus presenti usui prestitis et sensui
manifestis. Neque quis alius administrat
cibum omni nascenti cernenti lucem et
spiranti flatum. Sed stultum est velle enu-
merare modo que in innumera esse no-

longe ante prefatus sum. Satis est ad
exemplum precipua protulisse panem
solem aerem. precipua dico non quia
excellentiora sed quia necessaria sunt cor
poris. Querat ergo homo excellentiora
bona sua in ea parte sui qua preminet
sibi hoc est dignitatis in anima que sunt
sciencia virtus. Dignitatem in homine li
berum arbitrium dico in quo ei nimirum
datum est non solum ceteris preminere
sed ut in se dignitatem agnoscat non ex
se tamen porro virtutem qua sub inde ipsum
a quo datur et inquirat non segniter
et teneat fortiter cum invenerit. Itaque
ternarum vnum quodque horum appa
ret. Dignitatem siquidem demonstrat
hominem non solum nature prerogativa
sed et potencie dominatus quo terror ho
minis super cuncta animalia terre im
minere decernitur. Sciencia quoque duplex
erit si hanc ipsam dignitatem vel aliud
quodcumque bonum et nobis inesse et a
nobis non esse noverimus. porro virtus et
ipsa ergo bifaria cognoscetur si auctorem
consequenter inquirimus invento quoque inseparabiliter
adheremus. Dignitas ergo sine sciencia
non prodest. illa vero et obest si virtus de
fuerit. quod utrumque racio subiecta de
clarat. Habere enim quod habere te nescias
quam gloriam. sed potes nosse quod habeas
sed quia a te non habeas ignorare habet
gloriam sed non apud deum. Apud se autem
gloriam dicitur ab apostolo Quid habes quod
non accepisti quid gloriaris quasi non
acceperis. Non ait simpliciter quid glo
riaris sed addidit quasi non acceperis ut
asserat reprehensibilem non qui in habitis
sed qui tamquam non in acceptis gloriatur.
Merito vana gloria nuncupatur huiusmodi
nimirum veritatis solido carens fundamento.
Veram enim gloriam ab hac ita discernit
Qui autem gloriatur in domino glorietur hoc
est in veritate. veritas quippe deus est.
Utrumque ergo scias necesse est et quod sis
et quod a te ipso non sis. Ne autem omnino vi
delicet non glorieris deinde inquid
si non cognoveris teipsam egredere

Dignitas sine sciencia nil prodest

post greges sodalium tuorum. Revera ita fit
homo factus in honore cum honorem ipsum
non intelligit talis sue ignorancie me
rito comparatur pecoribus veluti quibus
dam presentis sue corrupcionis et mortalitatis
consortibus. Fit igitur ut se se non cognoscen
do egregia racionis munere creatura in
irracionabilium gregibus incipiat aggregari
dum proprie glorie que ab intus est confor
mandam foris rebus sensibilibus sua ipsius
curiositate abducitur efficitur quoque una de
ceteris quod se pre ceteris nil accepisse in
telligat. Itaque valde cavenda est hec igno
rancia qua de nobis forte minus
immo ut plus illa qua plus nobis tri
buimus quam sit. Si bonum quod enim in
nobis et a nobis decepti putemus. Est
vero super utramque ignorancia detestanda
et execranda illa presumpcio est qua
sciens et prudens forte audeas de bo
nis non tuis gloriam tuam querere et quod
certus es a te tibi non esse in hijs tamen
alterius rapere non verearis honorem.
Prior equidem ignorancia gloriam non
habet posterior quidem habet sed non apud deum
ceterum hoc tercium malum quod iam
sciens committitur usurpat et tam deum
intantum denique ignorancia illa po
sterior ac ista ignorancia gravior ac pericu
losior apparat quod per illam quidem deus
irascitur per istam etiam contempnitur. Intantum
quoque priori deterior ac detestabilior ut
cum per illam pecoribus per istam de
monibus societur. Est quippe superbia est
delictum maximum in datis tamquam in
natis et non acceptis beneficijs gloriam
usurpare beneficii. Quamobrem cum
duabus istis dignitate atque sciencia opus
est ac virtute que utriusque fructus est per quam
ille inquiritur ac tenetur qui ut omnium auctor
et dator merito glorificetur de omnibus
alioquin sciens et non faciens digne
multis plagis vapulabit quare utique
quia noluit intelligere ut bene ageret
magis autem iniquitatem meditatus
est in cubili suo cum de bonis que a
se non esse ex sciencie dono certissime
comperit, bonum dono gloriam servus
impius captare sibi immo et rape mol
litur liquet igitur et absque sciencia dignitatem



omnino esse inutilem et sciam absque virtute
dampnabilem / Verum quia homo vir-
tutis tue nec dampnuosa sciencia nec
infructuosa dignitas maneat / clamat
deo et ingemine canitetur Non nobis
inquid domine non nobis sed nomini
tuo da gloriam / hoc est nil nobis domine
de sciencia / nil nobis de dignitate tri-
buimus sed tuo totum a quo totum est
nomini deputamus Ceterum pene a
parvo longe minus quam digressi sumus
deum demonstrare eosque satagimus
qui cristum nesciunt sane per legem
naturalem ex perceptis bonis corporis anime
quam possunt moveri Conatimus deum
propter deum et ipsum diligere debeant
Nam ut breviter que superius dicta sunt
iterentur Quis vel infidelis ignoret suo
corpori non ab alio in hac mortali vi-
ta supra dicta illa necessaria ministrari
unde videlicet subsistat videat unde.
unde spiret quam ab illo Qui dat escam
omni carni Qui solem suum oriri facit
super bonos et malos et pluit super
iustos et iniustos Quis item vel im-
pius putet alium cuius que in anima
splendet humane dignitatis auctorem
preter illum qui in Genesi loquitur
Faciamus ergo hominem ad ymaginem
et ad similitudinem nostram Quis eum
alium sciencie largitorem existimet nisi
eque ipsum qui docet hominem scienciam.
Quis rursum vivens sibi aliunde
virtutis aut aliquod putet datum aut
sperat dandum quam de manu videlicet
domini virtutum Habet ergo amari propter
seipsum deus et ab infideli, qui et si ne-
sciat Christum sciat tamen seipsum Proinde
inexcusabilis est omnis eciam infidelis
si non diligit deum dominum suum toto
corde suo tota anima tota virtute sua
Clamat nempe ei virtus ei innata
et non ignota racionis iusticia que
ex tota se illum diligere debeat cui to-
tum se debere non ignorat Verum
id difficile ymmo impossibile est suis
scilicet quempiam liberi arbitrii viribus

semel acceptam adeo a dei ex toto co-
nverte voluntatem et non magis ad propriam
retorqueret cumque sibi tamquam propria re-
tineret sicut scriptum Omnes que sua sunt
querunt Et item proni sunt sensus
et cogitaciones ad malum Contra quod
plane fideles norunt quam omnino necessa-
rium habeant Ihesum et hunc crucifixum dum
admirantes et amplectentes superemi-
nentem sciencie caritatem in ipso id vel tan-
tillum quod sunt minus se dileccionis et
dignacionis vicem non rependere con-
funduntur facile proinde plus diligunt
qui se amplius dilectos diligunt
Cui autem minus donatum minus dili-
git Iudeus sane sive paganus
nequaquam talibus aculeis incitatur
amoris qualis eciam experitur Que
ait / Vulnerata caritate ego sum Et
rursum Fulcite me floribus stipate
me malis quia amore langweo
Cernit regem Salomonem in dyade-
mate quo coronavit eum mater
sua Cernit regem unicum patris sum-
sibi crucem baiulantem Cernit cesum
et consputum dominum maiestatis Cernit
auctorem vite et glorie confixum clavis
percussum lancea obprobriis saturatum
tandem illam dilectam animam suam po-
nere pro amicis suis Cernit hec et suam
matris ipsius animam gladius amoris
transfigebat et dicit Fulcite me floribus
stipate me malis quia amore lan-
gweo / Hec sunt quippe mala punica
que in ortum introducta dilecti spon-
sa carpit ex ligno vite a celesti pane
proprium mutuata saporem / colorem
a sanguine Christi Videt deinde mortem
mortuam et mortis auctorem triumphatum
videt de inferis ad terras de terris
ad supera captivam duci captivitatem
ut in nomine Ihesu omne genu flecta-
tur celestium terrestrium et infernorum Videt
terram que spinas et tribulos
sub antiquo maledicto protulerat
ad novam benediccionis graciam
innovatam refloruisse / et in omnibus
hiis illius recordata versiculi Et re-
floruit caro mea et ex voluntate

mea confitebor ei passionis mala
que de arbore tulerat crucis cupit in
gere et flores resurreccionis quorum pre
sencium flagrancia sponsum ad se crebrius
reminiscendum invitet. Denique ait Ecce
tu pulcher es dilecte mi et decorus
lectulus noster floridus. Que lectulum
demonstrat satis quid desideat appetit
et eum floridum iniciat satis indi
cat unde quod desiderat obtinere pre
sumat, non enim de suis meritis sed
de floribus agri cui benedixit dominus.
Delectatur floribus cristus qui in naza
reth et concipi voluit et nutriri. Gau
det sponsus celestis talibus adornari (?) et
et cordis thalamum frequenter libenterque
ingreditur quem istius modi refertum fructibus
et floribus respersum invenerit. Ubi sive
videlicet aut passionis graciam aut
resurreccionis gloriam sedula inspirat co
gitacione versari. Ibi profecto adest
libens sedulus adest. Annuncia siquidem
passionis fructus agnoscite animi que
preteriti omni utique vero tempori sub
iecti mortis eque impio decursorum tam
in plenitudine temporis apparentes.
Porro vacacionis insignia novos adve
nire sequentes temporis in nova sub
gracia revirescentis estatem quorum
fructum spiritualis futura resurreccio in
fine perficiet sine fine mansura. Iam
inquid yemps transiit imber abiit
et recessit flores apparuerunt in terra no
stra, tempus putacionis advenisse
cum illo significat cui de mortis
gelu in vernalem quandam nove vite
temperiem resolutus. Ecce nova fa
cta anima cuius caro seminata est in mor
te refloruit in resurreccione. Ad cuius
mox odorem in tempore vallis nostre
revirescunt arida recalescunt frigi
da, mortua reviviscunt. Horum ergo
novitate florum ac fructuum et pul
critudine agri suavissimum spirantis
odorem. Ipse quoque pater in filio in
novante omnia delectatur. Ita ut dicat
Ecce odor filii mei sicut odor agri
pleni cui benedixit dominus. Bene
pleni dicitur cuius plenitudine omnes
accepimus. Sponsa tamen familiarius
ex eo sibi cum vult flores et legit et car
pit poma quibus ipse aspergat intima
consciencie et intranti sponso cordis lec
tulus suave redoleat. Oportet enim nos
si crebrius volumus habere hospitem cristum
corda nostra semper munita fidelibus testi
moniis tam de misericordia scilicet morientis quam
de potencia resurgentis. Unde david
dicebat: Duo hec audivi quia potestas dei
hec est et tibi domine misericordia. Siquidem
utriusque rei testimonia credibilia fa
cta sunt nimis. Cristo utique moriente
propter delicta nostra et resurgente propter iu
stificacionem nostram et ascendente ad pro
teccionem nostram et mittente spiritum ad consolacionem
nostram et quandoque redituro ad consummacionem
nostram. Nempe in morte misericordiam in re
surreccione potenciam utramque in singulis
exhibuit reliquorum. Hec mala hii flores
quibus se sponsa stipari voluit et po
stulat fulciri. Credo senciens facile vim
in se amoris sponsi posse tepescere et
languescere, quodammodo si non talibus
magis foveatur internis. Donec introdu
cta quoque in cubiculum dum cupitis exci
piatur amplexibus et dicat: Leva eius sub
capite meo et dextera eius amplexa
bitur me. Senciet quippe tunc et proba
bit universa testimonia dileccionis que
in primo adventu tamquam de sinistra
dilecti acceperat pre multitudine dile
ctionis vel dulcedinis amplexantis
dextere contempnenda et omnino iam quasi
subtus habenda. Senciat quidem quod
audierat caro non prodest quicquam spiritus
est qui vivificat. Probabit quod legerat
vel audierat: Spiritus meus super mel
dulcis et hereditas mea super mel et
favum. Denique vos sequitur. Memoria
mea in generaciones seculorum. Sic
dicit quia quamdiu est stare presens seculum
in quo generacio advenit et generacio
preterit non deerit electis consolacio
de memoria quibus non dum de
presencia plena refeccio indulgetur. Unde
scriptum est: Memoriam habundancie

suavitatis tue eructabunt. Hic dubio procul
de his quos superius paulo ante descripserat
Generatio et generatio laudabit opera tua.
Memoria ergo in generatione seculorum
presentia vero in regno celorum. Ex isto iam
glorificata assumpta electio de illa inte-
rim peregrinans generatio consolatur. Sed
interest que iam generatio ex dei capiat
recordatione solamen. Non enim generatio
prava et exasperans cui dicitur. Ve vobis
divitibus qui habetis consolationem vestram.
Sed que veraciter dicere potest. Renuit conso-
lari anima mea. Huic plane credimus si
secutum adiecerit. Memor fui dei et delecta-
tus sum. Iustum quippe est ut quos pre-
sentia non delectant presto eis sit memo-
ria futurorum. Et qui de rerum fluentium
quavis affluentia despiciunt consolari
recordatio illos delectat eternitatis.
Et hec est generatio querentium dominum querentium
non que sua sunt sed faciem
dei Iacob. Dei ergo faciem querentibus
et suspirantibus presentiam presto interim
dulcis est memoria eius non tamen
qua satientur sed qua magis esuriant.
Hoc ipse de se cibus ipse testatur ita dicens.
Qui edit me adhuc esuriet et qui co-
batus est. Satiabor inquid cum
manifestabitur gloria tua. Beati tamen
nunc qui iam esuriunt et sitiunt iusti-
ciam quia quandoque ipsi et non alii satura-
buntur. Ve tibi generatio prava et per-
versa. Ve tibi stulte populus et insipiens
qui et memoriam fastidis et presentiam
expavescis. Merito quidem nec modo quidem
liberaberis de laqueo venantium. Sed
quidem qui volunt divites fieri in hoc
seculo incidunt in laqueum dyaboli
nec tunc a verbo aspero elongari.
O verbum asperum o sermo durus.
Ite maledicti in ignem eternum. Durior
plane et asperior illo qui cottidie no-
bis de memoria passionis in ecclesia
replicatur. Qui manducat meam carnem
et bibit sanguinem meum habet vitam
eternam. Hoc est qui recolit mortem
meam exemplo meo mortificat me-
bra sua que sunt super terram habet vitam

eternam. hoc est si compatimini et conre-
gnabitis. Et tamen plerique ab hac
voce resilientes et abeuntes hodie
retrorsum respondent non verbo sed
facto. Durus est hic sermo quis potest au-
dire eum. Itaque generatio que non
direxerit cor suum et non est creditus
cum deo spiritus eius sed magis sperans
in incerto divitiarum. Verbum modo
crucis audire gravatur ac memo-
riam passionis sibi indicat honero-
sam. Verum qualiter verbi illius po-
dus in presentia sustinebit. Ite maledicti
in ignem eternum qui preparatus est dyabolo
et angelis eius. Super quem profecto
ceciderit lapis iste conteret eum. At
vero generatio rectorum benedicetur qui
utique cum apostolo sive absentes sive
presentes contendunt placere deo. Demum
audient. Venite benedicti patris
mei percipite vobis paratum regnum.
Tunc illa que non direxerunt cor
suum sed quidem experietur quam in illius
comparatione doloris iugum cristi su-
ave est et onus leve fuerit. Cui tamen
grave et asperum duram cervicem supplex
subduxit. Non potestis o miseri ser-
vire deo et mamone simul et gloriari
in cruce domini nostri Ihesu cristi et spe-
rare in pecunie thezauris. post aurum
abire et probare quam suavis est dominus.
Proinde quem suavem in memoria non
sentitis asperum procul dubio in presentia
sentietis. Ceterum fidelis anima et su-
spirat presentiam libenter et in memo-
ria requiescit suaviter donec ydonea
sit revelata facie speculari gloriam
dei in crucis ignominia gloriatur.
Sic profecto sic sponsa et columba
cristi pausat sibi interim et dormit
inter medios cleros sortita iam in
presentia de memoria habundancie
suavitatis tue domine Ihesu criste pe-
nnas deargentatas innocentie videlicet pu-
ritatis candorem et sperans insuper
adimpleri leticia cum vultu tuo
ubi etiam sicut posteriora dorsi eius
in pallore auri cum in splendori-
bus sanctorum introducta cum gaudio

sapientie sunt plenius illustrata sul
goribus. Merito proinde iam iure
domino gratulatur et dicit: Leva eius sub
capite meo et dextera illius amplexa
bitur me. In leva eius reputans recor
dationem illius caritatis qua nulla ma
ior est quam animam suam posuit pro amicis
suis. In dextera vero beatam visionem quam
promisit amicis suis et gaudium
de presentia maiestatis. Merito illa dei
et deifica visio illa divine presentie
inestimabilis delectatio in dextera
deputatur de qua et delectabiliter canitur
delectationes in dextera eius usque in
finem. Merito in leva admirabilis il
la memoria est semper memoranda
dilectio collocatur donec transeat ini
quitas. Super eam sponsus reclina
bat et requiescat. Merito ergo leva
sponsi sub capite sponse super quam
videlicet caput suum reclinatum su
stentet hoc est mentis sue intentione
ne intendet et inclinet in carnalia
desideria et secularia quia corpus
quod corrumpitur aggravat animam
et deprimit terrena habitatio sensum mul
ta cogitantem. Quid namque aliud fa
ciet considerata tanta et tam indebi
ta miseratio tam gratuita et sic pro
bata dilectio tam inopinata dignatio
tam invicta mansuetudo tam
stupenda dulcedo. Quid inquam hec
omnia facient diligenter considerata
sunt considerantem animum ab omni peni
tus pravo repudiato amore ad
se mirabiliter rapiant vehementer affi
ciant faciant quod pre concupiscentia quicquid
me contemptu horum non potest appeti
nimirum proinde modernorum contingen
tium horum sponsa currit alacrius
amat ardentius et parum sibi amare
sit amata videtur et tunc se totam in
amorem prestiterit nec immerito.
Quis enim magnum tanto et tanti
repensatur amari si pullus origi
nis totum se ad redamandum collegerit

Deum illa immensa maiestas in amore
preveniens tota in opus salutis eius
impensa conspiratur. Denique sic deus di
lexit mundum ut unigenitum suum da
ret. Hanc dubium quin de patre dicat.
Item tradidit in et mortem animam suam.
Nec dubium quin de filio dicatur. Lu
loquatur ait de spiritu sancto. Spiritus pa
raclitus quem vobis mittet pater
in nomine meo. Ille vos docebit omnia
et suggeret vobis omnia quecumque di
xero vobis. Amat ergo deus et se
toto amat quia tota trinitas amat
si tamen totum dici potest de infini
to et incomprehensibili aut certe de
simplici intuens ergo hoc credo satis
cognoscit quare deus diligendus sit
hoc est unde diligi mereatur. Item
ceterum infidelis non habens filium
nec patrem proinde et nec spiritum sanctum.
Qui enim non honorificat filium non
honorificat patrem qui misit illum. Sed
nec spiritum sanctum quem misit ille. Ab
stracto nimirum non est. Si quem nunc
cognoscat minus et diligit. At tamen
et ipse totum sese ei debere non ignorat
quem sui totius non ignorat auctorem.
Quid ergo ego qui deum meum teneo
vite mee non solum gratuitum largi
torem largissimum administratorem pium
consolatorem sollicitum gubernatorem
sed insuper etiam copiosissimum redemp
torem eternum conservatorem ditatorem
glorificatorem sicut scriptum. Copiosa
apud deum est redemptio et recte in
uit semel in eterna redemptione in
venta. Et de conservatione: non relinquet
sanctos suos in eternum conservabuntur.
Et de locupletatione: mensuram bonam
et confertam et coagitatam et supereffluentem
dabunt in sinum vestrum. Et rursum
nec oculus vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit quod
preparavit deus diligentibus se. Et
de glorificatione: Salvatorem expectamus

Dominum nostrum Ihesum Cristum qui refor-
mavit corpus humilitatis nostre configura-
tum corpori claritatis sue. Et ille
Non sunt condigne passiones huius
temporis ad futuram gloriam que revela-
bitur in nobis. Et iterum Id quod e-
nim in presenti momentaneum et leve tribu-
lacionis nostre supra modum in sub-
limitate eternum pondus glorie operatur
in nobis non contemplantibus que
videntur sed que non videntur. Quid
retribuam domino pro omnibus que re-
tribuit michi. Illa racio urget et insti-
gat naturalis totum se tradere illi a quo
se totum habet et ex se toto debere di-
ligere. Christi profecto tanto plus
fides indicat amandum quanto eum
me ipso plus estimandum intelligo quip-
pe qui illum solum non mei sed
sui ipsius quoque teneo largitorem.
Denique nondum tempus fidei adve-
nerat, nondum innotuerat in carne
deus. Obierat in cruce, prodierat de
sepulchro, redierat de sepulchro ad
patrem. Nondum inquam commenda-
verat in nobis suam dilectionem illa
de qua multum iam locuti sumus.
Cum iam mandatum est homini dili-
gere dominum deum toto corde tota anima
tota virtute sua, id est ex omni quod est quod
scit quod potest. Nec tamen iniustus
deus sua sibi vendicat opus et do-
na. Ut quid enim non amaret opus
artificem cum habet unde id posset
et cur non amo nisi eius munere
posset ad id quod de nichilo quod gra-
tis quod in hac dignitate conditum
est et debitum dilectionis manifesti-
us facit et actum iustiorem ostendit.
Ceterum quantum putamus ad ad-
iectum beneficium cum homines et
iumenta salvabit quemadmodum
multiplicavit misericordiam suam deus. Nos
dico qui mutavimus gloriam nostram
in similitudinem vituli comedentis
fenum peccando comparati iumentis

insipientibus. Et si me totum debeo
pro me facto quid addam iam pro
refecto hoc modo. Nec enim tam facile re-
fectus quam factus. Siquidem non solum
de me sed de omni quoque quod factum
est. Dixit et facta sunt. At vero qui
me tantum et semel dicendo fecit
in reficiendo profecto et dixit mul-
ta et gessit mira et protulit dura
nec tam deus sed etiam indigna. Quid
ergo retribuam pro se? Nam et si me
milies rependere possem quid sum
ego ad deum. Hic etiam primo vide
quomodo immo quam sine modo a nobis
deus amari meruit qui ut paucis
quod dictum est repetam ipse prior
dilexit nos tantum et gratis tantillos
et tales. Cum que in principio me
dixisse memini modum esse diligendi
deum sine modo diligere. Denique cum
dilectio que tendit in deum tendat
immensum, tendat ad infinitum. Nam
infinitus deus est et immensus. Quis
nam finis que se debeat esse nostri
vel modus amoris? Quid quod
amor noster ipse non gratuitus impenditur
sed rependitur debitus. Amat igitur imme-
sitas amat eternitas amat supere-
minens sciencie caritas. Amat deus cuius
magnitudinis non est finis cuius sapiencie
non est numerus cuius pax superat omnem
intellectum et in esse rependimus cum
mensura. Diligam te domine forti-
tudo mea dominus firmamentum meum
et refugium meum et liberator meus
et (salutare) meum. Denique quicquid optabile ac
amabile dici potest. Deus meus ad-
iutor meus diligam te pro dono
tuo et modo meo, minus quidem iusto
sed plane posse meo, qui et si quantum
debeo non possit ultra quam habeo
potero. Vero plus cum plus donare
dignaberis, nunquam tamen quantum
pro ut dignus haberis. Imperfectum
meum viderunt oculi mei sed tamen
in libro tuo omnes scribentur

quod possunt faciunt et si quod debent non possunt. Satis ostenditur vero, ut apparet, et causa nam modus diligendi sit deus et quomodo merito suo. Verum quando apparet tum sane cui dicit cui sapiat. Veniunt quomodo diligendus sit videamus. Sed quantum est etiam hoc videntem nostrum ad id quod est. Verum tamen id quod videt tradendum est et si non omnino videtur ut est superius tum quaesitum esset quare et quomodo diligendus sit deus. Simpliciter dixi pateret intellectum id quod queritur quare ut aut quo suo merito aut quomodo nostro quomodo diligendus sit pro inde videatur dicto aut utrumlibet queri posse pro inde de merito dei non prout dignum ei sed ut datum mihi super est ut de premio quod item dabitur dicere et

Non enim sine premio diligitur deus et si absque premii intuitu sit diligendus. Vacua namque vera caritas non potest esse nec tamen mercenaria est. Quippe non querit que sua sunt. Affectus est non contractus. Nec acquiritur pacto nec acquirit. Sponte afficit et spontaneum facit. Verus amor seipso contentus est. Habet premium sed id quod amat. Nam quicquid propter aliud amare videaris id plane amas quo amoris finis pretendit non per quod tendit. Paulus non evangelizat ut comedat sed comedit ut evangelizet quia amat non cibum sed evangelium. Verus amor premium non querit sed meretur. Premium sane nec dum amanti debetur persequenti redditur. Denique in rebus inferioribus suadendis invitos promissis et premiis invitamus et non spontaneos. Quis enim invitandum hominem putet ut faciat quod sponte cupit. Nemo verbi causa conducit aut esurientem ut comedat aut sitientem ut bibat aut certe matrem ut parvulum allactet filium uteri sui. Quis vero quibus putet prece vel precio quempiam admonendum suam vineam sepire vincat

vel arborem cuius fodere vel structuram hec domus erigere. Quanto magis deum amas omnia aliud preter deum sui amoris premium non requirit aut si requirit aliud aliud profecto non deum diligit. Inest enim omni utenti ratione naturaliter pro sua semper estimatione atque intentione appetere potiora et nulla re esse contentum cui quod deest iudicet preferendum. Nam et qui ubi ...tam habet uxorem speciosam petulanti animo vel oculo respicit pulchriorem et qui veste preciosa indutus est preciosiorem affectat et possidens multas divitias invidet ditiori. Videas iam multos prediis et possessionibus amplis tamen adhuc tamen videas agrum agro copulare atque infinita cupiditate dilatare terminos suos. Videas et qui in regalibus domibus amplisque habitat pallaciis nichilominus cottidie coniungere domum ad domum et inquieta curiositate edificare destruere mutare quadrata rotundis. Quid homines sublimatos honoribus an non insatiabili ambitione magis ac magis totis viribus et altiora videmus et horum omnium ideo non est finis quia in eis nil summum singulariter reperitur vel optimum. Et quid mirum si inferioribus et deterioribus contentum non sit quod citra summum vel optimum quiescere non potest. Sed hoc stultum et extreme dementie est ea semper appetere que nunquam non dico satiant sed nec temperant appetitum dum quicquid talium habueris in ...ilominus non habita concupiscas et que defuerint semper inquietus anhelans. Ita enim fit ut per varia et fallacia mundi oblectamenta vagabundus animus inani labore discurrens fatigetur non satietur dum queque famelicus ingluciens parum reputat ad id quod est devorandum semper quod non habet non minus anxie cupiat quam que assunt late possideat. Quis enim optineat universa quamquam et modicum id quod quisque

cum labore obtinuerit, cum timore possederit, certus quod non sit quandoque cum dolore amittit, certus autem quandoque amittet. Si directo itinere voluntas perversa contendit ad optimum, festinat ad id unde possit impleri. Immo vero his anfractibus ludit secum vanitas, mentitur iniquitas sibi. Si ita vis adimplere quod vis, hoc est illud apprehendere quo apprehenso nihil iam apprehendere velis, quid temptare opus est ceteris? Curris per devia, et longe ante morieris quam hoc circuitu pervenies ad optatum. Hoc ergo circuitu impii ambulant, naturaliter appetentes unde finiant appetitum, et insipienter respuentes unde propinquet fini. Fini dico non consumptioni, sed consummationi. Unde ob rem non beato fini consummari, sed consumi vano labore accelerant, qui rerum magis specie quam auctore delectati, prius universa percurrere et de singulis cupiunt experiri, quam ad ipsum curent universitatis Dominum pervenire. Et quidem pervenirent, si quando voti compotes effici possent, ut omnia scilicet praeter ipsum principium unus aliquis obtineret. Ea namque sua cupiditatis lege, qua in ceteris rebus non habita prae habitis fastidire solebat, mox omnibus quae in caelo et in terra sunt comparatis et contemptis, tandem ad ipsum procul dubio curreret qui solus esset omnium Deus. Porro ibi quiesceret: quia sicut citra nulla vacat quies, sic ultra nulla inquietudo sollicitaret. Diceret pro certo: Mihi adhaerere Deo bonum est. Diceret: Quid enim mihi est in caelo, et a te quid volui super terram? Et iterum: Deus cordis mei et pars mea Deus in aeternum. Sic ergo, ut dictum est, ad id quod optimum est quivis cupidus perveniret,

si quidem ante quod citra cupit assequi posset. Verum quia id omnino impossibile praescindit et vita brevior et vires infirmior et consors numerosior, longo profecto itinere et casso labore desudant, qui dum quaeque desiderant attingere, nolunt ad cuncta desiderabilium nequeunt attingere finem. Et utinam attingere universa animo et non experimento vellent. Hoc enim facile possent et non incassum. Nam et animus sensu quidem carnali tanto velocior quanto et perspicacior, ad hoc est datus, ut illum ad omnia praeveniat, nihil quod audeat contingere sensus, quod animus percurrens ante utile non probavit. Sicut enim arbitror dictum: Omnia probate; quod bonum est tenete, ut videlicet ille huic provideat, et hic non nisi ad illius nutum suum ad illius indicium consequatur. Alioquin non ascendit in montem Domini aut stabit in loco sancto eius, pro eo quod in vanum accepit animam suam, hoc est animam rationalem, dum instar pecoris sensum sequitur, ratione quidem otiosa et non resistente in aliquo. Currunt itaque quorum ratio non praevenit gressus, currunt sed extra viam, atque ideo Apostoli spreto consilio non sic currunt ut comprehendant. Quando etenim apprehendant quem apprehendere nisi post omnia noluerunt? Distortum iter et circuitus infinitus cuncta prius apprehendere velle. Iustus autem non ita. Audiens namque vituperationem multorum commorantium in circuitu (multi enim sunt viam latam pergentes quae ducit ad mortem), ipse sibi regiam eligit viam, non declinans ad dexteram vel ad sinistram. Denique attestante propheta: Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Hi sunt qui salubri compendio cauti, sunt molestum hunc et infructuosum devitant circuitum, verbum abbreviatum

et abreviantes eligentes non cupere
quecumque vident sed magna ve
dere que possident et dare pauperibus
Beati plane pauperes quia ipsorum est re
gnum celorum Omnes quidem currunt
sed inter currentes distinguitur Denique
novit dominus viam iustorum et iter
impiorum peribit Ideo autem melius
est modicum iusto super divicias peccatorum
multas Quia quidem ut sapiens loquitur
et insipiens expertus est Qui diligit pe
cuniam non saciabitur pecunia Qui
autem esuriunt et siciunt iusticiam
ipsi saturabuntur Iusticia siquidem ra
cione utentis spiritus cibus est vita
lis et naturalis Pecunia vero sic non mi
nuit animi famem quo corporis ventus
Denique vero si famelicum hominem asper
tis faucibus vento inflatis buccis
hauriere aerem cernamus quo consu
lat fami nonne credas insanum
Sic non minoris insanie est si spiritum
racionalem rebus putet quibuscumque
corporalibus non magis inflari quam
saciari Quid namque de corporibus
ad spiritus nec illa sane spiritualibus
nec ista racione refici corporalibus
queunt Benedic anima mea domino
qui replet in bonis desiderium tuum
Replet in bonis excitat ad bonum te
net in bono prevenit sustinet implet
Ipse facit ut desideres ipse est quod de
sideras Dixi supra Causa diligendi
deum deus est verum dixi Nam
et efficiens et finalis Ipse dat occasionem
Ipse creat affectionem desiderium ipse con
summat Ipse fecit vel potius factus est
ut amaretur ipse speratur amandus fe
licius ne in vacuum sit amatus Eius
amor nostrum preparat et remunerat
precedit benignior rependitur iustior
expectatur suavior Dives est omnibus
qui invocant illum nec tamen habet
quicquam seipso melius Se dedit in meritum

se dedit in premium se apponit in re
fectionem animarum sanctarum se in re
dempcionem distrahit captivarum Bonus
es domine anime querenti te quid
ergo invenienti Verum in hoc est mirum
quod nemo querere valet nisi qui prius
invenerit Vis igitur inveniri ut que
raris queri ut inveniaris potes
tamen queri et inveniri non tamen
preveniri Nam et si dicimus Mane ora
cio mea preveniet te non dubium
tamen quin tepida sit omnis oracio
quam non prevenit inspiracio Dicendum
iam nunc unde incohat amor
noster quoniam ubi consummetur dictum est
Affectio est amor naturalis una de qua
tuor nature sunt non opus nominare
Quod ergo naturale est iustum quidem fo
ret primo omnium nature auctori deser
vire Unde et dictum est primum et
maximum mandatum est diliges dominum
deum tuum Sed quia natura fragilior
est atque infirmior eam ipsi primum imperante
necessitate compellitur inservire et
est amor carnalis quo ante omnia
deus diligit seipsum per seipsum primus
gradus est amoris cum diligit homo
seipsum propter seipsum non deum quippe
sapit nisi seipsum sapit sicut scriptum
est prius quod animale deinde quod spirituale
nec precepto indicitur sed nature inse
ritur Quis nempe suam carnem odio
habuit At vero si ceperit amor idem ut
assolet esse profusior sive pronior et
necessitatis alveo minime contentus cam
pos voluptatis exundans latius
visus fuerit occupare statim superfluitas
obviante mandato cohibetur cum
dicitur Diliges proximum tuum sicut te
ipsum Iustissime siquidem ut consors
nature non sit exsors et gracie illius
presertim gracie que nature insita est
Quam si gravatur homo fratris non dico
necessitatibus subvenire sed volup
tatibus deservire castiget ipse suas
sed non vult esse transgressor quoniam

velit sibi indulgeas dum eque et
equum proximo tantundem memineris ex
hibendum et frenum tibi temperantie imponit
a domino ex lege vite et disciplinae
nec post concupiscentias tuas eas
et pereas ne de bonis nature hosti
servias anime hoc est libidini quanto
iustius atque honestius communicas
illa consorti tuo hosti id est proximo
Et quidem si ex sapientis consilio a vo
luptatibus tuis averteris et iuxta doc
trinam apostoli victu et vestitu contentus
paulisper suspendere non gravaris
amorem tuum a carnalibus desideriis
que militant adversus animam sane
quod subtrahis hosti anime te precor con
sorti nature puto non gravabis
impartiri Tunc amor tuus etiam
temperans erit et iustus si quod propriis
subtrahitur voluptatibus fratris necessitatibus
non negetur sic amor carnalis efficitur
socialis cum in commune protrahitur
Si autem dum communicas proximo
tibi forte defuerint necessaria quid
facies Quid utique nisi ut cum omni
fiducia postules ab eo qui dat omni
bus affluenter et non improperat qui
aperit manum suam et implet omne
animal benedictione Dubium siquidem non
est quod assit libenter in necessariis qui
plerisque et in superfluis non deest De
nique ait Primum querite regnum dei
et iusticiam eius et hec omnia adicientur
vobis Sponte se pollicetur daturum ne
cessaria superflua restringenti et pro
ximum diligenti hoc est quippe que
rere regnum dei et eius potentiam ad
versus improbam tyrannidem quam pudi
citie potius ac sobrietatis libeat sub
ire iugum quam regnare peccatum in tuo mor
tali corpore patiaris Porro autem et hoc
iusticie est cum quo tibi natura est
communis nature quoque cum eo munus non
dividere Verum ut cum perfecta iusti
cia sit diligere proximum deum habere
in causa necesse est alioquin proximum
pure diligere quomodo potest qui in deo
est non diligit Porro in deo diligere
non potest qui deum non diligit Oportet
igitur deum diligi prius ut in deo et
proximus possit diligi Facit ergo et se di
ligi deus qui et cetera bona facit
Facit autem sic qui naturam condidit ipse
et protegit naturam et ita condita fuit
ut habeat necessarium protectorem quem
habuit et conditorem ut que nisi per
ipsum valuit esse nec sine ipso valeat
omnino subsistere Quod sane de se creatura
ignoraret ac proinde sibi quod absit
superbe arrogaret beneficia creatoris
vult homines Deus conditor alto quidem
salubrique consilio tribulationibus exerceri
et cum homo defecerit deus dum homo
liberatur a deo deus ab homine ut di
gnum est honoretur hoc enim dicit Invo
ca me in die tribulationis eruam
te et honorificabis me Fit hoc tali
modo ut homo carnalis et animalis qui
preter se neminem diligere noverat etiam
deum vel propter se amare incipiat Et
quod in ipso nimirum ut sepe expertus est
omnia possit que posse tamen prosit
et sine ipso possit nichil

Hic ergo iam deum sed propter se
interim adhuc non propter se Est
tamen quedam prudentia scire quid
ex te quid ex dei adiutorio possis et
ipsi te servare inoffensum qui te tibi
servat illesum Atsi frequens ingruerit
tribulatio ob quam et frequens ad
deum conversio fiat et a deo frequens
eque liberatio consequatur Nonne et si
fuerit ferreum pectus vel lapideum
totiens liberati emolliri necesse est
ad gratiam liberantis quatinus deum
homo diligat non propter se tantum sed
propter ipsum

Ex occasione quippe frequentium
necessitatum crebris necesse est
interpellationibus deum ab homine
frequentari frequentando gustari gu-
stando probari quam suavis est dominus
ita fit ut ad diligendum pure deum
plus tamen ipsius allicitat gustata
suavitas quam urgeat nostra necessitas
ita ut exemplo samaritanorum dicen-
cium mulieri que adesse dominum nunci-
averat. Iam non propter loquelam tuam
credimus ipsi enim audivimus et scimus
quia vere ipse est salvator mundi. Ita
inquam et nos eorum exemplo carni nostre
sue alloquentes dicamus merito Iam
non propter tuam necessitatem deum diligimus
ipsi gustavimus et scimus quam suavis est
dominus. Est enim carnis quedam loque-
la necessitas et beneficia que experi-
endo probat gustando renunciat. Itaque
sic affecto iam de diligendo proximo
implere mandata non erit difficile.
Amat quippe veraciter deum ac per hoc
que dei sunt. Amat caste et castis non
gravatur obedire mandatis castificans
magis cor suum sicut scriptum est in obe-
diencia caritatis. Amat iuste quia et
mandatum iustum amplectitur libenter.
Amor iste merito gratus quia gra-
tuitus. Castus est quia non impeditur
verbo neque lingua sed opere et veritate.
Iustus est quia qualis suscipitur talis
et redditur. Qui enim sic amat haud se-
cus profecto quam amatus est amat
querens et ipse vicissim non que sua
sunt sed que ihesu christi quemadmodum
ille nostra vel pocius nos et non sua quesivit
Sic amat qui dicit Confite-
mini domino quoniam bonus. Qui domino
confitetur non quoniam sibi bonus est sed
quoniam bonus est et hic vere deum diligit
propter deum et non propter seipsum. Non
sic amat de quo dicitur Confitebitur
tibi cum benefeceris ei. Iste est tercius
gradus amoris quo iam propter seipsum deus
diligitur. Felix qui meruit ad quartum
usque pertingere quatenus nec seipsum
diligat homo nisi propter deum. Iu-
sticia tua deus sicut montes
dei. Amor iste mons est et mons
dei excelsus revera mons coagu-
latus mons pinguis. Quis ascen-
det in montem quis dabit michi pe-
nas sicut columbe et volabo et
requiescam. Factus est in pace locus
eius et habitacio eius in syon. Heu
michi quia incolatus meus pro-
longatus est. Caro et sanguis vas
luteum terrena inhabitacio quando capit
hoc quando huiuscemodi experitur affectum
ut divino inebriatus amore animus
oblitus sui factusque sibi ipsi tamquam
vas perditum totus pergat in deum et
adherens deo unus cum eo spiritus
fiat et dicat Defecit caro mea et
cor meum deus cordis mei et pars
mea deus meus. Beatum dixerim
et sanctum cui in hac mortali vita aliquid
raro interdum aut vel semel et hoc ipsum
raptim atque unius vix momenti
spacio experiri donatum est. Te enim
quodammodo perdere tamquam qui non
sis et omnino non sentire teipsum
et a temetipso exinaniri et pene
annullari celestis est conversacionis
non humane affectionis. Et siquidem
e mortalibus quispiam ad illud ra-
ptim interdum ut dictum est et ad
momentum admittitur subito invidet
videt seculum perturbat diei malicia
et corpus mortis aggravat sollici-
citat carnis necessitas defectus cor-
ruptionis non sustinet quodque his
violencius est fraterna revocat ca-
ritas. Heu redire in se recidere in sua
compellitur et miser clamare
Domine vim pacior responde pro
me. Et illud Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis
huius. Quoniam tamen scriptura loquitur
deum omnia fecisse propter semetipsum

erit perfecto ut factura sese quoque con
formet et concordet auctori. Oppor
tet proinde nos in eundem affectum
quandoque transire et quomodo deus omnia
voluit propter semetipsum sic nos quoque
nec nos ipsos nec aliquid aliud
fuisse vel esse velimus nisi eque
propter ipsum ob solam ipsius videlicet
voluntatem non nostram volup
tatem. Delectabit sane non tam
nostra vel sopita necessitas vel sor
tita felicitas quam quod in nobis eius
voluntas adimpleta videbitur
quod et cottidie postulamus et ora
cione cum dicimus fiat voluntas
tua etc. O amor sanctus et castus
O dulcis et suavis affectus O pura
et defecata intencio voluntatis eo cer
te defecatior et purior quo in ea
de proprio nil iam admixtum relinquitur
eo suavior et dulcior quo in ea
relinquitur quod totum divinum est
quod sentitur. Sic affici deificari est
quomodo stilla aque modica multo
infusa vino deficere a se videtur dum
et saporem vini induit et colorem
et quomodo ferrum ignitum et candens
igni simillimum fit pristina propriaque
exutum forma et quomodo solis luce per
fusus aer in eandem transformatur
luminis claritatem adeo ut non tam
illuminatus sed ipsum lumen esse videatur
Sic omnem tunc humanam affectionem
quodam ineffabili modo necesse erit
a semetipsa liquescere atque in dei pe
nitus transfundi voluntatem. Alio
quin quomodo omnia in omnibus erit
deus si in homine de homine quidquam
supererit. Manebit quidem substancia sed in
alia forma alia gloria alia potencia.
Quando hoc erit quis hoc videbit. Quando
veniam et apparebo ante faciem dei
mei. Domine deus meus tibi dixit
cor meum exquisivit te facies mea
faciem tuam domine requiram.

Putas videbo templum sanctum
tuum. Ego puto non aliter sane per
fecto impletum iri. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota anima
tua et ex tota mente tua quousque
ipsum cor cogitare iam non cogatur
de corpore et anima eidem in hoc statu vi
vificando et sensificando intendere
desinat et virtus eiusdem relevata mo
lestiis in dei potencia roboretur.
Impossibile est namque tota hec ad deum
ex toto colligere et divino inherere vultui
quamdiu ea huic fragili et erumposo
corpori intenta et extenta necesse est
subservire. Itaque in corpore spirituali et immor
tali in corpore integro placido pla
citoque et per omnia subiecto spiritui
speret se animam quartum apprehendere
amoris gradum et potius in ipso appre
hendi. Quippe quod dei potencie est
dare cui vult non humane industrie
assequi. Tunc inquam summum obtine
bit facile gradum dum in gaudium
domini promptissime et avidissime
festinantem nulla iam retardabit car
nis illecebra nulla molestia conturba
bit. Putamusne tamen hanc graciam
vel ex parte sanctos martires assecu
tos nullis adhuc victoriosis corporibus
constitutos. Magna quippe vis amoris
illas animas intrinsecus rapuerat que ita
foris corpora sua exponere et tormenta
contempnere valuerunt. Sed profecto do
loris acerrimi sensus non potuit nisi
turbare serenum et si non perturbare.
Quid autem iam solutas corporibus
universas ex toto credimus immenso
illo pellago eterni luminis et luminose
eternitatis.

Sed si naturam negatur voluisse sua
corpora recepisse aut certe recipere
et sperant liquet procul dubio
nec dum a seipsis penitus immuta
tas quibus constat nec dum penitus
decesse de proprio quo vel modice intencio
reflectatur. Donec ergo mors absorpta

fit in victoria et noctis undique ter
minos lux perhennis invadat et occu
pat usquequaque quatinus et in corpo
ribus gloria celestis effulgeat. Nam puto
ex toto anime seipsas exuant et transeant
in deum nimirum a te corporibus extincte
et si non vita vel sensu certe affectu
naturali ita ut absque hiis nec velint nec
valeant consummari. Itaque ante re
staurationem corporis non erit ille defectus
animarum qui perfectus est et summus
earum status nec tamen iam sane
consortium spiritus requireret si absque illa
consummaretur. Enimvero absque profectu anime
nec ponitur corpus nec resumitur.
Denique preciosa mors sanctorum
eius in conspectu domini. Si mors
preciosa quid vita et illa vita. Nec mi
rum si corpus iam glorie conferre vi
detur spiritui quod infirmum et mortale con
stat ipsum non mediocriter valuisse. O quam
verum locutum esse qui dixit diligen
tibus deum omnia cooperantur in bo
num. Valet deum diligenti anime cor
pus suum infirmum valet et mortuum
valet et resuscitatum primum quidem ad
fructum penitentie secundum ad requiem
postremo ad consummationem. Merito sine
illo perfici non vult qui in omni sta
tu in bonis sibi subvenire presentit.
Bonus plane fidusque comes caro
spiritui bono que ipsum aut si honerat iu
vat aut si non iuvat exhonerat
certe iuvat et minime honerat. Primus
status laboriosus sed fructuosus.
Secundus fructuosus sed minime fa
stidiosus. Tertius fructuosus et glo
riosus. Audi sponsum in Canticis ad
profectum hunc trimodum invitantem.
Comedite amici inquid et bibite et
inebriamini karissimi. Laborantes
in corpore vocat ad cibum. Iam posi
tos extra corpus quiescentes ad potum invi
tat resumentes corpora eorum ut
inebrient impellet quos et vocat

karissimos nimirum caritate ple
nissimos. Nam et in ceteris quos
non suos sed amicos appellat dia
est ut hii in carne qui adhuc con
nati gemunt cari habeantur pro ca
ritate quam habent, qui vero soluti ia
carnis compede sunt eo sint ca
riores quo et promptiores atque expe
ditiores facti ad amandum. Porro
utrisque merito nominantur et sunt
karissimi qui recepta iam secunda
stola in corporibus utique cum gloria
resumptis tanto in dei feruntur
amorem liberiores et alacriores
quanto et de proprio nil iam residuum est
quod eos aliquatenus sollicitet et re
tardet. Quod quidem neuter sibi reliquorum
statuum vendicat cum in primo corpus
cum labore patiatur et in secundo quod
non sine aliqua proprietate desiderium
expectet. Primum ergo fidelis anima
comedit panem suum sed heu in
sudore vultus sui. In carne quippe
manens adhuc ambulat per fidem
quam sane per dilectionem operari necesse
est que si non operatur mortua est.
Porro ipsum opus cibus est dicente
domino: Meus cibus est ut faciam
voluntatem patris mei. Dehinc car
ne exuta iam pane doloris non
cibatur sed vinum amoris tamquam
post cibum plenius haurire permittitur
non purum tamen sed quomodo sub
sponsi nomine ipsa in canticis dicit:
Bibi vinum meum cum lacte meo.
Vinum enim divini amoris et tunc
etiam miscet cum dulcedine naturalis
affectionis qua resumere corpus
suum ipsum quidem glorificatum desiderat.
Estuat ergo iam tunc sancte cari
tatis potata vino sed pane non
divino usque ad ebrietatem quam temperat
interim ardorem illum eius lactis
permixtio. Ebrietas denique solet
evertere mentes atque omnino reddere
immemores sui. Sed non ex toto

oblita est sui que adhuc de ipsa cor
pore cogitat suscitando Ceterum hec
adepto quod solum utique decorat qui iam
impendit a scripta quodam modo abiere
et ire tandem in deum eo quod penitus
sibi dissimilia fieri quo de simili
ma efficitur donatur Cum demum
ad missam sapientie illam de qua
legitur Et talis meus inebrians
quam preclarus est Quid mirum si iam
inebriatur ab ubertate domus
dei cum nulla morte cura de ipsa
salute secura bibit purum et no
vum illud cum cristo in domo patris
eius / hoc vero convivium triplex
celebrat sapientia quod ex una tam
plect caritatem ipsa cibans labo
rantes ipsa potans quiescentes
ipsa regnantes inebrians Quo
modo autem in convivio corporali ante
cibus quam potus apponitur quem
ordinem natura requirit Ita et hic
primo quidem ante mortem in carne
mortali labores manuum suarum
manducamus cum labore quomodo
glorianda est masticantes Post mor
tem in vita spirituali iam bibimus sua
vissima quadam facilitate quod
percipitur collantes reddit ante cor
poribus in vita mortali inebriamur
inter plenitudinem exuberantes pro
quo et sponsus in canticis dicit Co
medite. et bibite et inebriamini karis
simi Comedite ante mortem bibi
te post mortem inebriamini post
resurrectionem Merito iam carissimi
qui caritate inebriantur Merito
inebriati qui ad nuptias agni
introduci merentur edentes et bibe
ntes super mensam illius in regno
suo quando iam sibi exhibet glorio
sam ecclesiam non habentem maculam
neque rugam aut aliquod huiusmodi
Tunc prorsus inebriat karissimos

suos / tunc torrente voluptatis
sue potat quem quidem amplexari
illo altissimo et carissimo sponso
et sponse flumen letificat civitatem
dei Quod non aliud arbitror quam dei
filium qui transiens ministrabit quem
admodum ipse repromisit ut ex hoc iam
in se epulentur et exultent Hinc
illa societas sine fastidio hinc
insatiabilis illa sine inquietudine
curiositas hinc eternum atque in
explebile desiderium nesciens egesta
tem / hinc denique sobria illa ebrie
tas verbo non mero ingurgitatas
non madens vino sed ardens
deo Et hic iam quartus ille amoris
gradus perpetuo possidetur cum
summe et solus diligitur deus
quia nec nosipsos iam nisi propter
ipsum diligimus Ut sit ipse premium
amantium se premium amantium
in eternum Memini me dudum
ad sanctos fratres cartusienses
scripsisse epistolam et de ipsis in ea
gradibus inter cetera diffinisse
forte autem aliter ibi et si non
aliena de caritate locutus sum
Et ob hoc quedam huius hinc quoque
sermoni subiungere non inutile
duco presertim cum facilius ad
manum habeam transcribere iam dicta
quam nova dictare Illa inquam
vera et sincera est caritas et omnino
de corde puro et conscientia bona
et fide non ficta fatenda procedere
qua proximi bonum eque ut nostrum
diligimus Nam qui magis aut cer
te solum diligit suum convincitur non
caste diligere bonum quod utique propter
se diligit non propter ipsum Et talis
hic non potest obedire propheta qui

aut Confitemini Domino quoniam bonus
Confitetur quidem quia fortasse bo
nus est sibi non autem quia bonus
est in se Unde propheta noverit in se dic
tum illud ab eodem propheta obprobrium
Confitebitur tibi cum benefeceris ei
Est est qui confitetur Domino quoniam potens
est / et est qui confitetur Domino quoniam sibi
bonus est / Item qui confitetur Domino
quoniam simpliciter bonus est Primus ser
vus est et timet sibi Secundus mer
cenarius et cupit sibi Tercius filius
et defert patri ea quoque et qui timet et
qui cupit utrique se agunt Sola que
in filio est caritas non querens
que sua sunt quamobrem de illa
dictum est lex Domini immaculata
convertens animas quod sola videlicet
sit que ab amore sui et mundi
avertere possit animum et in Deum
dirigere Nec timor quippe nec amor
privatus convertunt animam / mutant
interdum multum factum affectum numquam
Facit quidem nonnumquam etiam servus
opus Dei sed quia non sponte in
sua adhuc duricia permanere cognoscitur / Facit mercenarius sed quia non
gratis de propria trahi cupiditate con
mittitur Porro ubi proprietas ibi singula
ritas ubi autem singularitas ibi an
gulus ubi vero angulus ibi sine
dubio sordes sive rubigo Sit ita
servo sua lex timor ipse quo co
stringitur sit mercenario sua cupidi
tas qua et ipse artatur cum temptatur
abstractus et illectus sed horum nulla
aut sine macula est aut animas
convertere potest Caritas vero convertit animas
quas facit et voluntarias Porro ea
causa dixerim immaculatam quia nil

sibi de proprio retinere videtur Cui nempe
de proprio nichil est totum profecto quod
habet Dei est / quod autem Dei est immun
dum esse non potest / lex ergo Domini
immaculata caritas est que non
sibi quod utile sit querit sed quod
multis / lex autem Domini dicitur sive
quod ipse ex ea vivat sive quod eam
nullus nisi ex dono eius possidet
Nec absurdum videatur quod dixi etiam
Deum vivere ex lege cum non alia
quam caritate dixerim Quid vero
in summa et beata illa trinitate
summam et ineffabilem illam con
servat unitatem nisi caritas / lex
ergo Domini est / et lex Domini caritas
que trinitatem in unitate quodam
modo cohibet et colligat in vinculo
pacis Nemo tamen me estimet
caritatem hic accipere qualita
tem aut aliquod accidens alioquin
in Deo dicerem quod absit esse aliquid
quod Deus non est Sed substanciam
illam divinam quod utique nec no
vum nec insolitum est dicente Jo
hanne Deus caritas est Dicitur
ergo caritas et Deus et Dei donum
Itaque caritas dat caritatem substantiva
accidentalem ubi Deus significat nomen
substancie est ubi donum qualitatis
Hec est lex eterna creatrix et gu
bernatrix universitatis siquidem in
pondere et mensura et numero per
eam facta sunt universa et nichil sine
lege relinquitur cum ipsa quoque lex omnium
sine lege non sit alia quoque se
ipsa qua de se et ipsam non creat
regit tamen Ceterum servus et
mercenarius habent non a Deo
sed quam ipsi sibi fecerunt Ille
Deum non amando iste se plus
amando habent non Deum sed suam
illi tamen que Domini est subiectam
Quippe suam sibi legem facere voluntatem

non tamen eam incommutabilis eterne
eterne legis ordinem subterfugere potue-
runt. Hunc ante quemque fecisse suam
legem quod quinimo eterne legi propriam
pretulit voluntatem perverse utique vo-
lens suum imitari creatorem ut sicut
ipse sibi lex sui et sui iuris est. Ita iste
quoque seipsum regeret legem sibi suam
faceret voluntatem. Grave utique et in-
portabile iugum super omnes filios
Adam heu inclinans et incurvans cer-
vices nostras adeo ut vita nostra infer-
no appropinquaret. Infelix ergo homo
quis me liberabit de corpore mortis
huius quo utique premor et pene opp-
rimor. Ita nisi quia dominus adiuvit
me paulominus habitasset in inferno
anima mea. Sub hoc honere grava-
tus gemebat qui dicebat: Quare
me posuisti contrarium tibi etc. Ubi
dixit factus sum mihimetipsi gra-
vis ostendit quod lex ipse esset nec alius
hoc quam sibi ipse fecisset. Quod autem
loquendo premisit posuisti me con-
trarium tibi, eum se non effugisse legem
indicavit. Hoc proprium quippe ad eternam
iustam dei legem pertinuit ut qui
noluit a deo suaviter regi penaliter ab
ipso regeretur. Qui sponte iugum sua-
ve et onus leve caritatis abiecit
proprie voluntatis onus importabile
sustinet. Miro itaque et iusto modo eter-
na lex posuit eum contrarium et retinuit
subiectum dum videlicet nec iustitie
pro meritis legem evasit nec tamen
in mundo cum sua requie in sua
gloria permansit subiectus potestati et
sine motus felicitatis. Domine deus
deus meus cur non tollis peccatum
meum et quare non aufers iniqui-
tatem et abiecta gravi sarcina proprie
voluntatis sub levi onere caritatis
respirem nec iam servili timore coercear
nec mercenaria cupiditate illiciar
sed agar spiritu tuo spiritu libertatis quo
aguntur filii tui qui testimonium reddit
spiritui meo quod ego sim unus ex filiis
sim cum mihi lex fuerit que et
tibi et sicut tu es ita et ipse sim
in hoc mundo. Hii quippe qui hoc fa-
ciunt quod ait apostolus nemini quicquam de-
beatis nisi ut invicem diligatis pro-
cul dubio sicut deus est et ipsi sunt
in hoc mundo nec servi aut merce-
narii sunt sed filii. Itaque nec filii sunt
sine lege nisi forte aliquis aliter sen-
tiat propter hoc quod scriptum est iustis
non est lex posita. Sed sciendum quod alia
est lex promulgata a spiritu servi-
tutis ~~in spiritu~~ Iterum in timore alia
spiritu libertatis data in suavitate
nec sub illa coguntur esse filii nec
sine ista patiuntur. Vis audire quia
iustis non est lex imposita? Non ac-
cepistis ait spiritum servitutis iterum
in timore. Vis audire quod tamen sine
lege caritatis non sunt? Denique
audi iustum utrumque de se fatentem
et quod non sit sub lege nec tamen sit
sine lege. Factus sum inquid his
qui sub lege erant quasi sub lege
essem cum ipse non essem sub lege
his qui sine lege erant tamquam sine
lege essem cum sine lege dei non
essem sed in lege essem Christi. Unde
apperte non dicitur iusti non habent
legem aut iusti sunt sine lege sed
iustis non est lex posita sed volun-
tariis eo liberaliter data quo suaviter
inspirata. Unde et pulchre dominus
Tollite ait iugum meum super
vos. Ac si dicat non impono in vos
sed vos tollite si vultis alioquin
non requiem sed laborem invenietis
animabus vestris. Bona itaque lex
caritas et suavis quem non solum

leges portabiles leniter suaviter portat
sed etiam servorum et mercenariorum
leges portabiles ac leves reddit quas
utique non destruit sed facit ut imple
antur dicente domino Non veni sol
vere legem sed adimplere Illam temperat
istam ordinat utramque levigat nunquam
erit caritas sine timore sed casto
nunquam sine cupiditate sed ordinata
Implet ergo caritas legem servi cum
infundit devotionem implet et merce
narii cum ordinat cupiditatem porro
timori et permixta devotio ipsum non
admittat sed castigat Pena tamen
tollit sine qua esse non potuit du
fuit servilis et timor manet in se
culum seculi castus et filialis Nam
quod legitur perfecta caritas foras mit
tit timorem et pena intelligenda est
servili ut diximus nunquam adesse timori
illo scilicet genere locutionis que
sepe causa ponitur pro effectu Deinde
cupiditas tunc superveniente caritate
ordinatur cum mala quidem penitus
respuuntur bonis vero meliora preferun
tur nec bona nisi propter meliora appe
tuntur Quod cum plane per dei
gratiam effectum fuerit diligetur cor
pus et universa corporis bona ta
men propter animam anima propter deum
deus autem propter seipsum Verumtamen
quia carnales sumus et de carnis
concupiscentia nascimur necesse est ut
cupiditas et amor nascetur a car
ne incipiat que si recto ordine di
rigitur quibusdam suis gradibus du
ce gratia proficiens spiritu tandem
consummabitur quia non prius quod
spirituale sed quod animale deinde quod
spirituale et prius necesse est portemus
imaginem terrestris deinde celestis
Inprimis ergo diligit seipsum propter se
Caro quippe nil valet sapere nisi propter se

Cumque videt per se non posse sub
sistere deum quasi sibi necessarium in
cipit sibi per fidem inquirere et dili
gere Diligit itaque in secundo gradu
deum sed propter se non propter ipsum Sit
vero cum ipsum ceperit occasione proprie
necessitatis colere et frequentare
cogitando legendo orando obedi
endo quadam huiuscemodi familiari
tate paulatim sensimque deus inno
tescit Consequenter et dulcescit
et sic gustato quam suavis est dominus
transit ad tertium gradum ut diligat
deum non iam propter se sed propter ipsum
Sane in hoc gradu statur diu
nescio si per aliquid hominum quartus
in hac vita perfecte apprehenditur
ut se scilicet homo diligat tantum propter
deum asserunt hec qui experti sunt
michi fateor impossibile videtur
Erit autem procul dubio cum intro
ductus fuerit servus bonus et
fidelis in gaudium domini sui et
inebriatus ab ubertate domus
dei quodam enim modo quociens totus
perget in deum et deinde adherens
ei unus cum eo spiritus erit Arbitror
prophetam sensisse cum diceret Intro
ibo in potentias domini domine me
morabor Sciebat profecto cum intro
iret in spirituales potentias domini
exuturum se iri vel omnibus infirmitatibus
carnis ut iam nil nisi de carne
haberet cogitare sed totus in spiritu
memorari iustitie tue solius
Tunc profecto singula membra
Christi dicere poterunt de se quod
Apostolus ait de Capite Et cogno
vimus Christum secundum carnem sed non iam
novimus quia caro et sanguis re
gnum dei non possidebunt Non quod
carnis illic substantia futura
non sit sed quod carnis omnis ne
cessitudo sit defutura carnisque amor
amore spiritus absorbendus et infirme

quia non sunt humane affectiones
in diurnas quasdam commutan
tur. Tunc sagena caritatis que
nunc tracta per hoc mare magnum
et spaciosum ex omni genere pisci
um congregare non desinit cum
perducta ad littus fuerit, malos
foras mittens bonos solum retine
bit. Siquidem in hac vita ex omni
genere piscium intra sina sue lati
tudinis caritas recepte concludit ubi
se pro tempore omnibus conformans
omniumque in se sive adversa sive prospera
transferens ac sua quodammodo faciens
non solum gaudere cum gaudentibus
sed flere cum flentibus consuevit
sed cum pervenerit ad littus velud
mali pisces omne quod triste pa
titur foras mittens sola probare et
iocunda esse extiterunt retinebit
Numquid enim tunc verbigracia Pau
lus ait: infirmabitur cum infirmis aut
uretur pro scandalizetur et infirmi
tas procul de uno non erit aut
certe de uno lugebit eos qui non
egerunt penitenciam ubi certum nec peccan
dum fore nec penitentem absit ante
ut eos qui ignibus eternis cum dy
abolo et angelis eius deputandi sunt
plangat et defleat. Nulla que flu
minis impetus letificat civitatem dei
cuius diligit dominus portas super
omnia tabernacula iacob quod videlicet
in tabernaculis et si quando gaudet
de victoria liberatur tamen in pugna
et plerumque periclitatur de vita. In
illa tamen patria nulla prorsus
admittitur adversitas sive tristicia et
quemadmodum dei illa canitur Sicut
letancium omnium nostrum habitacio est
in te Et rursum leticia sempiterna
erit eis denique modo misericordie
recordabitur ubi memorabitur iusticie
sue solius ubi iam non erit miseri
cordie locus aut nunc existens.

nullus profecto esse poterit mise
racionis effectus etc. Finis. Deo gracias

Incipit liber beati bernhardi
De amore dei

Venite ascendamus
ad montem domini
et ad domum dei
iacob et docebit nos
vias suas. cogitaciones intenciones
voluntates affectiones et omnia inte
riora mea. Ascendamus in montem
ubi in locum ubi dominus videt vel
videtur. Cure sollicitudines anxietates
pene servitutes expectate me hic
cum asino corpore isto donec ego cum
puero racio cum intelligencia vosque
illuc properantes redeant ad nos et heu
redeuntes quam cito reddunt enim nos
a nobis caritas veritatis et licet re
trahat nos inde necessitas non obmit
tenda est illa oracionis suavitas
domine deus virtutum converte nos
et ostende nobis faciem tuam et sal
vi erimus. Sed heu heu domine quanta
vituperatio et temeritas et quam inor
dinatum est quam presumptuosum
cum aliquid a regula verbi veritatis
et sapiencie tue corde immundo velle
videre deum. Sed o deus summe
et summum bonum. vita cordium lux
interiorum oculorum propter bonitatem
tuam miserere mei. Hec enim mundicia
mea fiducia mea hec iusticia mea
contemplacio tua bone domine qui
dicis anime mee non quo fert tu
scis Salus tua ego sum. Rabbi su
me magister bone rector mundi quem
desidero dic ceco medico tuo quid
vis faciam tibi Et quia tu scis iam
hoc ipsum das ut ex omnibus suis re
cessibus abiectis procul omnibus secu

hiimus altitudinibus pulchritudine
vel quaeque concupiscetur vel oculorum
vel ambitio attemptare potest vel so
let tibi dicit Cor meum Exqui
sivit te facies mea faciem tuam
domine requiram Ne avertas faciem
tuam a me ne discedas in ira a ser
vo tuo Impudens quidem et improbus
sum o amator meus antiquus et
susceptor me indefesse sed amor
amoris tui hoc faciat sicut vides
me non videntem te et sicut dedi
sti michi desiderium tuum et si quid
tibi placet in me et cito ignoscis
servo tuo ad te converti et manum
da in aliquibus incurrendis offendiculis
Respondet michi quippe intus in
anima mea et mente mea tunc
multiplicans in me et concuciens
omnia interiora mea vox iustifi
cationis vox iustificationis tue
et caligant oculi mei interiores
a fulgore veritatis tue ingerentes
michi quia non videbit te homo et vive
re Ergo vero in petris totus usque ad
hunc non dum potui mori michi
ut vivam tibi Sed dum ex pre
cepto meo et dono tuo sto in petra
fidei tue fidei Christi in loco qui
vere est penes te in quo ut possum
fero interim patienter et amplector
et deosculor regentem et protegentem
me manum dexteram tuam et aliquo
tiens contemplans et video gestiens
Posteriora videntis me humanitatem
videlicet transeuntem dispensationis
hic de Christi filii tui suspicio Sed
cum attendo gestio ad eum vel sicut
emoroissa illa misere anime mee
a salutifero tactu fimbrie eius capio
furari gestio sanitatem vel sicut
Thomas vir ille desideriorum totum
eum videre tangere et non solum tangere

sed accedere ad sacrosanctum lateris
eius vulnus hostium arche quod fa
ctum est in latere ubi non tantum
mittam digitum vel totam manum
sed intrem totus usque ad cor Ihesu
in sancta sanctorum in archam testa
menti in urnam auream animam
humanitatis nostre continentem in se
manna divinitatis Heu dicitur
michi noli me tangere Et illud de
Apokalipsi Foras canes Sic et ut
dignus conscientie mee verberibus ex
pulsus vel propulsus pravitatis
et presumpcionis mee penas co
gor habere Rursus in petram me
recipiens qui est refugium hereditatis
spiritus peccatorum penitus deamplector
et deosculor regentem et protegentem
dexteram tuam ut ego eo opulenter
sensi et vidi vivo expecto patienter
ut aliquando auferas manum te
gentem et infundas gratiam illius
ante ut tandem secundum responsum
veritatis revelata facie mortuus
michi vivens tibi speciem tuam fa
ciem incipiam videre et assisti tibi
a visione faciei tue O facies fa
cies quam beata facies que assistit
Interdum video te edificans in
corde tabernaculum deo Jacob et
omnia faciens secundum exemplum
quod ei ostenditur in monte hic vero
et competenter cantet tibi dicit
cor meum exquisivit te facies mea
faciem tuam domine requiram Itaque
ut dixi ex dono gratie tue con
templans omnes angulos con
scientie mee vel terminos velud conte
et singulare desiderium video ut
omnes fines terre videant salu
tare dei sui ut amicus eum video
quem amare est videre Dico enim
michi in desiderio languoris mei
Quis amat quod non videt quo
potest amabile esse quod non potest visibile

Nec aliquatenus est visibile. Sed
te desideranti amabilia tua occurrunt
a celo et a terra et ab omni creatura
tua et te michi vultuo ingerunt
et offerunt omnibus amabilibus et ado
randis domine que quanto te ma
nifestius predicant et approbant ama
bilem tanto te michi faciunt ardencius
desiderabilem. Sed heu non ad fruendum
perfectam sanitatem suavitatem et
gaudium sed ad irritacionis et defecti
onem tamen aliqua suavitate tor
mentorum. Sicut enim non tibi perfecte
placent oblata nisi meum. Sic bo
norum tuorum contemplacio reficit
quidem nos dulcedine sed non saciat per
fecte nisi tecum.

Hec est anime mee assidua ex
ercitacio huic assiduo scopo
spiritum meum et cum vanis et
amabilibus tuis quasi de pedibus et
manibus et totis innitens viribus
sursum tendo ad te et inte summe
amor summum bonum sed quanto
tendo forcius tanto retrudor durius
in terram in me ipsum sub memet ipsum.
Ergo respiciens et discernens et diiudi
cans me ipsum factus sum michi de
me ipso laboriosa questio. tamen do
mine certe certum sum per graciam tuam
desiderium desiderii tui et amorem amo
ris tui habere in toto corde meo et
in tota anima mea. sicut ergo te fa
ciente proficiente ut desiderium deside
rare te et amem amare te. Sed hic
amans quid nescio quid est enim
amare amorem desiderium desiderare
amore amamus. Sed quid amando
desiderio desideramus si quid desidera
mus. Sed forsitan enim amo amo
rem non amo amore quo amo te
quid amare volo et amo quem
amo sed me amante tamen non
damno laudetur et amatur anima
mea. quamquam procul dubio detestaret
et odio haberem si alibi eam quam
in domino et in eius amore invenirem

et desiderio quod dicemus. Sed dicta
desiderans nam me in ipsum desiderantem
sed nunquam desiderium cui desiderantem esse
non habeam ut desiderium magis quam de
am. Cum igitur hoc modo desiccat et ca
ligent et ceci interiores interiores oculi
nostri. Oro ut eciam aperiantur a te
non sicut aperti sunt a te carnales oculi
ut videant confusionem suam. Sed ut
videant domine gloriam tuam ut ablutus
proximitatis et paupertatis mee tatus
erigar et trahar in amplexus tuos
et amoris tui videns quem amavero
et amans quem video et moriens
in me vivere incipiam in te et bene mi
sit in te quam pessime est michi in me.
Sed festina domine ne tardaveris. Habet
enim sapiencie tue gracia et gracie tue et
sapiencia tua compendia. Racionaciona
cionibus et racionibus nullis argumenta
nullis discussionibus quasi qui bisex
talis conscendit et ad torrentem sic
voluptatis tue ad plenum amoris tui
gaudium. cui hoc datum est fideliter querens
fideliter pulsans sepe repente ibi se invenit.
Sed o domine quam raro. sed quando
me in aliqua huiusmodi parte gaudiis
invenio. Clamo vociferor domine bonum
est nos hic esse. Faciamus tria taberna
cula fidei unum, spei unum et amori
unum. Nunc nescio quid dico bonum est
nos hic esse. Sed repente cado in terram
et respiciens nichil video et me ibi prius
eram invenio in dolore cordis et affli
ccione. Usque quo domine usque quo dum
ponam consilia in anima mea dolorem
in corde meo per diem. Non diu non
manebit spiritus in hominibus quia caro
sunt. Sed venit et vadit et spirat ubi
vult. Sed in reconvertendo captivitatem
syon facti sumus sicut consolati. Tunc
repletum est gaudio os nostrum. Et
iterum heu michi quia incolatus
meus prolongatus est. Habitantibus cum habi
tantibus cedar multum incola fuit anima
mea. Sed respondet intus in corde meo

veritas consolationis tue et conso
latio veritatis tue
Item amor desiderii est amor
fruitionis. Amor autem meretur
visionem, visio fruitionem, fruitio
amoris perfectionem. Gratias ago tibi gra
tie tue qui loqui dignaris ad cor
servi tui et amplexis eius questionibus
respondes. Principio amplector sponsus
tui ataram et letus expecto maritam
promissionem tuam. Desidero itaque amare
te et amo desiderare te et hoc modo
usque apprehendo in quo apprehensus sum
sed ubi amem te aliquando perfecte.
Qui prius verus amasti amabilis
et amande domine. Sed est ne aliquid
ut alicubi hic amoris tui perfectio
hic in amore tuo habitudinis con
summatio ubi sitiens anima ad deum
fontem vivum si sitiet sic impleat
ut dicat sufficit. Amor ubicumque
quecumque sit ille sed non deficit si
dicat sufficit, sed ubi estimus sufficientie
est defectio que potest esse profecto sed
et iniusti domine numquam regnum tuum
possidebunt. Iniustus namque est qui
non tantum desiderat ut debitorem se sen
tit et intelligit se non tam tantum
amare quantum ab aliqua creatura
rationali possibile est amari te. Con
stat beata illa seraphim que a cari
tate pulcritudinis tue et claritate visionis
tue ardentes interpretantur plus ama
re te quam aliquis in regno celorum
quod si et in regno celorum non dica
mus, sed nullus est qui non tantum
amet et desideret amare te quan
tum ab aliquo, vel potest amare
vel debet, et hoc forsitan est quomodo
sancti amant nec desiderant an
geli prospicere. Desiderat ergo beatus ille
minor tantum quantum amat ille
quicumque plus te amat non cum
la insectatione sed pya et devota
intentione. Si vero in amore proficit
quanto felicius illuminatis oculis
in interiora procedit tanto dulcius
sentit et intelligit. Sed ingratus non

est se posse amari et se debitorem
plus plus amare vel quam amant
et cherubin seraphin sed qui desi
derat quod assequi non potest miser est.
Miseria vero a regno beatitudinis
prorsus aliena est. Assequitur ergo quicumque
desiderat quisquis ibi aliud desiderat
quid dicemus ad hoc quid inquam
dicemus loquere domine quia au
dit servus tuus. Numquid etiam
magni et parvi omnes qui sunt
in regno dei unusquisque in suo
ordine amat et amare desiderat
et amoris unitas non sunt ut
sit diversitas dum amat cui hoc
datum est ardentius. Amor autem
in amore sine invidia bonum cui
cumque inest amat quod ipse sibi de
siderat et habet utique amorem qui
cumque est quod in amore amat.
Nimirum amor est qui amat est
et bonitatis sue affluentia aman
tes et coamantes gaudentes et tan
gaudentes pari implet quamvis licet
dispar fieri mensura et quanto
se amantium cordibus infundit
et sensibus tanto eos sui capa
ciores efficit, satietatem faciens
sine fastidio de ipsa satietate non
minuens desiderium sed augens re
mota omni anxietatis miseria.
Amor enim ut dictum est qui amator
est qui a voluptatis sue conetu
omne ab amatore suo repellit
vel satietatem fastidii vel in de
siderio anxitudinis vel in zelan
do invidie miseriam illuminans eos
ut dum amplius de caritate ut carita
tem ut in lumine videant lumen
et in amore concipiant amorem.
Hic enim est fons vite qui semper
fluit et numquam perfluit, hic est eius
gloria hic sunt divicie in domo
dei amatoris tui quia est deside
ranti et amanti quod desiderat
et quod amat immo qui desiderat
semper amet semper amat desiderare
et desideranti et amanti quod desi
derat et quod amat semper facias habundare

O domine ut nec anxietas desi
derantem vel fastidium astringit ha
bundantem reminiscimini obsecro domine
hic est vita eterna de qua scriptum est et contagio
Et vide si via iniquitatis in me
est et deduc me in vita eterna. Hec
est affectio hec est perfectio et semper
ire hic est pervenire. Unde apostolus
tuus paulus ante dixerat Non quod
acceperim aut perfectus sim sequor
autem si quomodo comprehendam a
quo comprehensus sum in Christo Jhesu
Unde etiam singuli qui retro sunt
obliviscens ad ea que sunt priora
extendens me destinatum persequor
ad bravium superne vocacionis dei
in Christo Jhesu. Quicumque perfecti sumus
hec senciamus

Et hoc est amare tuum quo
tu amas te amantes dul
cedinem bonitatis tue quam
habes ad creaturam tuam. Ama
tor creature tue bone inspirare eis
hoc desiderium amare te et deside
rare te. Non enim accidens ad nos
vel a nobis tuum amas nos sed
es quod es qui semper idipsum es
cui hoc est esse quod est bonum. Bo
num autem mihi et omni creature tue
mihi. Nec autem ad te vel a te diffi
cimur cum te amamus qui possu
mus nisi secundum aliquomodo esse et non
amare te idest esse et male esse. Ti
bi autem qui semper idem es nil accedit
si deficimus a te. Cum autem nos a
mas non nisi propter te nos amas
cum verissima summe iusticie
regula etiam nec nos amare per
mittat extra te et certe possibile
est amari deum amantem ubi ma
gna accrevit gracia eo perfecte ut nec
te nec se propter se sed et te et se propter
amat solum et propter hoc reformatur
ad ymaginem tuam ad quam creasti
eum qui ex veritate nature tue natura
veritatis tue nec te nisi propter te
nec hominem nec angelum amare
potest nisi propter te. Est o felicem
et felicissimam animam que deo

sit meretur a deo affici ut per unitatem
spiritus in deo non amet nisi deum
non solum aliquid creatum nec nisi
in deo amet seipsum et deum in seipso ut
amet et appetat quo amare et appetere
debet deus in seipsum immo quod non
debet solum amari a creatore deo
et creatura dei amoris cuius nomen
vel affectus nulli competit vel de
bet nisi tibi soli. Summe amator
et amande domine hic est in nobis
voluntas filii tui hic pro nobis
oratio eius ad te deum patrem suum
Volo ut sicut ego et tu unum ita
et ipsi in nobis unum sint. Hic est
consummacio hec perfectio hec est
pax hec est gaudium domini hec est
gaudium in spiritu sancto hic est silen
cium in celo quidem quippe sumus
in hac vita hac felicissime pacis
silencio in celo idest in anima iusti
que sedes est sapiencie aliquando fiunt
affectus sed hora dimidia vel quasi
dimidia. Interim vero derelinquimus
cogitacionibus reliquiis festum agentes
In illa vero beata eterna vita de qua
dico intra in gaudium domini tui so
la est eterna et perfecta fruicio et tanto
est felicior quanto iam remotis
omnibus que hic turbare vel impe
dire videntur amoris eius indisso
lubilis eternitas irrefragabilis per
fectio incorruptibilis erit beatitudo

Amor vero in nos possidet
nos disparat a facie tua
in nobis omnia feditatibus no
xia que a concupiscencia carnis
et oculorum et superbia vite hunc
nunc asciscuntur hunc affectum quasi speciem
quedam reclamat affectuum ingenium
qui amor ditatur in nobis et corrup
cius in nobis iste morbus amor
a te et a creatore a te solum contrahitur
et contractus et reluctans lege naturali
et reclamans cogitur luxuria avari
cia et amaricia et his quo incor
ruptus in sua permanet natura ad
te solum est domine et hunc soli debet

amor vel eciam anime racionalis
ut dicat quidam servus tuus motus
vel quieta stacio vel finis ultimus
id quod appetit vel apprehendit modo
voluntatis appetitus vel eciam modi
et appetendum. Ultra vero te vel
supra te qui querit aliud melius vel
tamquam melius nichil est quod querit
quia nil melius te. Ideo quod nichil
melius afficitur recedendo a te qui
amando plus est vere et fornicatur
et luxoniatur in alienis affectibus
aliena ut dixi sentibus navina
Amor ut dictum est et sepe dicendum
est ad te solum est domine in quo
solum est quicquid vere est et ibi quie
ta et secura stacio quia deum ti
mere timore amaris casto et manda
ta eius observare hoc est omnis homo

Recedat itaque ab anima mea omnis
iniusticia ut te diligam dominum
deum meum ex toto corde meo
et ex tota anima mea. Recedat ergo
omnis zelotipia ut nichil aliud tecum
amem quod preter te non amem. O
vere vince amor et vere domine cum
vero aliud preter te amem non illud
amo sed te propter quem amo. Tu vere
solus dominus tuus damnari super nos
est exultatione nostra servire nichil aliud
est quam a te salvari. Tue enim salus
tua o domine tuus est salus et super
populum tuum benediccio tua nisi quod
accepimus ut amemus te vel amem
a te. Ideo domine filium dextere tue
hominem quem confirmasti tibi Ihesum
id est salvatorem appellari voluisti. Ipse
enim salvum faciet populum suum a peccatis
eorum et non est alius in quo sit sa
lus. Qui docuit nos amare se tu
prior dilexit nos amando et diligendo
suscitans nos ut amemus eum qui
prior usque in finem dilexit nos. Hec
est iusticia filiorum hominum. Anima me
quia amo te. Karus ante est qui pos
sit dicere amo te ut ames me. Hoc tu
fecisti quia clamavit servus amoris

tui prior dilexit nos / et sic domine
sic est amasti nos prior ut ama
remus te non quod egeres amari a
nobis sed quia quod fecisti nos esse
non poteramus nisi amando te.
Ideo multifarie multis modis deus
olim loquens patribus per prophetas no
vis in diebus istis locutus est in filio
suo id est in verbo tuo quo celi firmati
sunt et spiritu oris eius omnis virtus
eorum loqui tuum filio nil aliud est
quam in sole id est quam in manifesto po
nere tabernaculum suum. Quantum
et quomodo nos amasti qui proprio
filio suo non pepercisti sed pro nobis
omnibus eum tradidit illum qui eciam
dilexit nos et tradidit semetipsum
pro nobis. Hoc est verbum tuum ad nos
domine. Hic sermo omnipotens qui
dum medium silencium teneret omnia
et nox in suo cursu et tunc a re
galibus sedibus venit durus eco
rum debellator dulcis amans co
mediator et quicquid fecit quicquid di
xit in terris dominus usque ad obpbra
et sputa et alapas et crucem et
sepulchrum non fuit nisi loqui tuum
nobis in filio tuo qui provocans
et suscitans ad te amorem nostrum
Sciebat enim creator amare deus
in animabus filiorum hominum cogi non
posse sed provocari oportere affectum
istum similiter eciam quia ubi coactio
iam nec libertas nec iusticia. Tu
autem domine iuste salvare nos
volebas iuste ipse nos formans
iudicium et tamen sedens super tro
num et iudicans iusticiam sed quan
tu fecisti ut omne os obstruatur
et subditus fiat omnis mundus deo
cum misereris tuis misereris et miraz
prestas tui iustus eris voluisti ergo
ut amaremus te nec amare pote
ramus nisi procedet a te ergo domine
sicut amator tuus dicit et nos iam
diximus prior dilexisti nos et sic
diligis omnes dilectores tuos

Sed nos te diligimus affectu
amoris a te nobis indito
Tu vero conditor omnium et affe
ctuum bonorum et animarum afficie
darum. Numquid accidenti vel in
cidenti amoris affectu amas quos
amas vel aliquo in aliquo afficeris
qui et omnia absit absurdum est
procul est a fide alienum ab omni cre
atura. Quomodo ergo nos amas
si nos amare non amas sed amor
tuus bonitas est tua summe bone
summum bonum spiritus sanctus pro
cedens a filio patre et filio qui ab
initio creature superfertur super
aquas id est super mentes filiorum hominum
fluctuantes omnibus se offerens omnia
ad se trahens inspirando noxia
arcendo providendo utilia deum no
bis et nos uniendo deo sic ergo ipse
spiritus sanctus tuus qui amor dicitur
patris et filii et unitas et voluntas
per gratiam suam in nobis habitans et
dei in nobis caritatem commendans et
per ipsam ipsum nobis conciliaus
deo nos per inspiratam nobis vo
luntatem bonam cuius bone volun
tatis vehementia amor dicitur in
nobis in quo amamus quod amare
debemus te scilicet. Nichil enim aliud
est amor quam vehemens et bene
ordinata voluntas. Amas ergo te
o amabilis domine in teipso cum
a patre et filio procedit spiritus sanctus
amor patris ad filium et filii ad patrem
et tantus est amor ut sit unitas
et tanta est unitas ut sit homousion
id est patris et filii substantia. Amas et te
ipsum in nobis mittendo spiritum filii tui
in corda nostra a dulcedine amoris
a vehementia inspirate a te nobis vo
luntatis clamantem Abba pater sic
nos efficiens tui amatores immo
sic teipsum in nobis amabunt qui
prius sperabamus quia noveramus
nomen tuum domine et gloriabamur

in te qui diligebamus nomen domini
ipse o domine iam per inspiratam nobis
gratiam per spiritum adoptionis tue omnia
que patris sunt nostra esse confidentes
ipso te nomine invocemus per adoptio
nis gratiam quo filius unicus per naturam
sed quia hoc totum est cuius amare
hoc est bene facere a quo omne da
tum optimum et omne donum perfectum
summe pater luminum ita te amas
in nobis et nos in te cum te per te
amamus et intantum tibi uniri mere
mur amare meremur et participes effi
cimur ut dictum est orationis illius
christi filii tui volo sicut ego et tu
unum sumus ita et ipsi in nobis unum
sint. Genus enim tuum sumus domine
genus dei sicut ait apostolus transfusis
ethimici similiter de malo vase in vas
bonum et non nisi ipsam sapiat et
vas bonum genus ipsum summus
dei et dii filii excelsi. Omnis cognacio
spiritualis magna apud te vendicat
tres affinitatem spiritus adoptionis tu
quia filius tuus unicus nomine no
biscum sortiri non dedignatur et
cum ipso et per ipsum preceptis salu
taribus moniti et divina institu
cione formati audemus dicere pater
noster qui es in celis sanctificetur. Amas itaque
nos inquantum nos tui efficias ama
tores et nos amamus te inquantum
a te spiritum tuum accipimus qui est
amor tuus obtinentem et possidentem
omnes affectionum nostrarum recessus
et perfecte eas convertentem in puritatem
veritatis et veritatem puritatis tue in
plenum tui amoris consensum tanta
quod sit connectio tanta adhesio tanta
dulcedinis tue fruicio ut unitas ab
ipso domino nostro notetur dicente ut
sint ipsi unum in nobis tante dignitatis
tante glorie ut subsequatur et dicat
sicut ego et tu unum sumus. O
gaudium o gaudium o gloriam o divitias
o superbiam

Habet enim sapiencia etiam sui ge
neris superbiam que dicit aucta sunt

divicie et gloria opes superbie et in
sania. quincipe est absurdius vivi deo
amare et non beatitudine. Beatum enim
vere et unice sed singulariter et perfecte
beatum qui vere et perfecte amant te nullo
autem et nullo modo beatus. beatum enim
dixerunt quidam cui habet sunt sed veri
tatem quia solus beatus tu es et dominus
deus eius. Quid est enim beatum esse nisi
non velle nisi bonum et omnia habere
quecumque vult. te igitur velle et vehe
menter velle quod est amare et singula
amare qui amaris cum nulla alia
qua amo re sive spirituali sive terrestri
sive celesti que non amet pro te. hoc
demum est non velle nisi bonum hoc
est habere quecumque vult omnia quia
si te quis in quantum amat te. et a
more et beatitudine unum intelligimus
quod vere domino est salus et super populum
tuum benedictio tua. Ideo actiones
nostras vota et sacrificia et omnia nostra
offerimus tibi pater assidue per dominum
nostrum Ihesum cristum filium tuum cre
dentes et intelligentes ex te et a te
et ad te per ipsum nobis esse quicquid
nobis bene est a quo habemus ipsum
esse que omnia per subministracionem sancti
spiritus habitantis in nobis credimus et in
telligimus quantum intelligere habemus
qui ut dictum est conformitas sibi et
unicus spiritus noster spirat in nobis
quod vult quomodo vult quantum vult
cuius sumus factura creati in operibus
bonis existens sanctificacio nostra insti
ficamus vita amor noster ipse enim est
amor noster quo ad te attingimus quo
te amplectimur. alioquin incomprehen
sibilis esse videris anime te amanti
licet enim nullus sensus cuiusque anime
vel spiritus te comprehendat cum totum
te quantus es comprehendit amor
amantis qui totum te amat quantus
es si tamen est totitas ubi non est
particularitas si quantitas ubi non est
tantitas si est comprehensibilitas ubi
hec omnia non sunt sed tu te amas

afficitur quod spiritus noster spiritui tuo
sancto per quem habitantem in nobis
caritatem dei habemus in cordibus
nostris. cum ergo amor tuus amor
patris ad filium amor filii ad patrem
spiritus sanctus habitans in nobis ad te
est quod est id est amor omnem captivi
tatem syon id est anime nostre omnes
affectiones ad se convertentes et san
ctificamus amamus te vel tu amas
te in nobis tuo affectu. unum nos
in te efficies per unitatem tuam id est ip
sum spiritum sanctum tuum quem dedisti nobis
ut sicut non est aliud patri nosse fi
lium nisi hoc esse quod filius nec aliud
filio nosse patrem nisi hoc esse quod
est pater. unde in evangelio Nemo no
vit patrem nisi filius Nemo novit
filium nisi pater et sicut spiritui sancto nil
aliud est nosse vel comprehendere
patrem et filium quam hoc esse quod est
pater et filius Ita nobis qui ad ymaginem
tuam conditi sumus et ad illam
per adam inveterati per cristum ad
illam renovamur de die in diem
amantibus deum nil sit aliud amare
et timere deum et mandata eius ob
servare quam esse et unum cum deo esse
Deum enim timere et mandata eius
custodire hoc est omnis homo adora
de tremende benedictionis da eum nobis
emitte nobis spiritum tuum et creabuntur et
renovabis faciem terre Nam enim in diluvio
aquarum multarum in perturbacione
et confusione affectionum tam diversa
ad eum approximabunt Iam satis
cathaclisimus iste pena filiorum ade
ad hunc spiritum super terram recedat mare
recedit antique dampnacionis salsugo
et appareat arida siciens veniat co
lumba spiritus sancti expulso teterrimo
corvo alite et cadaveribus suis incu
bente veniat illa que columba
ramo olive refectionis et luminis pa
cem annuncians. sanctificet nos sancti
tas et sanctificacio tua et deo qui
est caritas velud cognata quadam
affinitate per caritatis nomine so
ciemur per virtute nominis vniamur

Sed interest domine quomodo quis
te amat multi enim ut ait quidam a te
illuminati amant veritatem lucentem
sed non amant redarguentem. Iusti
ciam quoque multi colunt affectu a quo
procul sunt effectu approbantes eam et
amantes eam in seipsa et non exercentes
eam in seipsis. Verumquidem vere isti te amant
o vera iusticia deus. philosophi gentium iudi
orum olim eam coluerunt et affectu amo
ris et effectu operis intentius ut dicitur
de hiis ab hiis. Sed convincuntur iusticiam
non amasse qui non amaverunt
te a quo fons et origo in quem fi
nis et recursus vere iusticie et sine
quo omnes iusticie sunt tamquam
pannus menstruate. Non enim habebant
fidem que per dilectionem operatur
licet affectatam quendam amorem
et opera quedam haberent honestis
que quia ex fonte vere iusticie non
prodibant tanto desperatius errabant
quanto fortius extra viam currebant.
Via enim pater christus tuus est qui dicit
ego sum via et veritas et vita.
Veritas ergo tua vel vita ad
quam itur per quam itur viam
et simpliciter nobis describit formam
divine et vere perfectionis dicens ad discipulos
Sicut dilexit me pater et ego dilexi
vos manete in dilectione mea. Si
precepta mea servaveritis manebitis in
dilectione mea sicut ego precepta patris
mei servavi et mansi in dilectione
eius. Ecce dilectus dilecti sicut in pro
logo tuum pater diligit filium et filius
manet in dilectione patris usque ad ple
nam mandatorum eius observacionem.
Rursus quoque dilectus discipulus diligit
magistrum christum usque ad observacionem
omnium eius mandatorum et usque ad mor
tis necessitatem in illuminacione amoris
et veritatis eius relictis omnibus et
ydoneis ad bonum et pravis ad ma
lum et inter utrumque mediis be
ne utens in bono quod proprium est
christiane veritatis. Est enim totus sicut
ante dictum est bonus usus libere vo
luntatis opus vero virtutis qui bonis
illarum repulsis quibus etiam male uti
possimus. Ex quo necessaria sit caritas

Necessaria sit caritas

docemur amare proximum secundum
legem caritatis primitus ut sic deus
non nisi seipsum amat in nobis ipse
amare diligimus in nobis ita et pro
ximum sicut nos incipiamus amare
in quo solum domine amamus sic
in nobis ipsis. Sed ut quid domine tot
verba sed nuda est domine gelida
et algens anima mea misera et de
siderans calefieri tui amoris calore
desiderat vestem non habens panniculos
hos undecumque collectos centho
et consuo ad contegendam nuditatem
meam et non ut sapiens illa sareptana
duo ligna sed surculos istos in mu
tos deserti mei vastitate de cordis
mei spaciosa colligo vanitate ut
aliquando ingrediar in tabernaculum do
mus mei et faciam michi de pugillo
farine et de ydria olei ut come
dam et moriar vel non tam cito
moriar sed vivam ut enarrem opera
domini stans igitur in domo solitudinis
quam onager sortitus est et tabernacula
eius in terra salsuginis et attrahens
ventum amoris mei. Os meum ape
rio ad te domine et attraho spiritum et non
unquam quam clausis oculis ad te inhians ante
intimo in os cordis quod non licet
michi scire quid sit. Saporem quidem
sencio dulcedinis adeo confortantem
ut si perficeretur in me nichil ultra quererem
Sed cum nullo corporis usu nullo
anime sensu nullo spiritus intellectu
advertere intellectum nec permittis. Cum
accepero tenere et ruminare volo et
diiudicare eius saporem sed statim
transit deglucio quidem illud quoniam
illud est in spem vite eterne sed operantis
tamen eius virtutem domine ruminando
omnibus anime mee venis et medul
lis quam vitalem quendam succum
optabam transfundere ut ab omnibus
aliis affectionibus dissipet et illud so
lum semper faceret sapere sed festinat
transire et cum de visitacione eius vel
accepcione vel usu formata quedam
lineamenta memorie gestio ardenter
impressa committere vel etiam memoriam
labilem scripto iuvare et experimento

tegeo dicit quid illud sit quod in corde
dicit de spiritu et nescis unde veniat aut
quo vadat/ quecumque enim quod quam
quosdam liniamentorum figuras comendare
animi memorie quorum quidem quodam
reductum cum nolim illuc me recoli
gam ac per hoc subesse michi velim
posse quocienscumque voluero audies
a domino spiritus ubi vult spirat anima
illa et senciens eciam in me quia non
quod ego volo sed quando ipse vult spi
rat anima illa inferiora mortua inve
nio et insipida et ad te solum levavi
oculos fons vite et in solo tuo
lumine videbo lumen/ ad te igitur domine
ad te sunt et sint oculi mei ad te intendant
de te proficiant omnes anime mee
profectus et cum defecerit virtus mea que
nulla est post te anhelent animi defe
ctus eius Sed interim quam diu
miseriam amplectaris et anhelam post te
animam meam protegis absconde me
obsecro in abscondito faciei tue a
conturbacione hominum protege me in
tabernaculo tuo a contradiccione lin
guarum sed iam a sensu renotat puncti
perstrepunt/

Nunc ergo domine plena te de
num celo omnia te omnium principium
et sapienciam qua sapiens est que
cumque aliud sapiens est et ipsum domino
quo beati sunt te verum deum colo
adoro benedico te ex toto corde meo
et ex tota anima mea et ex omnibus
viribus meis vel amo vel amare de
sidero Quisquis angelorum vel ho
minum spirituum te diligit scio quia
et me diligunt diligentem se in te/ quis
quis ipse manet et potest sentire preces
vel affecciones humanas scio quod in
te me exaudiet in quo et ego eorum
gloriam congratulor quisquis te et bonum
summum vite mee admittat nec michi
in precatoribus potest invidere Solius
enim apostate spiritus est malum miseria
sua facere leticia nostrum bonum suum
dampnum/ nimirum quia quoniam omni
bono et a beatitudine lapsus non
est subditus veritati privato suo gau
dens et communi omnium adiens bonum
Te igitur deum patrem quo creatore vivimus

te sapienciam patris per quam refor
mati sapienter tibi vivimus te
spiritus sancte per quem et quo diligen
tes beate vivimus et beatissime vi
vemus unum substancie trinitatem
unum deum a quo sumus a quo
peccando discedimus tibi dissimiles
facti sumus a quo perire non per
missi sumus principium ad quod
recurrimus forma quam sequimur
gracia reconciliamur adoramus
et benedicimus tibi gloria in secula

Ars artium ars amoris cuius
magisterium ipsa sibi retinuit
natura et deus auctor na
ture ipse enim amor a creatore in
ditus nisi naturalis eius ingenuitas
adulterinis aliquibus affectibus
impedita fuit ipse magister se docet sed
docibiles sui docibiles dei est enim
amor vis anime naturalis quodam
pondere preferens eam in locum vel
finem suum Omnis enim creatura
sive spiritualis sive corporea certum
habet locum quo naturaliter fertur et na
turale quoddam pondus quo fer
tur/ pondus enim ut ait quidam vere
philosophus non semper fertur ad yma sed
ignem sursum aquam deorsum
corpus deorsum et sit deorsum
Adam et hominem pondus agit suum
naturaliter spiritum ferens sursum corpus
deorsum utrumque in locum suum
vel finem Omnis enim corporis locus
terra in quo est et in terram rever
teris de spiritu vero in libro sapiencie
et revertetur inquit spiritus ad eum
qui creavit eum vide hominem
dissolutum quo totus pondere fer
tur res bene et ordine suo pro
cedit/ spiritus redit ad eum qui cre
avit illum corpus ad terram nec
ad terram solum sed in elementa
ex quibus compactum est et formatum
elementum enim quoddam terra quoddam
aqua quoddam aer sibi vendicet
cum naturalis compaccionis naturalis
sit dissolutio pondere suo unumquodque
recurrerit electum et tunc plena
facta est dissolucio cum horum omnium
in locum suum facta fuerit restitucio

que utrumque corruptio vel putredo
et non passivus ut dictum est resolutio
melius notanda sic indicet qui
vult et cum horum nihil a tramite sue
nature aberret sola misera anima et
degener spiritus cum per se naturaliter cum sic
dit peccati vitio corrupta nescit/ ne
sciat vel difficile discit ad suum redire
principium/ naturali quidem pondere suo semp-
er impellitur. cum beatitudinem deside-
rat beatitudinem summat non nisi
beatus esse querit/ beatus autem ille et
non alius cuius est dominus deus
eius sed beatitudinem querens non
in regione sua nec in via sua lon-
ge aberrat a naturali intentione sua
Ideo quod amissa doctrina sua naturali
opus est iam doctorem hominem qui
de beatitudine que naturaliter docetur
amando doceat admonendo ubi
et quomodo in qua regione et qua
via queratur/ Amor ergo ut dictum
est ab auctore nature naturaliter est hu-
mane anime inditus sed postquam
legem dei amisit ab homine est
docendus/ non quod autem docendus ut
sit tamquam qui non sit sed ut pur-
getur et quomodo purgetur et ut
proficiat et quomodo proficiat ut solidetur
et qua solidetur docendus est/ Veraz
et fedus amor carnalis feditatis
sue olim habuit magistros in eo quod cor-
rupti erant et corrumpebant cetera
prosperitates ut abipsis feditatis ama-
toribus et sociis doctor artis ama-
torie recantare cogeretur quod tempera-
tius cantaverat et de amoris scri-
bere remedio qui de amoris carna-
lis scripserat incendio qui in amo-
ris incentivo vel vetera quedam per
que dam primitus extollendo vel in
nova inveniendo toto se effundebat
ingenio non utique carnalis amoris
fervorem nutriebat ille doctor qui
tam in docendis quam in eo qui do-
cebat sine quovis rationis tem-
peramento naturali quodam igne estua-
bat pro naturalem eius vim indisciplinatis
quibus scilicet discipulis in quandam
erudiebat lasciviam In illis enim pro-
nis et necnon hominibus et superfluenti
carnalis concupiscentie vitio totus
depereat ordo nature/ quippe cum
debitas nature ordine spiritus cor-
porali pondere amoris scilicet suo vel sur-
sum ferri et redire ad deum debet
qui creavit cum carnis blandiatur
illecebris non intellexit et compara-
tus est iumentis insipientibus et
similis factus est illis facti quod sunt
de quibus dicitur non permanebit
spiritus meus in hominibus istis quia
caro sunt/ In quorum persona factum
est inquid cor meum tamquam cera
liquescens in medio ventris mei
In angustia quippe corporis perte
cor locatum est ubi quasi medium su-
periorum sensuum arcem et corporis
inferiora sicut populi humiliores quasi
quandam reget et disponet rem publi-
cam totamque eorumque cogitationum
et affectuum regionem ad concupiscentie
carnalis ignem de gratie quadam
mollitiem liquescens totum defluxit
in ventrem et in medium ventris vide-
licet non sapiens ea que ventris sunt
et de ventre in ventrem inferiora
omnia confundens anima degenerans
omnia adulterans amoris naturalis af-
fectum pervertens in brutum quem-
dam carnis appetitum non solum quod
non licet appetentem cum totius ani-
lis corporis in passionibus ignominie
sed a deo oblitum sue antique ge-
neositatis ut qui creatus erat deo
soli a corruptis et corruptoribus suis
estimetur esse passivus hominis naturale de-
micilium et vitiorum cum prostibulum
Infelices qui tantum natura recla-
mante sibi usurpaverunt ut anime
sue locum qui proprius dei creatoris
erat et nulli creature communicabilis
sedem sathane sedem spiritualium
et omnis immunditie constituerunt
Aucturi igitur de amore prout
ipse dederit cuius amori opus

ipsius sudat intentio primum quam
a primordiis ipsius narrationis
senem inchoantes quam succedentes
sibi etates profectum eius processum
ordinavimus usque ad senectutem uberem
que non est plena senilis doloris
sed plena nunc uberibus. Sicut enim
etatum incrementum vel decrementum
puer mutatur in iuvenem iuvenis
in virum vir in senem secundum
qualitatum mutationes etiam etatum
nomina mutantes. sic secundum virtutum
profectum voluntas crescit in amorem
amor in caritatem caritas in sa
pientiam. Nec debet latere de amore
de quo agimus quibus ortus sit
natalibus qua nobilitatis linea insi
gnibus habeatur vel quo oriundus sit loco.
Primum quia nativitatis eius locus deus
est. Ibi natus ibi alitus ibi provectus
ibi civis non advena sed indigena.
A deo enim solo amor datur et in
ipso manet quia nulli nisi ipsi et
propter ipsum debetur. Porro si de nata
libus eius agitur cum trinitas ho
minem crearet ad ymaginem suam quan
dam in eo formavit trinitatis simi
litudinem in qua et ymago trinitatis
creatricis reluceret et per quam novus
ille mundi incola sicut naturaliter ad
simile recurrente principio suo creatori
suo deo indissolubiliter inhereret si vel
let ne multiplicia creaturarum varie
tate illata abstracta creata distracta
illa trinitatis inferior a summe
creatricis unitate recederet. Et enim cum
in faciem novi hominis spiraculum
vite spiritualem vim id est intellectualem
quod consonat et spiratio et spira
culum et vitalem id est animalem quod
consonat nomen vite infudit et
infundendo creavit in eius quandam
quadam arte vestrum memorialem
collocavit ut creatoris semper pote
ntiam et bonitatem semper vite me
moraret. Statimque et sine aliquo
more interstitio memoria de se

genuit racionem et memoria et
racio de se protulerunt volun
tatem memoria quippe habet et con
tinet quo tendendum sit voluntas
tendit et hec tria cum unum quoddam
sint. Sed tres efficacie sicut in
illa summa trinitate una est
substantia tres persone in qua trinitate
sicut pater genitor filius genitus
et ab utroque spiritus sanctus sic ex
memoria racio gignitur et ex me
moria et racione voluntas procedit.
Ut ergo deo inhereat creata in ho
mine racionalis anima memoriam
sibi vendicat pater racionem filius vo
luntatem ab utroque spiritus sanctus.
Ecce quibus orta est natalibus vo
luntas cuius nativitatis cuiusque
adopcionis cuiusque dignitatis cuiusque
nobilitatis que cum preveniente et co
operante gratia spiritui ipsi sancto qui
patris et filii amor est et voluntas
bono sui assensu incipit inherere
et vehementer volendo amor efficitur.
Nichil enim aliud est amor quam vehe
mens in bono voluntas. Porro se
enim voluntas supplex affectus
sit humano anime rationali inditus
ut sit capax tam boni quam mali bo
no resplendens cum adiuvatur a gratia
malo cum dimissus deficit in se
metipso. Nec enim a creatore aliquid
deesset anime humane libera
in utramque partem data est ei vo
luntas que cum adiuvanti con
cordat gratie virtutis accipit profectum
ut notum. Cum dimissa sibi secundum
se ipsam frui vult sui in se ipsa patitur
defectum et quot vitia tot vici
orum sortitur nomina cupiditatis
avaricie luxurie et alia huiusmodi.
Primo itaque profectu suo volun
tas quam antiqui pitagorice littere
bivio constituta est si secundum dig
nitatem natalium suorum erigitur
in amorem secundum naturalem virtu
tum suarum ordinem de amore
ut dictum est in caritatem de ca
ritate proficit in sapientiam. Sin

ante in illo ordinem sui iusta ta-
men ordinatione dei precipiti acta
ruina tenebris confusionis obru-
ta sepelitur in infernum viciorum
nisi a gratia ei fuerit subventum
Sed vero in yma in inferni relicta
sursum repente gressum attollere
et gratiam sequendo dignitatem et etate-
tem et adulta fuit in amorem
Iam michi iuventutis constituta
fortitudine a spiritu timoris quo ac-
tenus ut puer timebat penam in
spiritum pietatis incipit proficere in eum
a quo incipit iam nova gustare
gratiam pie iam incipiens amare
deum et colere de quo scriptum
est pietas est cultus. Hic ergo in
venis iuvenis non etatis sed vir-
tus spiritualem fortitudinem exercuit et
virtute intestina quibus insaniunt
qui corrumpunt qui in ymagine
prefiniunt quorundam spiritus ut spiritus be-
stiarum vel pecorum quorum carnes
iuxta prophetam ut carnes sunt asi-
norum multo magis eos qui in hoc
etate sunt amoris et spiritualibus
eius agunt incentivis in spiritual-
iuventutis fervore suo licet modo
insanire videatur cum obprobrii rebus e
in naturam si plus in deterius pos-
sunt proficere eius corruptores quam
in bonum veri amatores

Audi sanctam insaniam sine
mente inquid apostolus exce-
dimus deo sive sobrii nobis
sumus / Vis adhuc audire insa-
niam Si dimittis inquid pec-
catum dimitte / sin autem dele me
de libro vite. Vis aliam ipsius
audi apostoli optabam inquid
anathema esse pro fratribus meis
Non venit bene affectum sana
quid videtur insania cum impos-
sibile sit effectu here fixo in af-
fectu in Christo anathema velle
esse a Christo / Hec a sancti spiritus
adventum apostolorum fuit ebrietas
Hec pauli insania cum diceret
ad eum festus insanis paule

Numquid ne erat si insanie pronun-
ciabatur qui in ipso mortis per-
iculo ipsos iudices suos a quibus
pro Christo iudicabatur ad Christum
convertere nitebatur. Non hanc in-
saniam multe litere in eo faciebant
sicut dicebat veritatem intelligens
sed dissimulans sed ut dictum est
sancti spiritus ebrietas in qua et in
parvo et in magno similes eos
facere fieri gestiebat qui eum iudi-
cabant et ut ceteras obmittam que
maior que magis inopinata in-
sania quam hominem relicto seculo
desiderantem et ardentem inherere Christo
pro Christo rursum necesse abire
et caritatis fraterne inherere seculo re-
deunte in celum seinctipsum immer-
gere in seculum / Hic est vehementius
adolescentulus qui in mentis sue
excessu se nec sibi aliquid sentit sed
eum solum in quem totus excessit
hac insania insanierunt martires
inter tormenta videntes. Cur qui
non dicam quod in fervore lascivi suis
lascivis ut poeta dicebat Insanire
libet Hic ergo decet eminere fervor-
e iuvenilis et fervens religionis cur-
sus qui quamvis adhuc in hoc statu
nec habet nec habeat nec habere debe-
at secundum eum patrem rationis ferv-
orem cum noviciorum non decet ille mi-
sericordes in corpus discretiones et di-
strictiones dispensationes indulgentie
sive iudicio suo causa recusande sed
alterius a seipso in corpus rigida de-
bet esse censura et districta severitas
ad regentem vel consulentem ad pa-
ternam vel fraternam caritatem et pie-
tatem letus et obediens in omnibus
humilitas / si alterum desit vel in de-
side et tepide non spere cursus per-
severantiam vel in principio timeo
ruinam propter quod tota debet esse di-
strictio novicii stultum se in omnibus
facere et ex alieno pendere arbitrio ma-
iorumne si sermonem tenet scilicet de quo certum
fit quod a deo distat quod hominem docet
Ubi enim perfecti et obedienti non fa-
cile permittenda est indiscreti licentia

quamdiu manifeste quid Deus precipit
donec longa et paciens experiencia in
tellectui super hijs dabit auditum ad
eam ita maxime circa virtutem obe
diencia caritatis hec est voluntas
Dei et beneplacens et perfecte ad hec
autem obtinenda et conservanda toti
anima appetenda sunt presidia sedule
et longanimis orationis in qua tan
ta sit fides ut speret omnia tanta de
vocio inter Deum videatur cogitatur
tantus amor ut omnia que petit
in ipsa oratione se senciat obtinere
tam benigna humilitas ut in
omnibus non suam sed Dei in se vo
luntatem fieri preoptet studeat eciam
hec hic talis et amplectetur cordis
puritatem corporis mundiciam silencium
vel verborum moderacionem oculos et non
sublimes aures non prurientes
victum et sompnum salubrem et temperatum
faciat non impediat ullam operis die
tam manus continentes egressum
mittent non redeundo cordis prode la
scivientes sed leviter subridendo graviter
meditaciones spirituales et assiduas
opportunas lectiones et non tediosas
ad maiores subiectionem ad seniores re
verenciam ad iuniores dilectionem non deside
rare preesse amare subesse omnibus
cum quibus est velle prodesse non seve
ritate obruere non levitate exinanire in
vultu serenitatem in corde caritatem ha
bere dulcedinem in opere gravem hic eciam
locus est et tempus voluntatem am
putandi vicia omnia extirpandi vo
luntates frangendi ut ceteris non vo
luntatibus sed voluntatum simulacris
precisis et amputatis sicut adulterinis
quibusdam et sponte nascentibus ramu
sculis spes proficiendi augeatur natura
li et vere voluntarius

Ille enim non tam sunt voluntates
quam appetitus anime concupiscencia
scilicet carnalis concupiscencia oculorum
et ambicio seculi hic qui plus amat
plus curat hic labor hic opus est
multorum laborum maxime cum
tenus adhuc amor quod facit faciat

sed nesciat adhuc unde veniat aut quo
vadat et sic quicquid operetur affectibus
sicut cecus manibus qui manibus
quidem operatur sed nec manus videt qui
bus operatur nec opus quod operatur
sicut enim si videns quis in aliquod opus
erudiat non videntem trahit docet
firmat erigit et disponit in artem
cum agens suscepti operis sic enim per
omnia que super dicta sunt cecus
amor extrinsecus in conservanda vite
et morum format honestatem. Ceterum
vero interior hominis substancia longo di
sciplinae usu emollita plene poterit
imprimi et informari in eorum for
mam cum fructu pacatissimo operabitur
salutis tunc in re non in spe omnium
et similium percipit utilitatem quecumque
enim observanda tenuimus non dum
sunt in affectu sed desiderio et cenis
magisterio et de hijs omnibus humilitate
adhuc canticum ad Deum Concupivit
desiderare iusticiam tuam Sicut enim
supra dictum cecus adhuc non videat
oculis non cessat operari manus
ut qui perficere volt in magno fidelis
sit in minimo Et in eo quod cunpleat
quod conditoris largitate iam pre
rogatum licet usus pariter officium exhi
beat bone voluntatis in corpore scilicet ipso
faciat quod dicit Apostolus Humanum
dico propter infirmitatem carnis vestre
sicut enim exhibuistis membra vestra servire
immundicie ad immundiciam et iniqui
tati ad iniquitatem Jam nunc exhibete
membra vestra servire in sanctificacionem At
si dicat quis amor transierit in ca
ritatem cum anima perfectam suam
adeptam nunc interim accipite istud
Humanum sicut in tempore veteris
negligencie et peccati liberi fuistis iu
sticie in nullo in annibus autem
peccato exhibentes membrorum officium
ad hec iniquitatem sic amando exhi
beatis membra vestra servituti iusticie
in sanctificacionem In quo si fidelis ut
dictum est apparuerit incipiet in se
ipso experiri quod David dicit In no
mine tuo levabo manus meas Sic
adipe et pinguedine repleatur anima

prolog' de vita solitarie

Si enim spiritu facta carnis mortificaverit si demum in opere suo glorificaverit ex hoc anima adipe gratie et pinguedine sancti spiritus repleta renovari incipit spiritu mentis sue et induere novum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Ex hoc enim iam interna facies incipit appetere carismata meliora in quorum emulacione acrius laborat et familiarius ei apperere corpus sanctis humiliatum disciplinis ex consuetudine iam bona in spontaneum spiritus servicium transire. Non habens interior facies de die in diem renovari et usque ad speculanda dei bona revelari. Iam frequentes et in premisse theophanie et sanctorum splendores animam continuo laborantem desiderio incipiunt renocillare et illustrare quia sapiencia currens in viis hilarit sicut dicit Job abscondit lumen in manibus et precepit ei ut rursus adveniret et annunciet de ea amico suo quod possessio eius sit et ad eam possit ascendere. Ex hoc quo iam diu laborantis anima insolitas quasdam et dulces affectiunculas incipit colligere in quibus tenere requiescit. Cum assunt cruciatur cum auferuntur et non redeunt ad votum. Sicut enim virum cum lauta et naturalibus asperata cibariis cum affectiones has quas dixerim quas in primo ingressu aule regie cepit degustare non numquam ignominiose depulsa violenter expulsa in domum paupertatis sue vix ultra redire acquiescit et frequenter ad januam recurrens importuna improba et anxia sicut in opere suo indita sperans suspirans respiciat si quid sibi porrigatur si quid appareat et aliquid improbitate et importunitate sua sic evincit omnia obstacula et transgreditur ut usque ad maiorem sapientie mensam precipiti concupiscibilis desiderio in sapientie mensam et illius reponenda assideat conviva et audiat comedite amici et inebriamini karissimi

Sed hec initia scilicet sancte paupertatis amor latendi studium secularium distractionum cautius usus psalmodia frequens sed grave nisi impediatur assessat temptacionis impedimentum quod multorum cursum usque hunc per spiritum et felicissimum et gravius retardet vel retro nunquam in quandam torporis ignaviam reflectat cumulat enim quod enim a pio patre accipit numquam in vita desinat sic incipit here qua sufficiat et hic proficiendi metam constituens ubi desinit proficere ibi incipit deficere. Quin etiam conculcans gratiam dei et iam de ipsa contradictionis spiritum fieri fabricans fiduciam vel in ore vel in corde iactat se non usquequaque adeo delictum tacitens sibi indicium inadvertans et libens quotiens visitacionis et consolacionis a deo accipit gratiam et inde non in deum sed in voluntatem suarum execucionum presumit fiduciam. Inimici domini ut propheta mentiti sunt ei et cetera. In sequentibus cibavit illos ex adipe frumenti et de petra melle saturavit eos. Audi cibatos et audi inimicos audi non solum frumentum sed adipem frumenti non petram sed mel de petra occultam scilicet et divinam sacramentorum et gratiarum de qua saturari debent perhibentur qui et inimici conminantur quod si non fuissent inimici non potuisset tam cito saturari. Qui enim saturatus est non plus petit quam accipit quia plenus est et quod habet ei satis est. Hec est per primam illuminatorum ut ait apostolus per gustum doni celestis post participacionem spiritus sancti per gaudium inchoationis verbi dei virtutumque seculi futuri voluntarie peccando post acceptam noticiam veritatis. Rursum fieri incipiens filium dei crucifigendo conculcare et sanguinem testamenti pollutum ducere in quo sanctificati sunt et spiritui gratie contumeliam facere. Quid enim est aliud filium dei crucifigere quam facere mala ut veniant bona / confidere peccare cum cristi quinque peccat

inponere O si audiant quod sequitur
Terra sepe super venientem imbrem
bibens et generans herbam aptam il-
lis a quibus colitur accipit bene
dictionem a deo / proferens autem spi
nas et tribulos reproba est et male
dictioni proxima cuius finis est in com
bustionem Sed redeamus ad meliora
ut ait ipse apostolus et viciniora saluti
ergo spei bone nunc eius deus
inveniente incipit letificare si crescere
incipit in virum perfectum in mensura
etatis plenitudinis cristi Iam amor
incipit confortari et illuminari et transi
re in affectum et nomen maioris vir
tutis et amplioris dignitatis amor
quippe illuminatus karitas est amor
in deo a deo ad deum Caritas autem
deus est deus inquid caritas bre
nis laus sed concludens omnia quecumque
de deo potest dici et de caritate sic tamen
ut considerata secundum naturam doni et
dantis in dante nomen sit vere in da
to qualitatis Sed per emphasim
donum eciam caritatis deus dicitur In
eo super omnes virtutes famam eius
non nominum eam hic vidimus eam
Apostolus cum uvant qui excellentiorem
viam eam appellans in laudem eius
totum se effundit dicens et adhuc excel
lentiorem viam vobis demonstro Si lin
guis hominum loquar et angelorum ca
ritatem autem non habeam factus sum ve
lud es sonans aut cimbalum tinniens
et si habuero prophetiam et sciam noverim
misteria omnia et omnem scientiam et
si habuero omnem fidem ita ut mon
tes transferam caritatem autem non
habeam nichil sum Et si distribuero in
cibos pauperum omnes facultates
meas et tradidero corpus meum ita ut
ardeam karitatem autem non habeam nil
michi prodest Caritas paciens est be
nigna est non emulatur non agit per
peram non est ambiciosa non querit
que sua non sunt non inflatur non
irritatur non cogitat malum non
gaudet super iniquitatem congaudet
autem veritati omnia suffert omnia
credit omnia sperat omnia sustinet
caritas numquam excidit sine p nunc autem
manent spes fides caritas hec autem

maior est horum caritas hoc est iugum
domini suave et onus eius leve
Evangelii suave eius quibus dicat
ipse dominus Iam non dicam vos ser
vos sed amicos iugum enim prius por
tare non poterant precepta legis
postea levia sunt precepta ewangelii
per comparantem gratiam / qui prius non
poterant implere nam occidas postea
leve est pro fratribus animam ponere
et sic de reliquis sicut iuvencto in
ponitur onus quod et refugit quasi
importabile adiungitur quadriga
volubilis i. ewangelium discurrens
per totum mundum et onus quod
quasi grave refugiebat primum per gratiam
sine labore trahit duplicatum Sic
avicula que in plumis est et sine
alis se ipsam non potest portare pon
dere plumarum et alarum addito
iam advolat sine labore Sic et pa
nis durus qui tussie non potest adiectione
lactis vel alterius liquoris tolerabi
lis fit in gutture Amor ergo prius
habuit conatum et aliquem affectum
caritas vilefacta est iam cum tanto
levius operatur opus caritatis quanto
adiuvat illuminantis oculus primum
quod operatur per manum deinde
manum tergimus oculum Unde
dicit a mandatis tuis intellexi
Iam enim incipit opera sua intelligere
et affectiones discernere Iam sic affi
citur virtutibus ut sicut deo hoc est
esse quod bonum esse Sic iam iuste
et sancte anime non aliud sit esse
quam iuste et sancte et pie esse sancte
in semetipsa iuste ad omnes pie
ad deum Eo augmento enim gra
tie dei sic inficit iustam animam
iustus affectus ut iam in nulla
parte sui vel cogitativum vel affe
ctivum vel activum sciat vel possit
esse nisi iusta in toto suo in omni
eo quod est iusticie plene et indisso
lubiliter affecta Unde dicit Apostolus
Caritas nunquam excidit aliquando
quando titubat vel deviat affectionis
vel operis affectus quamdiu in hac
vita non potest videre karitas nisi experte

et per speculum in enigmate sed in
tegre cum semper et solidus in sua
virtute simul permanet affectus
Aliud quippe est affectus. Aliud
affectio. Affectus est qui in anima
li quadam potens et perpetua qua
dam virtute firma et stabili vite pos
sidet quam per graciam obtinuit. Affe
ctiones vero sunt quas varias varie
rerum et temporum affert eventus. Infirmi
tas enim carnis ex vitio prime origi
nis sepe offendit sepe cadit sepe
ledit graviter et ledit mente interius
dolente et paciente pocius quam agen
te quod peccatum foris geritur nec
tamen caritate perdente sed ex carita
te gemente et clamante ad deum
Infelix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius ut dicit apostolus
Ergo inquid mente servio legi dei
carne autem legi peccati. Et cum sum
non ego operor sed quod habitat
in me peccatum. Ita quod quis ille est sic
dicat beatus Johannes sum hoc quod
natus est ex deo id est secundum interiorem
hominis naturam omnino non peccat. Iniqui
tatem peccati quod corpus mortis foris
operatur odit pocius quam approbat
semine spiritualis nativitatis quo ex
deo natus est interius conservante.
Et si interim aliquando in cur
sum peccati leditur et atteritur radice
causa caritatis in altum defixa non
perit ymmo statim fecundius et vi
vacius convalescit in spe boni fru
ctus et surgit. Dicit enim beatus Jo
hannes. Omnis enim qui natus est ex
deo peccatum non facit quoniam semen ipsius
in eo manet et non potest peccare quoniam
ex deo natus est. Tranda vis v
borum non inquid peccatum facit quod
patitur pocius quam facit qui natus
est ex deo et non potest peccare perse
verando. Sed in peccato dum legi dei
cum mente servit et carnem festinat
sibi ire que temptatione et peccato
nitente legi peccati videbatur servire.
Petrus cum peccavit caritatem
non amisit quia peccavit pocius
in veritatem quam caritatem cum eius
se non esse mentitus est more cuius

totus erat in corde. Ideo quod negator
veritatis continuo lacrimis lavit pi
tas caritatis. Sic et David cum pe
ccavit caritatem non perdidit sed obstu
puit quodam modo in eo ad vehementem
temptationis ictum et caritatis in
eo nequaquam facta est oblicio sed quasi
quedam soporacio que mox ut ad vo
cem arguentis prophete evigilavit
et continua in illa ardentissime ca
ritatis confessione erupit. Domine
peccavi domino, et continuo audire
meruit dicens transtuli a te peccatum tuum
non morieris. Adhuc in laude cari
tatis amor in fide et spe caritas
in scriptura est et per scripturam potest esse etiam
ut fides et spes sint sine caritate. Ut
ante caritas fidem et spem non
contineat non potest esse fides enim quod
amatur esse asserit spes promittit.
Amat igitur qui in fide et spe amat
sicut amari potest quod creditur cum et
speratur caritas creditum et speratum
iam scilicet iam tenet iam complectitur.
Amor igitur fidei et spei deum vide[re]
considerat quia amat caritas quod
videt amat. Ipsa enim est oculus quo
videtur deus scilicet enim animas sensus suos
scilicet visum [visum] suum vel oculum quo
videt deum. Sicut enim corpus scilicet quinque
sensus quibus anime coniungitur ita
mediante sic et anima sensus quinque spirituales
scilicet quibus deo coniungitur mediante caritate.
Unde dicit apostolus Nolite conformari
huic seculo sed renovamini novitate
sensus vestri ut probetis que sit voluntas
dei bona et bene placens et perfecta.
Hic ostenditur quia per sensus corporis pe
ccatis sumus et huic seculo conformamur.
Per sensum vero mentis renovamur
in agnicione dei in novitate vite
secundum voluntatem et beneplacitum
dei. Quinque enim sunt corporis sensus a
nimales quibus anima corpus suum
sensificat nec inferiori incipiat ta
ctus gustus odoratus auditus et visus.
Similiter quinque sunt sensus spirituales
quibus caritas animam vivificat scilicet
amor carnalis parentum, amor socialis
et amor naturalis. Amor spiritualis amor
dei, per quos sensus corporis mediante vita
corporis anime coniungitur per quos scilicet

petrus peccando caritatem non amisit

sensus spiritualis mediante karita
te anima deo consociatur
Tactui comparatur amor parentum
quia affectus iste promptus omni
bus et quadam modo grossus et
palpabilis sic se omnibus naturali quo
dam occursu prebet et ingerit et effun
dere eum non posses eciam si velis
Tactus enim sensus est pocius corpa
lis qui ex quorumlibet corporum connectione
conficitur Si tamen vnum eorum aut
vtrumque viuat ut tactus esse possit
Sicut enim vbicumque corpus tamen non
potest esse sine tactu sic nec anima tua
sine hoc affectu propter quod in scripturis
amor ille non multum commendatur
immo nec minus coherceret dicente domino
Si quis non odit patrem et matrem non
potest meus esse discipulus Secundo
gustui comparatur amor socialis amor
fratrum amor sancte et katholice
ecclesie De quo scriptum est Ecce quam
bonum et quam iocundum habitare fratres in
vnum Quia sicut per gustum vita ad
ministratur corpori sic ille mandauit
dominus benedictionem et vitam vsque in seculum
Gustus eciam licet corporaliter exerceatur
saporem tamen interius generat
quo anima afficitur propter quod cor
poralis quidem est maxime hic sensus
sed tamen ex parte eciam aliqualiter anima
lis esse comprobatur sic et amor socialis
qui ex corporali cohabitacione in vnum
ex similitudine professionis ex vnitate
studiorum aliisque quibusque humanitatis causis
procedatur mutuisque officiis crescit maxime
animalis esse videtur sed tamen ex
magna parte eciam spiritualis est quia sicut
sapor est in gustu sic affectus fraterne
caritatis flagrat in affectu de quo
scriptum est Sicut vnguentum in capite
quod descendit in barbam barbam Aaron
Quod descendit in ora vestimenti eius sicut ros
hermon qui descendit in montem syon Ter
cio odori comparatur amor naturalis qui
naturaliter ex ipsius nature similitudine
et consorcio absque omni spe recompen
sacionis omnem hominem diligit qui
ex occultis nature recessibus veniens
et anime se ingerens nil humanum
ab eo pati sinitur esse alienum sensus autem
ille magis animalis esse videtur quam

corporalis id est adeatus quia ad attin
gendum inferius corpus nil agit pre
ter leuem instrumenti sui vaporis
attractum et licet haustus per corpus
animam tamen afficit non corpus
sic et amor naturalis magis spiritualis
esse videtur quam animalis quia propter
solum naturalis humanitatis respe
ctum non causa amicitie vel
societas nec aliqua in eo anima
necessitudo humanis modo consideratur
Quarto auditui comparatur amor
spiritualis Amor inimicorum auditus
enim nil interius id est intra corpus operatur
sed exterius quodam modo id est ad au
res pulsans animam euocat ut
excitet et audiat sic et amorem
inimicorum in corda nulla vis
nature nullius alicuius necessitu
dinis suscitat affectus sed sola
obediencia que per auditum significatur
Ideo quia amor ille spiritualis dicitur
Ideo eciam quia filii dei similitudinem
et in filiorum dei percipit dignitate di
cente domino Bene facite hiis
qui oderunt vos ut sitis filii patris
vestri qui in celis est Quinto vi
sui comparatur amor diuinus visus
enim principalis est sensus sicut
inter omnes affectiones principatum
obtinet amor diuinus Quod visui ocu
lorum ceteri sensus videre dicuntur
Sic quia ab amore diuino cetera
dicuntur amari que bene amantur
cum luce clarius constet nil
debere amari nisi propter deum nec
amari que propter aliud quod non amatur
sed id pocius vnde est quod amatur
A quo omnis paternitas in celo et
in terra nominatur visus vis quedam
est anime pura et potens Sic
amor diuinus potens est quia
magna operatur sed est purus quia
sicut ille ait nil inquinatum in eum
incurrit Non enim dignatur deus amari
cum alio cum aliqua re que propter
ipsum non amatur Visus inest vniuersi
corporis arte et insigni capitis
loco positus et secundum ipsius corporis
formam infra se et ordine et dignitate

et virtutis potentia omnia ceterorum sensuum
instrumenta ipsos quoque sensus quos ut
ita dicam animaliores propinquiores quoque
vel corporales remotiores. Sensus enim
omnium et ceteris inferior tactus et licet
communis esse videatur toti corpori tamen
propter manum est sic mens que caput
est anime et principale ipsius mentis sedes
esse debet amoris Dei ut sub esse habeat
et regat et illustret ceteros amores qui
sunt in eis quod abscondet a calore
et lumine eius quos spiritualiores habet
propinquiores quasi animaliores vel carna
liores remotiores cum diligeremus do
minum Deum nostrum ex toto corde nostro et
ex tota anima nostra et ex omnibus viribus
nostris et proximum nostrum sicut nos ipsos.
Visus ut dominus in digniori corporis
loco sedem habens etiam super ceteram a
nimalitatem virtutem acquirit mollire
videtur et mentis memorie quantum
prophetas et gestit imitari uno brevi mo
mento medium celi pervolans in ve
momenti puncto plurima terrarum
fastigia transvolans. Sic et illuminat
Amor Dei solam in anima terciam
sedem obtinens ad quandam divine po
tentie similitudinem cum prohibit
dum omnem creaturam angustam
et brevem immo nullam videre facit ad
comparacionem Dei dum confidit sua esse
omnia que patris sunt dum omnia
cooperantur in bonum dum sive Paulus
sive Cephas sive mors sive vita
sive omnia que eius sunt et fidelis
viri totus mundus divitiarum est.
[V]isus ergo ad videndum Deum naturale
lumen anime ab auctore na
ture creatus est caritas. Sunt
autem duo oculi in hoc visu ad lumen
quod Deus est videndum naturali quadam
intencione semper palpitantes: Amor et
ratio cum alter conatur sine altero
non adeo proficit cum invicem se
adiuvant multum possunt scilicet cum
unus oculus efficiuntur de quo dicit
sponsus in Canticis: Vulnerasti cor me
um o amica mea in uno oculorum
tuorum. In hac autem plurimum laborat
suo unusquisque modo quod alter

eorum. Idem ratio Deum videre non
potest nisi in eo quod non est; amor
autem non acquiescit requiescere nisi in
eo quod est. Quid est enim quod ra
tio omni conatu suo possit apprehen
dere vel invenire de quo dicere audeat
hoc est Deus meus. In tantum enim so
lummodo potest invenire quid est in quantum
invenit quid non est. Habet ratio quasdam
suos tramites certas et directas semi
tas quibus incedit. Amor autem
suo defectu plus proficit sua igno
rancia plus apprehendit. Ratio ergo
ab eo quod non est in id quod est
videtur proficere. Amor postponens quod
non est in eo quod est gaudet deficere.
Cum tamen ut diximus invicem se adiuvant
et ratio docet amorem et amor illumi
nat rationem et ratio cedit in affectum
amoris et amor acquiescit cohiberi
terminis rationis magnum quid possunt.
Sed quid est quod possunt? Sicut pro
ficiens in hoc et hoc discere non po
test nisi experiendo sic nec communicare
potest in corpore quia sicut dicitur nisi
pericia in gaudio eius non misce
bitur extraneus. Ratio maiorem habet sobrietatem
Amor beatitudinem. Inde quippe processit
et naliter in sinu spirat principium. Ex
hoc iam amarum suavitate hactenus
et deliciis amoris tenetur eum tam sed
et non omnino cum paterne pietatis
disciplinis attritam ex hoc iam vel
magis fortis ut mors dilectio pertransit
dulci amoris gladio ab amore et
affectu seculi sic occidens cum fundit
et interimens ut mors interimit corpus
in tantum ut dici possit de ea quod de
Enoch scilicet quia non invenitur in seculi actibus
quia tulit eum Deus sed morte
sua mortificatur ab omnibus suis sensibus
Anima autem morte sua plus proficit
magis vivificatur et roboratur in suis
fortiter et constanter et prudenter. Inter
Deus iam in semitis suis omnibus
et gressibus et quocumque hactenus
ignorando dubitando palpitando vix
audebat tendere pedem. Habet ascensus
fortitudo cum simplicis via domini

visus caritas compar

asilo ergo actibus et affectibus sic mor-
tificatus sicut ait apostolus michi mundus
mundo crucifixus est et ego mundo
Cum enim alter non curaret de altero
cum suis ligatis affectibus non pote-
rant vel curabant de se invicem cru-
cifixi erant mundus et paulus sed
tamen cum pauli conversacio tota esset
in celis non recusabat quamcumque
necessaria erat hominibus in terris propter
quod cum gemitu dicebat Cupio
dissolvi et esse cum cristo Multo enim
melius et deinde melius est esse cum cristo
esse enim cristum cum paulo sicut ipse
dixit Ecce ego vobiscum sum
usque ad consummacionem seculi Sic inquam
esse cristum cum paulo magna pau-
li securitas esse vero paulum cum cristo
vel hic per contemplacionem vel ibi per
beatitudinis fruicionem beata est gloriosa
pauli felicitas Caritas ergo dei sur-
sum eum attollebat caritas vero pro-
ximi infra eum premebat quasi a
collo dependens unde sequitur et dicit
permanere autem in carne necessarium
propter vos affectus ergo caritas deo
indissolubiliter inherens de vultu suo
omnia iudicia sua eius colliges
ut agat vel disponat exterius sicut
voluntas bona et beneplacens et
perfecta dictat ei intentus dulce licet
in vultum illum semper intendere et
sicut in libro vite legens in eo sibi
legere iubendi et intelligere illuminare
fidem roborare spem sustentare caritatem
Iam enim spiritus sciencie eiudens san-
ctam edocet animam quid quomodo sit
faciendum et spiritus fortitudinis vires vel
virtutes subministrat faciendi spiritus con-
silii disponit et cum ab animo illi
vacat deo inherere deo efficitur similis
per devocionis pietatem et voluntatis
unitatem cum vero ad homines et huma-
na redire compellitur a lege vultus
dei exhilaratam faciem in oleo cari-
tatis dei tam factis quam dictis et eciam
glorificacione quadam et gracia exte-
rioris hominis refert ad homines ipso
sue bonitatis quodam habitu et gra-
cia sibi eam exigit vel efficit apud eos

reverenciam ut eciam in promptu habeat
in quo voluerit eorum obedienciam
Nam et si ex occulto illo ad iudicia
delinquencium et corruptos mores
cecancium aliquid egreditur ex veritate
et severitate iudiciorum vultus dei
quasi cornuta apparet et terribilis ubi
visa fuerit a corrigendis secundum ipso
libilem veritatis legem omnia agi
et disponi in pondere et mensura
cedit caritati et ita illa caritatis
intelligitur disciplina Ideo tote in qui-
bus est spiritus vite semper eunt in
voluntatem domini nec revertuntur ad
faciendam suam Si iubentur preesse
presunt in solicitudine si iubentur
esse in humilitate si omnibus coesse
in caritate si prelati sunt sicut sunt
sicut patres ad filios Si subiecti ut filii
ad patres suos Si communes cum ser-
vos se faciunt omnibus ad omnes affectus
dulcis in bono consensus oris sub
in hilaritate conspiracio integra dispen-
sis in ostensione caritatis ad invicem
honoris invicem mutuus affectus cum ope
ad patres amor usque ad subieccionem
ad maiores reverencia usque ad servi-
tutem non que sua sunt querunt
sed que sunt aliorum et ad hec omnia
quecumque lex illa summa ordina-
verit facile habent et membra corporis
et bonam voluntatem commodare cum
spiritus sancti aura et pinguius acce-
perint servitutem istam creature et
membrorum suorum in brevem tran-
situram in adopcionem et revelacionem
filiorum dei

Ad veniamus ad illam quam
dicit apostolus societatem spiritus et
laudem discipline ad bonum
illud et iocundum cohabitacionis fra-
terne in unum ubi mandat dominus
benediccionem et vitam de quo dicit
dominus Nolite timere pusillus grex
quia placuit patri vestro dare vobis regnum
laus ergo huius discipline ab ipsis
sumpsit exordium qui sicut a domino
didicerant vel a spiritu sancto cum
virtute super ex alto fuerant induti
modum conviviendi sic sibi instituerunt

vt esset multitudinis cor vnum et
anima vna et omnia communia et
essent vnanimes semper in templo
hanc apostolice institutionis formulam
quidam emulantes non habent domos
nec diuiticula nisi domum dei do
mum orationis omnia quecumque
faciunt in nomine domini faciunt si(mul)
habitantes vno ordine vna lege vi
uentes nil habentes proprium nec ipsa
corpora sua nec voluntates in potestate
sua habentes simul dormiunt simul
surgunt simul orant simul psallunt
et legunt fixum et immobile proposi
tum cordis obedientie prelatis suis et po
testate eis propter vos peruigilantes pro eis
quasi rationem reddituri pro animabus
eorum De ipsa ipsis predicant quod in
Jeremia populo suo Godolias legitur
predicasse Ego pro vobis responde
bo Caldeis qui veniunt ad nos vos
autem colligite vindemiam vinum et o
leum in vasis vestris et habitate in
vrbibus vestris securi / risum quoque cor
dis sui et gaudium ysaac pro eis cot
tidie ymolantes filium libere filium re
promissionis reseruant et conseruant
ysmahel filium seruitutis eum propter
eos fructum negligunt suum et serui
endo ipsorum saluti actibus seruitu
ti eorum animos postponunt affectus
profectum suorum / ipsis vero profectum
predicantes sabbatum a curis secularia
necessitatum anxietatibus reddunt alie
nos / coactis eum in breuiori necessita
tibus ipsis ponuntur. vilitas in ve
stibus sobrietas in victu et ceteris
omnia pro ipse legis terminata limiti
bus ut nec plus habeant quam sibi
liceat habere et sufficiat omnibus nec plus
habere libeat si habent quod liceat habere
nunquam non ista est non celestis sed ter
restris paradisus Sed in ista paradiso
solis prelatis permittitur manducare
assidue de ligno scientie boni et mali
id est disputationum administrationis discretionis
de subiectis vero quorum est obedientie
non discretionis / si quis illud tetigerit
morte moriatur Quibus autem tempore

studeant orationis. silencio interiore cordis
loquuntur / loquuntur affectu Sensibus cor
poris quibus possunt exercitationibus olim ad
ditur cum mutuo licet plus ipsi mutuo
se excitent exemplo / honore et obsequio
inuicem preueniunt inuicem suscipientes
nullum inter se permittunt esse solitarium
ne dicatur ei salomon ve soli Solitarium
eum deputant qui in conscientia sua pro
confessionem non vult habere socium / vel quasi
nominis et solitariis adinuentionibus suis
conturbant societatem fraternam / sed quando
res exigit et permittitur de rebus anime
vel corporis inire colloquium sui ante
minimus / vbicunque silentium ad studium
orationis tanta tam continua vbique
deuotio ut locus ordinis omnis sicut
locus diuine demorationis. psalmodia
tam pia tam consona tam feruens
melodia ut vite et morum et bonorum
affectuum non muse sed caritatis regulis
melos compactum quandam similitudine
consonantie deo reputare et sacrificare
videantur in communibus pietatis studiis
in quodam etiam vultuum et corporum
et habitum gratia inuicem in seipsis bo
nitatis diuine videntes presentiam tanto
se affectu complecti ut sicut seraphim
in amorem dei alter ardeat ad alterum
Nec nullo modo satis esse possit defen
di. quotiens alter defert alteri / hec
est spiritualis caritatis schola hic est eius
studium. exercentur disputationes agi
tantur solutiones non ratiocinationibus
tam quantum ratione et ipsa rerum
veritate et experientia terminantur / hic qui
in proficiendo lapsus est si residet ad
sarcinas quas adhuc de suis et co
habitantium sarcinas necessitatibus secum
trahit non mouetur nec retro respicere
nec vltra procedere lege compellitur
et si fideliter residens hic sarcinas custo
dierit in triumpho victorie particeps
erit et dissimilis qui viceris pressit
nomine Laicus sarcinarum vbi patimur
eos qui per potentias nos ... opprimunt
quum corpus nostrum conculcates im
munitas super dorsum fabricantes

affectus quasi in medio cordis ample
xibus volucantes foris pugne intus
timoris cottidiana ymmo continua
omnium solicitudo Sed adhuc habet
ydituum quod transiliat/ adhuc secundus
restat via ascendenti in montem domini
et ad domum dei Jacob. Vltimus tamen
precedere phas non est cum sacrius
sed et senectuti sua debetur reverencia
Hoc enim iam senectus incipit
non annorum sed virtutum numero com
putata spiritualis maturitatem sapiencie
et requiem laborum quam eciam mili
cie finium. Suscipiens enim sapienciam
perficiendi iter perficiendum caritate
tamen non abiecit non deserit sed
prebuit/ sed tamen perfeccius licet ut di
ctum est/ sarcinas eius portare que
aliis iam intendens rebus parare
se et aptare conatur ad intrandum in
gaudium domini sui. Vadit ergo
quacumque et si quando aliquos sentat
labores sed laborum non amat sollici
tudinem vires quidem non destituit ad
portandum sed refugit impedimentum.
Excitatus ergo in hoc perficiendi gradu
deus et provocans sanctam animam
ad intrandum ut dictum est in gaudium
suum dicit diliges dominum deum tuum ex toto cor
de tuo et ex tota anima tua et ex omni virtute
tua et ex omni mente tua

Quatuor in deum a nobis et toti
exigunt affectus in eo quod dicit ex
toto corde tota sibi vendicat vo
luntatem in tota anima totum amorem
in omnibus viribus virtute designat ca
ritatis/ in tota mente fruicionem sapiencie
Primum enim ad deum voluntas animam
movet amor promovet caritas con
templatur sapiencia fruitur/ sapiencia vero
digne in mente constituitur que est ideo
mens dicitur quod meminit vel emi
net in anima. bene illi ascribitur virtuti
qui super omnes eminet anime virtutes.
Est enim mentis vis quedam qua inhe
rimus deo et fruimur/ fruicio autem hec
in sapore quodam divino est. Vnde et a
sapore sapiencia/ sapor autem iste in gu
stu quodam est. gustum autem istum di
vine nemo potest exprimere nec eciam qui
meretur gustare. Gustate et videte

quoniam suavis est dominus hoc gustu suo
Apostolus gustaverat dei verbum gustantium
eciam virtutes seculi venturi. Jam ergo
de gustu isto quo sapiencia sapit illud
in quo sapiencia sapit subtilius inqui
rendum est primum quod dicendum quia licet
per gradus ad arcem sapiencie vene
rit qui ascendit/ tamen volunt in omni
gradu usque ad ultimum sapiencia sic
ipsa dicit in libro suo salomonis Nisi que
rentes se quesisset et occurrisset in viis
ostendens se hylariter nec voluntas mo
visset nec amor promovisset nec caritas
contemplacio nec sapiencia perfruisset fruicio
Itaque sicut cepimus postquam de
gustu. Corpus cristi universa est ecclesia
tam veteris quam novi testamenti. In
huius corporis capite id est prima et anti
quiori et superiori parte que est primi
tiva quatuor sunt sensus visus
auditus odoratus et tactus. Oculi sunt
angeli propter contemplacionis vel subtili
tatem sublimitatem. Aures patriarche
propter obediencie virtutem. Nares vel odoratus
prophete sunt propter absencium noticiam.
Tactus vero communis est sensibus. Omnes hii
sensus ante mediatoris adventum in
pace erant sed langwebant inferior
corpore emortuo propter unius sensus ab
senciam id est gustus sine quo animaculo
nec anime corpus poterat nec sensus
viam vivacitatis obtinere. Principium enim
ad totius corporis spectat alimentum
cunctis sensibus universo corpori apparuit
supparuit convenire si solus gustus
deerit prodesse poterit. Gustum autem
quedam saporis sequitur dulcedo
quam in interiori suo senciens
anima modo quodam singulari et
ceteris sensibus incommunicabili que
suscipit discernit et diiudicat se
quod omnes sensus vegetat et confirmat
Gustus vero in capitis et corporis confinio
id est in gutture positus occultum
continens eum designat qui per
condicionem carnis paulominus est
minoratus ab angelis et moyse et
helya/ ceterisque patriarchis et prophetis
per exhibicionem paciencie et humilitatis

iniocem se quodammodo facit humili
orem cum illi potenti virtute dei
et suos prosternet inimicos. Ipse vo
sicos docet discipulos. Si quis per
cusserit te ad dexteram maxillam,
prebe ei et alteram. Hic enim post pro
phetas veniens et patriarchas
hunc quidem legis et gracie capitis
et pro corporis per ministeria humani
tatis sue passionis et resurrectionis
quecumque in lege et prophetis in psal
mis et ymnis salubria quecumque
corpori vitalia vel utilia quadam quodam
ipsius os degustans intelliges et pro
se intelligenda corpori traiciens homo
cristus interiori quodam divinitatis
sue sapore que sapiencia nobis fa
ctus est sapiencia dei cristus sapida
ea hic nobis quod facit sapida vel u
tilia in se eis conmenens et per se totum
corpus vegetans et confirmans
gaudium sibi gaudium angelis facit
de consummacione corporis gaudium
patriarchis et prophetis divisio est
dei sui sicut ipse dicit Abraham
pater vester exultavit ut videret meum
vidit et gavisus est. Gaudium unum
sed corpori et nichil ita ut quodam auctus
tripudio universali illo tactu spiritu
ali unificati et confirmati clamamus
et vidimus et audivimus et ma
nus nostre contrectaverunt de verbo vi
te. Ideo quod in omnibus oracionibus
nostris subicimus per cristum dominum
nostrum quia omnes oraciones nostras et
sacrificia ad deum patrem dirigimus
per eum sicut per mediatorem nostrum
vel quia quicquid speramus a patre lu
minum a quo omne datum optimum
et omne donum perfectum nos per aurem
non per nares sed per ipsum petimus
infundi os nostrum et gustum
et sapienciam nostram ut sumpti posset
esse proficuum. Hic est gustus quem
in cristo facit nobis spiritus intellectus
scilicet scripturarum et sacramentorum. Unde
cum post resurrectionem suam dominus disci

pulis suis apparuit tunc, inquid
ewangelista, apparuit illis sensum
ut intelligerent scripturas. Cum enim
scripturarum interiorem sensum et virtu
tem in misteriorum et sacramentorum dei
tempnimus non solum intelligere sed
quodam ut ita dicam experiencie
manu palpare et tractare, quod non
fit nisi quadam consciencie sensu et exp
periencie disciplina et intelligentis et
sencientis bonitatem dei et virtutem
qui potenti bonitate cum efficaci
virtute in filiis gracie opus ipsius
gracie operatur. Tunc demum sapiencia
quod suum est sequitur. Tunc quos di
gnos iudicat unccione sua docet
de omnibus tunc apposito bonitatis
sigillo dei omnia vestra peccata vel pa
ctata unccione illa emollita imp
mit et conformat et si qua dura
si qua rigida invenit conculcat
et infringit donec leticia salutaris
dei accepta et sapiencie spiritu princi
pali confirmata anima sancta le
ta ad deum decantet: Signatum
super nos lumen vultus tui domine,
deus, dedisti leticiam in corde meo. Vn
et dominus: Hec inquid est vita eterna
ut cognoscant te solum deum et quem
misisti Ihesum cristum. Beata sciencia
in qua continetur vita eterna. Vita
ista ex illo gustu quia gustare hoc est
intelligere ex hoc gustu per hunc
saporem minimus ille apostolorum saciatus
exhilaratus confirmatus: michi in
quid minimo omnium sanctorum data est
hec gracia in gentibus ewangelizare
investigabiles divicias cristi et
illuminare omnes que sit dispensacio
sacramenti absconditi a seculis in
deo qui omnia creavit ut innotescat
principibus et potestatibus in celesti
bus per ecclesiam multiformis sapiencie
dei secundum prefinicionem seculorum in
cristo Ihesu domino nostro in quo habemus
fiduciam et accessum in confidencia per
fidem eius. Et post pauca inquid hui
gracia flecta genua ad patrem domini nostri

Ihesu cristi ex quo omnis paternitas
in celo et in terra nominatur ut det
nobis secundum diuicias glorie sue vir
tutem roborari per spiritum eius in inte
riori homine habitare cristum per
fidem in cordibus uestris in caritate
radicati et fundati ut possitis com
prehendere que sit longitudo latitudo
et sublimitas et profundum libet hic
aduertere si forte in sensum apostolice sapiencie
aliquatenus penetrare possimus

Quatuor quatuor debemus
quia quatuor sunt in deo
potencia sapiencia caritas
et veritas uel eternitas quod unum
est nil enim vere est nisi quod im
mutabile est ad que duobus modis
respondere nos conuenit potencie
que potest punire sapiencie que nil
potest latere debemus timorem verum
a quem non impedit torpor secu
ritatis uel refugium simulacionis
simulacio est uel quando fingimus
laborem in precepto uel irraciona
bilem in sentenciam simulamus in deo
caritati et veritati debemus amo
rem verum a quem non impedit
tepor affectionis uel scrupulus su
spicionis caritati enim quid debetur
nisi caritas veritas uero caritatis
et caritas veritatis amorem remo
uet scrupulum suspicionis suspicio
autem dico ne non amet caritas
decipiat veritas ne desinat eternitas
Vnde apostolus vt possitis comprehendere
cum omnibus sanctis que sit latitudo
longitudo sublimitas et profundum
In sublimitate nota potenciam in
profundo sapienciam in latitudine ca
ritatem in longitudine eternitatem
siue veritatem et hec est cristo cristi
Et alibi idem apostolus exponens cur
deuenis summe in nobis sapiencie
virtutem propterea et ego inquid au
diens fidem vestram que est in deum
et in dileccionem in omnes sanctos no
cesso gracias agens pro nobis
memoriam vestri faciens in oracionibus

meis ut deus ipsius domini nostri Ihesu
cristi pater glorie det nobis spiritum
sapiencie et reuelacionis in agnicione
eius et illuminet oculos cordis ve
stratis que sit spes vocacionis eius
in sanctos qui diem glorie here
ditatis in sanctos et que supere
minens magnitudo virtutis eius qua
operatus est in cristo suscitans illud
a mortuis Cum ergo orante
apostolo et exaudiente deo datur
nobis spiritus sapiencie et reuelacionis
eius in agnicionem eius id est ut agno
scamus eum et sapiamus eum
uel sapiat ipse in nobis cum il
luminantur oculi nostri ut videamus
bonum et bona boni intelligamus
ad que nos trahit spes vocacionis
eius et diuicias glorie eternitatis
eius in sanctis in hijs omnibus
nobis bonitas uel benignitas
apparet illuminantis uel vocantis cum
vero ut sequamur vocantem eciam
virtus addit per ipsam experienciam
spiritus sapiencie reuelatur nobis qui
uel quam sit supereminens magnitudo
veritatis in nobis et hoc agitur
qui sic est ex gustu dicam conte
placionis pallato cordis sanato
omnia discernit omnia diiudicat
in auctore omnium bonorum cristo
Primo enim sapit sua ad deum co
uersio deinde peccatorum remissio
postmodum pro ira eius filij eciam
gracias multiplex augmentacio et
hec omnia non nisi per dominum nostrum
Ihesum cristum ipse enim est mediator
noster et sapiencia nostra eius quod
stultum est sapiencius est hominibus
Nam cum talibus bonitas dei
habundaret et afferret omnibus
nec esset qui reciperet uel staret recipe
uel recipere daret nec qui illuc posset
ascendere vbi dona hec distribuuntur
uel qui hinc posset deferre opus erat
inter mediatore nos et deum per
quem nos appropinquaremus deo et bo
det nobis Iuuit ergo consilium

tota trinitas. Consilium aliud de
quo propheta dicit consilium tuum an
tiquum verum fiat. videbat quippe
deus quantum ad hominem omnia
confusa omnia turbata nec stare
in loco suo / nec procedere ordine suo
videbat hominem abysso in regionem
dissimilitudinis tam longe ut per se
non posset nec sciret redire. Ange
lus enim presumpserat similitudinem
dei dicens ponam sedem meam
ad aquilonem et ero similis altissimo
homo similiter deus voluit cui per
suasum erat esse sicut dii. Ergo ne
inquit deus. filius meus splendor
glorie mee et figura substantie mee
in ipso mei similitudine tot emu
los habebit et pares et socios pre
cipitatus est uterque videns imago
dei. dei filius angelum et hominem
qui facti erant ad ipsam ymaginem
non tamen ex ipsa. ymago dei per
inordinatum ymaginis et similitu
dinis eius appetitum perisse. heu in
quid sola miseria caret invidia sed
subveniendum est ei cui subvenire non
prohibet iusticia. Exhibeo igitur me
homini hominem despectum et novissimum
virorum virum dolorum et scientem infir
mitatem et ut zelent et imitentur in
me humilitatem per quam perveniat
ad gloriam ad quam properare festinant
ut possit audire discite a me quia
mitis sum et humilis corde et
invenietis requiem animabus vestris

Accomodavit ergo se quodammodo
dei filius et aggressus est per
humilitatem recuperare eum qui
recuperari poterat qui per superbiam
perierat itaque inter deum et hominem
medium se faciens qui recedens a deo
captus et ligatus a dyabolo erat
hoc modo verum mediatorem et personis
et personam induit et actu factus est
ut homo egressa est virga de radice
yesse et flos de ra. e. as. et r. sup. e.
spiritus sanctus et r. s. t. d. Intellige
hic fortissimum agonitetham inim
quam tamquam ingressurum immungi
ad palestram oleo spiritus sancti et
exultantem gigantem ad currendam

viam dispensationis humane. Non
vere prophetam a superioribus cepisse
et descendisse ad inferiora quia me
diatoris annunciabat descensum verbum
vero per eosdem spiritus sancti gradus
eiusdem mediatoris dei et pressum
operis et ad inferiora investigatis
regressum ab inferioribus in timore
incipiunt. Christus ergo ad patrem
timorem habuit sed iustum et filialem
per quem in omnibus honorem eius
detulit dicens meus cibus est ut
faciam voluntatem patris mei qui
in celis est. Et in psalmo letetur cor meum
et timeat nomen tuum et cetera multa
in hunc modum per que et ecclesia et scripturam
videbatur abire humiliare neglige
ut opus quod per eum fecerat prius
sed perierat reparatum et novatum
ei posset consignare. hoc igitur modo
ad patrem mediator noster habuit timorem
quod sursum ad miseriam vero reco
cilians pietatem quod deorsum
ad utrumque vero sciam sciens quid
utrique esset exhibendum sed ad implendum
misterium mediationis sue. in patris
bona libere voluntate deorsum a
misericordia autem inferius latente libere
nichil. et libere aliquid ratio et ordo
mediationis requireret exegit ab eo
fidem prerogando pietatem qua
operatione nulla poterat esse validior
quia non fuerat difficile homini
misero ei se credere a quo se preventum
videbat pietate. sed et cum se ei cre
dere non posset in quo spem non haberet
cum fide etiam spem obtulit cum spe
etiam ad dei timorem sine quo spes
esse non poterat ne si deserveret a ti
more mediatore. Accepto itaque media
tor a deo suo tanto salutis pigno
re ad patrem regreditur sive cum in monte
solus ascendit orare vel cum factus
in agonia prolixius orabat cum san
guineo sudore pater inquid clarifica
filium tuum ut filius tuus clarifi
cet te. Ecce quid tibi en quid exhibeo
illi en quod a te habeo en quod ab
illo mediator quippe sum et in salute
videntur convenire mediationis mee rationes

De ypsa natura te

sed captus est et ligatus alligavit
eum fortis et nisi fortior eo superveni
ret non diripit vasa eius. Sed mit
te manum tuam de alto et eripe eum
de inimicis eius fortissimus in spiritu
fortitudinis fortitudo tua et virtus
tua. Ubi enim quid faciam. Moriar
innocens pro nocente et plus poterit
incomparabiliter bonitas mea quam hosti
lis malicia. Pena innocentie mee et
pena inobediencie humane. Et cla
rificavi inquid et iterum clarificabo
Iam fortissimo mediatori opus est
spiritus consilii quia si principes mundi
intellexissent numquam dominum glorie crucifixissent
Per omnia ergo virtutem et divinitatis
occultans et solam ei carnis infirmitatem
preferens per iusticiam mite sue impi
diam suscitavit hostilis nequicie. per
infirmitatem carnis sue spiritus illi con
tulit victoriam ad faciendam invidiam
accidentibus miraculis quibus reconcili
andi fidem in se roborabat deceptus
antiquus deceptor pena peccati mortem
fieri atrocissimam ei infixit qui nullo
erat peccato obnoxius. Occisus iustus
iniuste pro iusticia. nonam de inimico
obtinuit iusticiam mortis scilicet iniuste
sibi illate. Unam quam sibi necessaria
quia absque peccato erat ipse hominem peccatorem
communicans reum absolvit per penam
innocentie sue. Pacto quippe corpore suo
et sanguine in manu eius. Hoc inquit
manducata et bibe. Hunc tunc precium
reputans. En inquid pater meus sanguinis
precium. Si de precio huius requiris en
preco sanguinis meus domine pater dedisti
bonitatem et terra corporis mei dedit
fructum suum. Iam iusticia ante ipsum
ambulabit et tu pones in via sal
vationis humane pedes tuos ut et
iniusti iam salventur qui iuste perierant
tu domine fecisti directiones. ~~cordis~~
~~sanato omnia deserunt omnia dimi~~
~~cat in auctore cum bono Cristo~~ primo
cum ~~sapit sua ad deum conversio~~ de
~~inde peccatorum remissio post modum~~ pro
~~ira cum filii eramus [illegible]~~

~~multiplex inquietatio et hec omnia~~
~~non nisi per dominum nostrum Ihesum~~
~~Cristum ipse enim est mediator noster~~
~~et sapiencia nostra cum quod stultum~~
~~est sapiencius est hominibus nam cum~~
~~celitibus bonitas dei habundaret et~~
~~occurreret omnibus nec esset qui re~~
~~ciperet vel fuit rapere vel rapere de~~
~~beret nec qui illuc posset ascendere~~
~~ubi omnia hec disponuntur vel qui~~
~~hunc posset deferre opus erat inter~~
~~mediatore nobis et deum per quam~~
~~nos appropinquamus deo et bona dei~~
~~nobis~~ Sic nil defecit hoc dicit vere notandum
et iudicium et iusticiam Iacob tu fecisti
De fructu ergo huius operis sacia
tus homo mediante sapiencia
dei non reconsiliatur sed etiam
sapiens efficitur. Sapit enim quod mandu
cat et bibit corpus et sanguinem rede
ptoris sui. Manna celeste panem an
gelorum panem sapiencie et manducans
transformatur in naturam cibi quem man
ducavit. Cristi enim corpus manducare
nichil aliud est quam corpus Cristi effi
ci et templum spiritus sancti. Templum
ante hoc cum ornatum fuerit pre
ceptarum portione virtutum et super dicto
dedicandi ordine dedicatum nullos
ulterius alienos titulos potest suscipere
nullum habitatorem nisi deum qui eo
dedit illum et creavit. Nichil ergo
ultra circuitum illa anima nichil male
nichil corruptibile diligit aut curat
ex quo egressa est a loco sarcinarum
et si aliquo horum aliquando in transitu
utitur sed sibi dedignatur si quis in
huiusmodi semper prosperum eveniret
pertransit / non curabat si quid
adversi contigerit totum sapit quicquid
capit nec potest amanti nisi sapere
quicquid salvum contigerit. De Cristi
capite descendit quicquid ad corpus
spectat sive bonum sive malum. Foras
est nec potest pertingere ad eum qui intus
est. Unde apostolus in squalore corporis
latens et vinculis et quantum ad
corpus tribulatione conatus et mi
seria scribens discipulis Mittam
inquid ad vos Thimotheum ut sciatis

ut sciatis que circa me sunt / que circa
me sunt inquid i. in exteriori tuni
ca carnis que ad me qui intus
sum non pertingunt. Hec est sapiencia
de qua dicit apostolus / sapienciam loqui
mur inter perfectos de qua sic nos
loquimur qui audivimus et non vidi
mus sicut loqueremur de aliqua ci
vitate quam non vidimus sed plurima
de ea audivimus de qua qui vidisset
longe aliud loqueretur et expressius / Hec
autem sapiencia apparentem sibi habet ex
adverso infensissimi nominis sapienciam
quam dicit apostolus principum huius
mundi sicut nigrum albo sicut luci
tenebras de qua dicitur sapiencia vi
cit maliciam. Malicia quasi siquidem sapor
est mali unde et a sapore dicitur sapiencia
cum igitur sapit malum et non deest
astucia et voluntas exequendi sa
piencia principum huius mundi per
omnia superne sapiencie contraria / hec
est cum malicia quam vincit sapiencia
siquidem ubi sapor boni est in scriptura
ibi adequandi presto est prudencia
hic ut dictum est non deest astucia
sed inter has duas quedam media est
sapiencia quasi inter nigrum et album
medio colore colorata que sine in
ferius sine superius sit se habet ad utram
que partem ut premat ei finis secundum
intencionem et studium utentis. Sapiencia
ista est quam dicit apostolus huius mundi
et quam mediam locavit inter sapienciam
dei et sapienciam huius / principum
huius mundi. Hec circa utile et ho
nestum et circa versatur hec pene
tota est in sciencia videlicet ut faciat
discernere prudenter et diiudicare inter
utile et inutile inter honestum et
inhonestum. Etiam si non sit vite
et moribus accomodata. Sciencia
enim inflat caritas edificat. Aliqui vero
in huiusmodi exquirendi elaborant
ut tantum sciant et tunc ideo servit curi
ositati aut ut videantur sine sciantur
scire servit vanitati / et hoc eorum
studium tunc est proficere et contra altum sese
extollere quantum est racio sine amore

Siquidem hec philosophia in scienciam rerum
humanarum et divinarum dividitur
quantum dicitur est in humanis sic inte
rim sibi est / quod vero ad divina se exal
tat quanto altius ascendit tanto
inferius cadit et impletur in eo quia
elevans allisisti me / et siquidem aliquid
conatur naturalis ingenii profecit ut
sicut dicit apostolus / quod notum est dei ingna
tum de deo racio potest comprehendere
notum sit est illis ita ut in illis intra
semetipsos deus enim illis revelavit
quia eos creavit ut in scipsis haberent
unde deum cognoscant. Sumpserunt
enim de ethica sua in quandam
phisicam et invisibilia dei per ea que
facta sunt intellecta conspiciunt
sempiternam quoque eius virtutem et
divinitatem ita ut sint inexcusabiles
sunt quia videlicet noluit ulterius
proficere vel procedere in veram scilicet theolo
giam quia cum cognovissent deum
non sicut deum glorificaverunt aut
gracias egerunt sed evanuerunt in
cogitacionibus suis et obscuratum est insipiens
cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes
stulti facti sunt et qui theologiam
insipienter perdiderunt / etiam de phisica
miserabiliter ceciderunt cum gloriam im
mutaverunt incorruptibilis dei in similitudinem
ymaginis corruptibilis hominis et
volucrum et quadrupedum et serpentium
propter quod neque in ethica permanere
permiserunt / sed tradidit deus in desi
deria cordis eorum in immundiciam
ut contumeliis afficiant corpora sua
in semetipsis tradidit illos in reprobum
sensum ut faciant que non conveniunt
sed sapiencia semper vincit maliciam
que contubernium habens dei novit
semper proficere et numquam deficere usque ad
finem fortiter et disponit omnia suaviter
sapienter se agens in divinis. Caute
in phisicis prudenter in moralibus
agitur sapiens anima sicut supra dictum
est ab omnibus alienis defectibus
defecata deum tantum modo sapiens
hominem in homine exuit ideo quia plene

in omnibus affecta / omnem infra
decimam creaturam non aliter quam deus at
tendit etiam luce et virtute sapientie ordina
disponens et ordinans sic agens sit de
cis iudicans sic est sicut vivit faciens
iusticiam et iudicium deo unde est et
unde vivit Est enim sapientia sicut di
citur candor lucis eterne et speculum
sine macula dei maiestatis sicut enim
in creaturam se comparavit exprimit et exhi
bet ymaginem bonitatis et iusticie dei
et sicut virtute dei vaporat internis
sic claritatis et caritatis dei emana
tam infundit exterius Unde et alibi
dicit Salomon sapientia hominis lucet
in vultu eius Et alibi Oculi inquid
sapientis in capite eius quia non a
limine cum de naturali et interna virtute
cerebri sui se effundunt et a capite pro
cedunt Dicit Salomon Multitudo sa
pientium est sanitas orbis terrarum
O felices res humanas si ubique sa
pientibus servirent insipientes Sed et felices
res humanas dicit quidam philosophus si
aut soli sapientes regnent aut philozo
pharentur qui regnant sed cum sapiunt
fugiunt sapientes super insipientes re
gnare et insipientes fugiunt insipienter
sub sapientibus esse omnia deficiunt et
turbantur et confunduntur / sapientes la
tent et delitescunt pravi regnant et
principantur et fiunt principes qui ma
ne comedunt et ve terre illi Sed ad
propositum redeamus Anima igitur
sancta sapientie illustrata quia diligit
iusticiam et odit iniquitatem propterea
unxit eam deus oleo leticie preparti
cipibus suis et quia perfudit deus gratia
omnibus placet et ab omnibus amatur
Ipsi etiam qui ex adverso sunt videntes
huiusmodi timent et si bonum in bono
non vult imitari indurata nequicia
dissimulare tamen non potest natura
Intra se autem habent sapientes quandam
privatam gratiam et quandam linguam
angelicam linguam angelorum qua
inter se loquuntur unitivis affectibus
spirituali quadam gratia communicantur in
hoc ipsum exterioribus affectibus aspectibus
quam linguam nullus novit nisi ipse
angelorum et angeli eius et qui sunt

ex genere ysrahel et cives ierusalem Nullus
enim novit exceptis nullus cantancium
Sicut enim in sanctitate vite et hominis
interioris glorificatione contemplacionem
et fruicione divinitatis iam future
vite beatitudinem prelibare in hac vita
videntur et imitari Sic etiam de corporum
suorum glorificatione quam plene ibi per
cepturi sunt in hac vita non nichil
percipiunt / accepta enim illa gratia de
qua diximus qua habitantes in unum
seipsis in deo et deus in seipsis fruuntur
ipsius carnis sic sentiunt minuisse actus
conditiones ut universa substantia carnis
non sit ei in instrumentum boni
operis Nam et si ipsius miseriis et
infirmitatibus contabescunt sed ex
hoc ipso interiori homine fortius
convalescunt / quia cum infirmior tunc
fortior sum et potens dicit apostolus Sensus
ipsi naturam quandam percipiunt et ipse
spiritualem gratiam oculi simplices et au
res obtemperantes aliquid in sermone
orationis talia odoris ignota que
dam fragrancia spirat / tanta gustus
et si non crystallido suavitas tactu
plurimum tactum spiritualis caritatis
infectum ut videantur sibi intra se
ipsos quendam voluptatis gerere pa
radisum Vultus etiam et totius corporis
composicione vite et morum et actuum
decore mutue etiam servitutis vel
devotis exhibicionibus et piis suscep
cionibus sibi cuiusdam gratie bene
placito sibi invicem conveniunt et co
herent ut re sicut cor unum et anima
una Nimirum futuram corporum suorum
gloriam iam hic inciant ex puri
tate conscientie et interne conversacionis
gratia perfecte eam habituri in futura
et perhenni vita

Sicut enim nunc convenientia omnia
solis claritate perfunduntur et
ab invicem perfundi videntur et
sicut nos invicem hic nunc videmus
sic in illa vita videbitur deus a sin
gulis etiam omnibus et ab omnibus in
singulis / non quod corporalibus oculis vi
deatur divinitas sed puritatem divinitatis
glorificatio corporum demonstrabit
manifesta quedam sui gratia

Ad hoc etiam in hac vita corporalium
sacramentorum valet religio quia cum
vix aliqua nisi corpora et corporalia
intelligamus quamdiu in ymagine
pertransimus corporalibus religamur
sacramentis ne a deo recedamus
unde etiam a religando religio di-
citur. Cum vero fidelis anima talibus
erudita talibus incipiet non indi-
gere et a corporalibus transire ad spi-
ritualia a spiritualibus ad spiritualium et
corporalium conditorem. hoc vere erit
exire sacramentis. relicto ergo corpore
et corporis omnibus curis et impe-
dimentis omnium que sunt preter deum
obliviscitur nichil quam preter deum intendens
quasi se solam solum quam deum estimans.
Dilectus inquid meus michi et ego
illi. Quid enim michi est in celo et a te
quid volui super terram. Defecit caro
mea et cor meum deus cordis mei et pars mea
deus in eternum. Venitur ad mortem hunc enim
transitum ad vitam miseri infideles
mortem appellant. Fideles quid nisi pa-
scha. In morte igitur corporali perfecte
moritur mundo ut perfecte vivat deo.
Ingreditur locum thabernaculi admira-
bilis ingreditur usque in domum dei et
omnibus bene et secundum ordinem pre-
cedentibus sicut dominus in principio
pandus suum unumquodque defert in lo-
cum suum. corpus suum in terram de
qua assumptum est tempore suo resuscitandum
et glorificandum spiritum ad deum qui cre-
avit eum. sed quis iste transitus ad
deum destructis omnibus ligamentis
superatis quam omnibus impedimentis
perfecta beatitudine perhenni dilectioni
et hoc iam perfecte deo inheret vel po-
tius unitur vere anima sancta in
terra ut efficiatur una ex illis quibus
dixit. Ego dixi dii estis et filii excelsi
omnes. Hic est finis eorum qui propo-
nunt israhel in principio leticie sue quos
unctio spiritus sancti docet de omnibus
qui ascensiones in corde suo sapiunter
disponunt de virtute in virtutem donec vi-
deatur deus deorum in syon. Deus

deorum beatitudo beatorum gaudium bene
gaudentium unde demens bonum summum
omnium bonorum a fine bam? prodeuntium in prin-
cipio ascensionis usque ad hunc finem
omnis consummationis sapientia contin-
git fortiter fortitudinem ascendendi ad
se custodiens ne ad se deficiat et sua-
viter disponit omnia et adversa et pro-
spera omnia ei in bonum modificans et
componens donec animam suam ad prin-
cipium suum reducat et abscondat in ab-
scondito faciei dei. Scire autem debet
omnis sapiens ascensor non sic esse quod
dus huius ascensionis quomodo quod
dus scale et singuli affectus certis cum
temporibus et non alio tempore sunt
necessarii habet quippe unusquisque af-
fectus in ascensus ordine tempus et
locum suum quo cooperantibus aliis
affectibus suas videat partes sollicitus
esse qui sed omnes tamen sibi concur-
runt et cooperantur preveniunt et sequuntur
et sepe fiunt primi novissimi et no-
vissimi primi. Et sic est finis huius deo gratias.

Incipit liber beati Bernhardi de vita clericorum. Colloquium sermonis petri et domini ihesu christi.

Dixit Symo petrus ad ihesum
Ecce nos reliquimus
omnia et secuti sumus te.
Fidelis sermo et dignus
omni acceptione colloquium
symonis petri et ihesu familiaris si-
quidem et amica saluti obediencia est
sed obediencia firma et stabilis que
fundata est super petram. melior est
enim obediencia quam victime et acqui-
escere nolle ut peccatum ariolandi. Unde et
vite quoque ipse salvator pertulit hanc
virtutem eligens magis animam ponere
quam obedienciam non implere. postremo
et ipsum nomen ihesu quod est super omne
nomen et in quo flectitur omne genu apostolo
teste obediencie remuneracio est. libet
proinde sacratissimo huic interesse collo-
quio et intenta cordis aure percipere que dum

Dubitatur enim verba lectionis huius ea
esse de quibus ad immortalem sponsum
a finibus terre clamat ecclesia: Propter verba
labiorum tuorum ego custodivi vias
duras. Hec nempe sunt verba que contemp
tum mundi in universo mundo et vo
luntariam persuasere hominibus paupertatem
hec sunt que monachis claustra replent
deserta anachoritis. Hec inquam sunt verba
que egyptum spoliant et optima quecumque
eius diripiunt. Hic sermo vivus et efficax
convertens animas felici emulacione san
ctitatis et veritatis promissione fideli

De relinquendis omnibus. Capitulum xiij

Dixitque symon petrus ad Ihesum: Ecce
nos reliquimus omnia. Bene op
time et non ad insipientiam tibi. Nam
et mundus transit et concupiscentia eius
et relinquere hec magis expedit quam re
linqui. Ecce inquit reliquimus omnia et secuti sumus
te. Unde hoc quia exultavit ut gigas ad
currendam viam nec currentem sequi poteras
honeratus. Sed nec inutilis commutacio
pro eo quod super omnia est omnia relin
quisse. Nam et simul cum eo donavit nobis
omnia et ubi apprehenderis eum erit unus
ipse omnia in omnibus qui pro eo omnia
reliquerunt. Omnia sane dixerim nec
tantum possessiones sed eciam cupiditates
et eas maxime. Plus enim mundi concu
piscencia quam substancia nocet et hec fugienda
causa diviciarum precipua est quod aut vix
aut numquam sine amore valeant possideri.
Viscosa siquidem et glutinosa nimis non
modo exterior verum eciam interior substan
cia et facile cor humanum omnibus
omnibus que frequentat adheret

De eo qui bonum iugum christi emit. Capitulum xiiij

Hoc ergo qui relinquere dispones
omnia te quoque inter relinquenda
numerare memento. Immo vero ma
xime et principaliter abnega temetipsum si
desideras sequi eum qui exinanivit semetipsum
te semetipsum. Pone gravissimam sarcinam
pone asinariam molam circa molem
pone illa quinque non boum plane iuga
sed boum que tibi insipiens emisti. Ali
oquin sequi sponsum et venire ad nupti
as spirituales qui sarcina hac pressus et
oppressus corporis sensualitate non poteris
sed et si novissime veneris et pulsaveris
minime aperietur tibi sed respondebitur

dentius quod non sit de bobus et de asinis
ceterisque iumentis. Curandum autem vero
comparacione iumentis esse quis dubitat
hominem qui sibi iuga emerit iuga
iumentorum nisi quod eo sane ipsisque iumentis
convincitur esse stolidior et bestialior be
stiis comparatur quod iuga necessitatis ac
ipsa ipse subierit voluntate. Quod enim
natura est illis culpa huic. Dum tamquam
unum ex hiis que racione carent sine
racione degens et ipse sub corporeis si
milibus sensibus inclinatur. Sed quid enim
iuga boum subisse causamur arguamus
magis emisse. Illud enim stoliditatis
mirande istud extreme demencie est.
Dignus est operarius mercede sua. Nam
ut mercedem pro opere tribuat mandatum
denique loquitur dominus per prophetam etiam
sub typo mulieris fornicarie scelera
arguens Israel: Omnibus inquit meretricibus
dantur merces. Tu autem dedisti mercedes
amatoribus tuis et donabas eis ut
intrarent undique ad fornicandum factumque
est inter contra consuetudinem mulierum
in fornicacionibus tuis et post te non
erit fornicacio. In eo enim quod dedisti mer
cedes et non accepisti factum est in contrarium.
Quod plane et in eo qui iuga emit
contrarium fieri manifestum est quod enim
emit iuga boum tunc suave iugum
gratis offertur. Nam iugum christi in
gum bonum est siquidem et christus homo
nec mercedem tribuit sed et copiosa hiis qui
tulerint remuneracio est ut ab homine
non dico emi sed et gratis sustineri
queat. Quod ergo pro iugo boum
distrahis animam tuam qui iugum christi
suscipiens emere poteris regnum dei
mercari vitam, lucrifacere christum. Nam
sine iugo interim esse non potes.
Homo nimirum qui natus es ad labo
rem sed grave iugum super omnes fi
lios adam. Utique qui secuntur enim.
Nam super omnes qui christum sequuntur
leve est et suave. Postremo ut cetera
sileam cum sine iugo esse non possis
quale horum est elige pocius quam
quam unum quinque enim possunt servire quinque
dominis nedum quinque tyrannis quinque
predonibus. Siquidem oculus depredatur
animam meam. Dum sepe aliud gula
exigit aliud pruritus aurium
vocat, sic et odoratus et tactus diversa

interdum nupcant forsitan. et adu
sa dum utrique sibi communem gestit p
sepe sermo et trahit quemque sua vo
luptas videas excusacionem hominis
qui postea cristo non sequitur qui se ex
cusatur a nupcijs quia nuga bonum
emit quinque De domibus viciorum c iiij

Quid si eorum labores et dolores
consideras si unicus iuga qui
varijs serviunt vicijs morbo
quam corporum serviens Erit profecto invenire
iam homines qui multo magis in
labore hominum non sunt sed longe
amplius aliena ab homine flagella
sustineat. erit invenire cunctos vo
luo quinque sed plus quam quinquaginta
quinque. non plane mitiorum iuga
sed demonum contendunt et elacio
cordis et ambicio altera nidum
altera fraudant parat volare al
tera iubet repperire altera monet
cum neutro perfecto fit hominis Omnis
enim es tu dit hec. quis vero ille
vel ille aut que domus patris
eorum ut eis in aliquo cedas ut
eos venereris ut eis aliquatenus
blandiaris Est bonus homo bonum in
venit locum ut ambicio et intere
quam qui prodesse non potest potest obesse dis
simula primus proximo bonum primo po
ne donec veniat hora tua Ava
ricia quoque et appetitus laudis sibi
invicem adversantur Cetera quod hec
congregat hec dispergit nec nunquam grava
sunt que simulacio et pusillanimitas
suggerunt impudencie inpaciencie quam
clamoribus et utraque labor et dolor
et afflictio spiritus sunt Sequitur

De duabus sanguisuge filiabus c v

Nascuntur autem omnia similia ac dis
similia mala ex una radice
pullulant proprie voluntatis.
huius enim sanguisuge due sunt
insaciabiles filie clamantes affer
affer. siquidem nec animus vanitate
nec voluptate corpus aliquando
saciatur ut scriptum est nec saciabitur
oculus visu nec auris impletur
auditu. fuge sanguisugam hanc et
omnia igitur liquisti hec cum annichila
bit ad se pone hanc ~~[illegible]~~ iugum tam
importabile quam multiplex abiecisti
Non est enim dominus crudelis ad illam
non est tirannus impius et inhu
manus sit urgens servulo et preses
fatigato magis instigant subdito
Promittit dominus inquietudo mala
quod spiritum semper incubans incogi
tabilia meditatur O custos hominum
quare posuisti contrarium tibi factus
sum michi metipsi gravis nulla
michi onus importabilius nulla sar
cina gravior est Factus sum michi
talentum plumbeum et resedit iniquitas
super illud sed audiam vocem solacij
Audiam quid loquatur magis con
silij angelus Venite inquit ad me
omnes qui laboratis et honerati estis
et ego reficiam vos Tollite iugum me
um super vos et invenietis requiem
animabus vestris Verum hec alias
inveniet forte in novissimis loco
sibi. interim sane felices liquet esse
qui exhonerati sunt et sequuntur dominum
expediti Artissimum enim foramen nos
expectat si quem sequimur consequi
volumus per angustam contendamus
ingredi portam necesse est quam tu camele
gibbum quam tu pernitiose perditoris locu
los tollis non incipe sed sic ingredien
foramen acus huiusmodi sarcinas
non admittit Sequitur de divicijs patrum c vj

Sed excusant aliqui forte divites
Abraham ysaac et Jacob ceteri
que sancti quos non tenuas di
vicias habuisse leguntur. sufficit nobis
esse sicut illi fuerunt neque enim sumus
prioribus meliores si culpabilis esset posses
sio diviciarum nunquam illi in divicijs tantam
graciam a domino obtinerent aut tantam
gloriam consecuti divicias nichilominus
possiderent Cui respondebimus nominis
imitatoribus sanctorum veterum Impo
nant certe vitulos super altare domini
mactent arietes hircos ymolent quia
et hoc Abraham fecit et hic ritus prim
quibus non modo meliores sumus
sed nec digni quidem solvere corrigiam cal
ciamenti eorum Sed hec nequeunt statu
ultra non huc ubi revelata veritate
transierit si necesse est umbram quod si ipsas
quoque sanctorum divicias temporales um
bram fuisse deprehendimus futurorum

in figura siquidem eius omnia legimus con
tigisse. Denique quod in terrenas palaz
divitias possident sancti et perfecti viri
tamen sola adhuc terrena palaz permittebatur
a domino. Erat enim sacrificiis illius sic et
dominicis carnalibus ad hoc populis dispensa
tio divina morem gerebat. Veruntamen ut
tamen populi a gentilium ritu discederent
eadem quam gentes demonibus domino ymola
rent eadem quidem et illi sed a domino non de
monibus expectantes ubi sane celestis pro
missio sonuit. Iam necesse est spiritualibus
spiritualia comparari et mutari sacrificium
sicque mutata noverant hec quicumque
vel eo tempore fuere perfecti sed ex caritate populo
cohibebat ut in manifesto quidem agere
eadem vel eadem querere videntur ne for
te violenta videretur extorsio quod de umbra
diceretur et sermone. Alii aliter fieri hoc
scripserat in hunc modum nullus in
thesauris appareat aurum templi iudeorum. Et
enim fuit hoc quod sanguinis ymolabatur
quod totum fuit figura. Aurum ergo re
pudiemus cum ceteris supersticionibus
iudeorum. Aut si aurum placet placeat
et iudei. Postremo non multas me le
gisse recolo aut non afflictas contemp
aut non gravatas in ipsa clavius seculi
prosperitate temptatoris fore et periclitatores.
Quo videmus inter aquas pr. qfr. aquas

Nimirum aliud est in luto aquarum
multarum divitiarum in mundo mani
ter carpere terrena licite possidendo VII
aliud ipsam novis gressibus nudam
calcare omnia relinquendo. Sed tempore
gratie hec prerogativa debebantur petro
novum iter et novum typus itineris
signabat. Antiquitus sane prius diebus do
minus in terris videretur et conversaretur inter ho
mines. Deus maiestatis non erat evan
gelice forma perfectionis sed spiritum domini
solo interim spiritu sequebantur. At ubi
verbum caro factum est et habitavit in nobis
iam in eo tradita est ymago vite
et conversationis exemplar quod oppor
teat etiam corporaliter imitari ut utique se
quentes vestigio suo ultimus eum prevari
cata iacob altero femorum claudicemus
Ubi enim audivimus nisi dictum sit antiquis
nisi quis renunciaverit omnibus que pos
sidet non potest meus esse discipulus. Et

Item si vis esse perfectus vade et vende
omnia que habes et da pauperibus et
habebis thesaurum in celo et veni se
quere me. Verum illud dicimus tamen
salvari quis vel hoc tempore ne
queat si secus egerit sed gradum
agnoscat proprium et locum perfectionis
aut discipulatus officium non usurpet. C VIII

Habent enim evangelium perfectionis
consilium et remedium infirmitatis.
Nolite thesaurizare vobis the
saurum in terra. Hec perfectio est. Siquidem
filius hominis ubi caput reclinaret
nec habebat. Petrus et Iohannes nec
aurum nec argentum erat. Paulus
victu simplici et vestitu contentus
hec ipsa labore manuum acquirebat
sed non omnes capiunt verbum hoc
sicut nec consilium castitatis. Remedium
dicitur apostolus: Facite vobis amicos de
mamona iniquitatis ut cum de
fecentis recipient vos in eterna ta
bernacula. Sunt et quod loquitur tale
est. Confirma equidem stat inmobilis que
sententia eos qui volunt in hoc
seculo divites fieri incidere in temp
tacionem laqueum que dyaboli. Sed quid
misericordior super Ebam et ipsum quoque
camelum quod homo non potest per fora
men acus traducere possumus. Tamen te
saltem a verbo aspero qui laqueum
venantium non declinatis. Vestite nud
egenum aliter visitate infirmum. Ne
forte contingat audire sermonem dri
cum asperum verbum audietis
malaz. Ite maledicti in ignem eternum
qui paratus est dyabolo et angelis
eius. Facite vobis amicos de ma
mona iniquitatis. At si manifestius
dicat. Ve vobis divites qui habetis
consolationem vestram. Ac tunc vim
iam supresse videtis. Commendare eas
pauperibus vestris et carum dea ut cum
venerit hora eorum reminiscantur et
deficientes vos recipiant in eterna
tabernacula sua et consolationem sua
quam modo prudenter comparatam dum
vestram ipsi percipiunt misericordiam
commutent desolatis. Chensuram

323

eius bona et coagitatam et super
effluentem dabunt in sinum eorum
Dicet erit illud pallium breve quod duos
operire non possit aut stratum coan
gustatum unde deciat alter

De perversis clericis Capitulum ix

Hinc est quod dotatas et ditatas
videas ecclesias a potentibus
et divitibus huius seculi qui
in operibus bonis divites iuxta pau
li ammonitionem amicos sibi faciunt
de mammona iniquitatis a quibus
in eterna tabernacula recipientur quod
ni sperarent ab hiis recipi qui cla
ves videntur habere sed heu deita est
ipsa prudencia eorum in actionem
terrenis et qui sibi parat atque aliis
in celo tabernacula eterna parare
debuerant in terra coniungunt do
mum ad domum et copulant agrum
agro Christus rapuit ab ore apostolorum
temporis huius verbum gratie fiducie vel
Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te Ecce enim ut pollus
sit et sacerdos similiter voluit si simi
liter ymmo et habundantius ipsam hiis
pro primo consolatorem similiter amicis
egent et ipsi ut in aliena tabernacula
tula recipiantur ut pote propria non habentes
Beati enim pauperes spiritu quoniam ipsorum est re
gnum celorum Ceterum hominibus qui
perfectionis obtinent locum dignitate
pollent auctoritate preminent fun
guntur officio an in eis hec infirmitatis
et imperfectionis usque adeo deficiant li
ceat saltem sperare remedium ipsi hunc
quod sunt indices ipsi iniqui indicent utrum
liceat nam quod iure deceat manifestum
Nobis sane liceat vel audire dicetur
si sal infatuatum fuerit in quo salietur
ad nichilum valet ultra nisi ut mittatur
foras et conculcetur sed et presbiteri cui
forsan derogare timebunt cum sanctus
Ut liceat solita spiritus libertate
nulli blandiri palpari neminem
sed nude nudam proferre veritatem
Clericus inquid qui partem habet in
terra non habebit partem in celo Item quod
clericus si quippiam habuerit preter
deum pars eius non erit deus vel dominus
si aurum si argentum si possessiones si variam
supellectilem cum istis pars eius dominus

fieri non dignatur

Quod clerici a similibus hominum tribulacionibus quod delectat accipiunt

Videtur et sanctus david cuntis quod
dam [illegible] quosdam ipsi videntur
quos hec parabola tangit In la
bore inquid hominum non sunt et cum homini
bus non flagellabuntur Ideo tenuit eos
superbia Sunt enim singula queque generali
hominum laboris aliquid aliquid voluptatis
sed aduerte prudenciam aliquorum et mira
ri quemadmodum novo inter hec artificio
discernentes et ab invicem sequestrantes
ea tantum quod delectat eligunt et am
plectuntur quod molestum est fugiunt et
declinant Cum militibus nempe super
bie fastus amplam familiam nobiles
apparatus equorum falleras accipitres
aleas et similia queque frequentant Ali
qui forte dependentes a collo rubricatas
minium pelles ornatum thalamus bal
nea et mollitiem omnem atque glaucum ve
stium a mulierculis tamen immo lorice
pondus et insompnes in castris noctes
in eternam quod dissimulant plurimum mulie
brem quod verecundia et disciplinam aut
si quando seorsus alle laboris habere credit
declinantes Sudant agricole putant
fodiunt vineatores et qui inter hec tor
pent ocio attendentes fructum tempore in
novari sibi Horrea rubet et officinam
eorum plena ortina non pallis utina
vel cum illis vivunt etiam bibunt vere sani
Thymum nectissimum parum cum impinguata
tur et dilatantur adipe frumenti herbarum
suctas peregrinum mutuant vina saporem
et addit oleum cammino Sed considera
et negociatores Currunt mare et aridam
in labore corporis et periculo vite pa
rituras sibi divicias congregantes Du
ra sunt hec teneant prudentes vim dul
ces intereca capiunt soporos ne dictum
in stratis lascivi aut suis Erit tamen
invenire in die festo grandes vasa aureis
et argenteis ministrorum dextras refertas
variis operibus manticas pictas orna
tas in sinucis tam multiplices loculos
ut si mensas adhibueris nummularios
putem Cernunt fabros aut cenietarios
ceterosque huiusmodi operarios necesse est
mirari pictum sibi multo labore que
runt illi madent deliciis copiis afflu
unt ociosi cur non merito tales porta
sub sancti ut cum forte suas repeti cum ve
nerit olim Cerno annum plumas moveat

carnem crucia usum? affuturus inundata
caloribus magis facit magis ille propheta
et plus quam propheta increpat dicens Ge-
nimina viperarum quis vobis demon-
strabit fugere a ventura ira Ubi enim
sunt penitentie fructus Cum resurgere
ceperint homines unusquisque in suo
ordine ubi putas gens ista locabitur
Si ad milites forte diverterint exsuffla-
bunt eos quod nec secum laborem
aut pericula tolleraverint Sic agricole
sic negotiatores et singuli quique ordi-
nes hominum a suis eos similiter arcebunt
finibus ut pote qui in hominum labore
non fuerint quid ergo restat nisi ut
quos omnis ordo repellit perveniat et accu-
sat. cum sortiantur locum ubi nullus
ordo sed sempiternus horror inhabitat

Sermo de officio clericorum c xi

Nil forte ad electionem cleri audeant
aspirare Magnus enim vere locus
eorum in regno dei et bonum gradum
sibi qui bene ministraverint gradum
acquirunt Ceterum sunt ut ipsis nec mo-
dicus labor esse videatur et dicebat Qui
plus omnibus laboravit. qui non la-
borat non manducet Et petro dictum
est Symon Johannis amas me pasce
oves meas Idem quoque tertio repetitum
tertio dictum. pasce mulge nec tonde
nec semel additum est Operent ergo
discipuli locum gradum ministerii qui
dominicum gregem pascere satagit quem totiens
pascere videt triplicatur exemplo conversationis
verbo predicationis fructu orationis: et
pascere ad mandatum Christi ut nemo sibi
hunc sumat honorem sed qui vocatus
fuerit a deo tamquam aaron. per eum
nempe si quis introierit salvabitur et pa-
scua inveniet Si vero ascendent aliunde
fur est et latro. atque utinam iam inter di-
spensatores ut fidelis quis inveniatur

Sermo excusacio quod nisi necessitate loquitur c xii

Nemo tamen indignetur nobis aut
molestie accipiat que dicimus si
sanctius est. et nec enim revelamus
nunc occulta dedecoris nec parietem fodimus
ut abhominatio maior appareat Nulla
adhuc deformitatem ferimus verbum
quod nimis certo et hec in multis etiam et nil
tegitur qui puritatis auctori in puro corde

et corpore ministrantes non verentur stare
ante angelum domini qui secat medios et
dispergit. omnino audent agni immaculati
sacras contingere carnes et intingere
in sanguine salvatoris manus nepha-
rias quibus paulo ante per sordidas
carnes meretricas attractarunt / sic
altaria terunt sic frequentant psalmos
cum eiusmodi laus contemptibilis et oratio
fit in peccatum Sed nec eorum sacrilegia
recensemus Qui diligunt munera sequuntur
retributiones. vendunt sacramenta inscia
produnt quorum guttura nec dum
traxit ad laqueum. nec dum perforavit
fauces ubi in blasphemie. vox satan
lega Quomodo vultis michi dare et ego
vobis eum tradam Videmus hec omnia
sed quedam nunc non videtis quippe quibus
nec flagellum est nec ille comedens
zelus manifesta loquimur et que vix
aliqui erubescunt. Postremo et nos
melius sinimus liceat vel nunc scrutari

Sermo quod nullus clericus intrat ad ecclesiastica beneficia xiii

Videte vocationem vestram ait vobis
apostolus. consideremus et nos in
vocati venerimus et vocati
a deo tamquam nimirum hec vocatio est
nec communem modo vocationem dico
illam qua sane iusta eundem apostolum
quos predestinavit hos et vocavit
Sed quis invocaverit nos in honorem
cleri. commemorare velim conscientias
singulorum ut sum propter david loquar
ad cor Jerusalem. hunc enim parvulo adhuc
parentum sollicitudo parabant hunc nos
in quinetus illi nec illi tradimus Ipso
apud quem habemus gratie locum aut
forte cui servimus ut dicitur de bonis
domini. nec in tot libros inde dividitur
hereditas. illum prebendari aut decanum ut
sibi succedat plus quam materno dotavit
affectu. enutriens in deliciis et delictis
Ille dignus archidiaconatu ut pote
filius principis. magis autem si sit episcopi
sobrinus in quo tota fit spata pro
ceteris Alius undique circuit sedulus
explorator blanditur obsequitur simulat
et dissimulat insuper et sibi suffragia
mendicare non erubescit / manibus
et pedibus repens / si quomodo tandem
sese ingerere queat in patrimonium crucifi-
xi / et bona domini que sola ex ambobus

hodie inveniunt videntur exposita. Nimirum
pergit profectus est sed in plenilunio for-
te ut sua districte repetat redditum.
Vnus ea intencione gradus ecclesiasticos
et misteria sanctuarii querit ymmo quis
est querit nempe que querere ipse debue-
rat ut sine curis seculi in sanctimonia
cordis et corporis illuminandus accedat ad
deum et suam pariter et proximorum operetur
salutem orationis studio deditus et
verbo predicationis. Nam si eo querit aut
tenet animo ut hunc iure eorum intuitu
habeat necessaria ewangelizat et mandu-
cet et perverso inimis ordine celestibus
terrena mercantur. Quem esse dignius am-
plius quam consentaneum reor ut pro
carnali victu carnalia magis opera
et negotia exerceret ut fieret minister rei
aut inhonoraret misterium spirituale. Sed
modico est natura contenta nec multa
sola in hiis necessaria querunt quippe
minori satis facile obtinenda periculo
honerati incedere volunt prelatione student
honoribus delectari et superbie et huic
seculo conformari. Audi querelas do-
mini quid super hac tanta temeritate
homo loquatur patiens redditor
penitenciam cupiens quam condictam.
Ipsi inquid regnaverunt et non ex me
principes extiterunt et non vocavi
eos. Homines sicut inquid in ordinibus
ecclesiasticis ceterisque ad sanctuarium
pertinentibus honorem querentes proprium
aut divicias seu corporis voluntatem
postremo que sua sunt non que
Ihesu Christi. Manifeste prorsus et indu-
bitanter non ea que id est deus est caritas
sed aliena a deo et omnium radix ma-
lorum cupiditas introducit. Quid
istud temeritatis ymmo quid insanie
est ubi timor dei ubi mortis memo-
ria ubi vehemens metus et terribilis
illa expectatio iudicii. Sponsa nec cu-
biculum nec cellam ingredi nisi rege
introducente presumit. Tu irreverenter
irruis nec vocatus nec introductus.
Trahe me post te ait illa in odorem
unguentorum tuorum currimus. Nunc autem
trahit sua quemque voluptas et odorem
turpis lucri sectantes questum esti-
mant pietatem quorum certa dampna-
tio est. Ser. de loculis iude [illegible]
Verumtamen reprehensibilis videatur

ingressus et introitus castra in ne in-
tuendum est retinendum quid et magis
Neque enim continuo sicut ceperunt et
sic consummant sed carne novelli de-
lique et Saul princeps constitutus a do-
mino et Iudas non ab alio electus in
apostolum memoratur. Nonne ergo ego
vos duodecim elegi et unus ex vobis
dyabolus est. Utinam in duodecim unus
hodie petrus unus qui reliquerit omnia
unus qui loculis careat inveniatur.
Unus inquid ex vobis dyabolus est. A du-
obus utique bolis dyabolus dicitur
et Iudas non loculum sed loculos
habuit. Utinam saperes miser et intelligeres
cum thezauro perire thezaurum in re-
periter cumulari. Utinam novissima
provideres animum advertes facile perfora-
ri eius acus tu sitaculos non diviciarum
cumulos sed delictorum. Nichil enim intu-
limus in hunc mundum haut dubium
quia nec auferre quid possimus. Ecca
ne aurum et argentum non nichil est sibi
utrumque retinet mundus inexorabiles
constituit ianitores. Foramen angustum
est nil pro omnibus apportare licebit. Ver-
petrum que nil est nulla per foramen an-
gustia retineri. Solum hoc scilicet te quotidie
premens. Quocumque intueris pellem hanc
non depones. Nunc autem pasti insipien-
tius erunt et nomine in domo dei vi-
deamus. Quid ydolatria deterior si non
ydolorum servitus est avaricia si non quibus
deus venter suus factus est deus
suus. Quod cum preterea quisque coluit
id deum suum constituisse probatur. Qui-
tas sane videmus qui diligunt mu-
nera sequuntur retribuciones. Quantos qui pro
domino non serviunt sed suo ventri
Ser. de com. virtutibus [illegible]
Quis putas est fidelis servus et pru-
dens quem constituit dominus super
familiam suam ut det illis cibum
in tempore. Nunc forte queratur dicens
inquid cibus est ut faciam voluntatem patris
mei. Nimirum vita in voluntate eius.
Quas quid nec pasci ipse nec pascere ali-
os poterit nisi sit fidelis et prudens
ut et eam intelligat et diligat. Diligat
autem fortiter et ferventer quando enim igno-
rancia possit excusare hominem qui se
ingerit et doctorem infantium et insipiencium

preficet. Ignorans utique usurpabit in mo-
multitas usurpacione faciet et ignorari Quid
enim periculosius sit ubi pastor non invenit
pascua ignorat dux itineris viam vita
culis nescit domini voluntatem eciam tot
tidie multipliciter et mirabiliter experitur esse
cum ut sanctissima sit et secretissima
res voluntas dei et occultum animo co-
silium de quo amplius gloriatur puto inqui-
ens/ quia et ego spiritum dei habeo/ Unde
et ipsa veritas ait Nemo scit que
sunt in homine nisi spiritus hominis qui
est in ipso Subtilis proinde lectio utilis
eruditio est sed multo magis unctio
necessaria quippe que sola docet de omni-
bus Unde ante scire videbitur que sit
voluntas dei bona et beneplacens et
perfecta qui nec pulsare nec querere nec
petere consueverunt. qui donec alienorum
curam susciperet animarum nequaquam sue
gessisse curam sed in vano visus est
eam accepisse atque utinam vel curaret
curare suam ut mea quoque postmodum
curaturum speraret licet et de suo prius
oculo festucam eiceret ut de meo videret
eicere trabem Verum de hiis quid qui
et ubi forte intelligunt domini volunta-
tem/ negligunt tamen et quantum prevalet
adversantur ei qui dederunt manus ma-
nus morti et cum inferno inierunt fedus
ut derelicto bono adhererent malo/ pa-
rati sunt gratis consentire peccato sane
malicia sane iniquitate tam odibiles
deo et execrabiles mundo esse constat
Melius est silere quam loqui Sane nemo
fit repente turpissimus et nemo aliquis
in hunc affectum nequicie nisi prava
consuetudine pertransiit Sunt enim de-
biles quidam et tepidi amatores iusticie
sunt quibus aut vigor aut fervor dee-
sunt forsan utrique cum utroque sit summo-
pere necessarius inter prospera quippe
et adversa constanti ut enim vigoris esse
demonstratur nequaquam cedere tribulacioni, sed
pro iusticia persecucionem sustinere Sic fervoris non
laudetur attinere nullis capi volupta-
tibus nullis illecebris enervari Nunc
quidam cum carne populo/ tum spiritu aliter
ducibus populo sunt necessaria ne forte
in principes omnem errare contingat Quid
enim refert qua racione deserant viam
veritatis seducantur ignorancia sequuntur

spontanei compellantur nimium/ ab
straham elecci Quid interest dum
uno eant in precipicium Sit enim ecce
prudencia ade temperancia caym omnino
iusticia petro desunt fortitudo Quam
quidem virtutis quadrifarie perfeccionem
et cathedram sanctitatis omnino dei
exigit ministerium/ hac de quo loqui-
tur hac dote carens frustra sibi de
suo proprio intraverit blandiatur Si
quidem dicitur ignoti Si cecus ceco du-
catum prestet ambo in foveam cadunt
Et item sacerdotes non dixerunt ubi
est dominus tenentes legem nescierunt
me ipsi prophete et pastores abierunt
in terram quam ignorabant Dicitur et iniquus
fur non venit nisi ut mactet et
perdat Est illud dilexisti maliciam super
benignitatem. Dicitur pusillanimus mer-
cenarius et qui non est pastor videt
lupum venientem et fugit quia non est
ei cura de ovibus Dicitur ei qui post
concupiscencias suas vadit Mors est
posita secus introitum delectacionis Dicitur
item omnes que sua sunt querunt
non que ihesu cristi Verum hec hactenus

Quod deffinitat clericus qui de cristo vivit xvi

Nam qui per cristum sibi in sorte
ministrari hunc introisse videntur
decreto quemadmodum ei formatur que-
admodum instruet quemadmodum pascat in-
plicatur ut perdiciones gregem domini sol-
licita secum pro anima acumine discuciat
indignus enim lacte et lana comprimatur
si non pascit oves si non vigilat
in custodia gregis iudicium sibi ma-
ducat et nescit Ve ve tibi clerice mors
in olla mors in ollis carnium/ mors
in huiusmodi delicijs/ non modo quia
penes introitum delectacionis posita esse
cognoscitur sed ob id maxime quia
populo constat esse peccata quem comedis
sumptus ecclesiasticos gratis here-
re putas tantumdem ut aiunt tibi bo-
na provenire videntur sed bonum censeo
decere magis aut etiam meditare/ peccata
enim populi/ comedis acsi tibi propria nunquam
sufficere videantur/ sollicitus esto tamquam
redditurus racionem dignus pro eis tre-
mens fundere dignos agere penitencie
fructus Alioquin tibi noveris impu-
tanda que nunc inter delicias comedis
et propinas et dissimulas tamquam nil

attinencia tibi O mediatorum dei abisso
multa O terribilis deus in consiliis
super filios hominum. frustra incipiet
miseri dicere montibus cadite super
nos et collibus operite nos veniet
ante tribunal christi audietur ploratus
querela gravis actorum dura quorum
maxime stipendiis non diluere
peccata quibus facti sunt ducatus ce
ti fraudulenti mediatores Quid tibi
insipiens delicie sapiunt quid divi
tie ille circas oblectant oculos in qui
bus mercaris tam grave iudicium tam
dure terrencium obligat racionem uni
versa quid usque ad quadrantem no
vissimum exigeris De quo considerata opedat c. xvii

Sed esto studiose quis et fructuo
se laborat dignus plane est
operarius mercede sua ut qui
altario servit de altario vivat Vi
vat inquid de altario ut inde
cumque [illegible] alimenta et quibus te
gatur de hiis habens contentus sit
A certo hoc enim permissum est de alta
rio inquid vivat non superbiet non
luxuriet denique non ditetur non
contra sancti [illegible] plane di
gnam cum acceptione sentenciam
in clericatu dives ex paupere fiat
ex ignobili gloriosus non sibi de bo
nis ecclesie ampla palacia fabricet
mutans quadrata rotundis nec lo
culos inde congreget nec in vanitate
aut superfluitate dispergat Non ex
tollat de facultatibus ecclesie consan
guineos suos aut nepotes nec fi
lias diverum nuptui tradat Res
pauperum non pauperibus dare par
sacrilegii crimen esse demonstratur Sane
patrimonia christi sunt pauperum fa
cultates ecclesiarum et sacrilega eis
crudelitate surripit quicquid sibi mi
nistri et dispensatores non utique do
mini vel possessores ultra intellectum
accipiunt et vestitum Nec enim ordinat
deus hiis qui ewangelio serviunt de
ewangelio querere delicias vel orna
tum Sed vivere ait paulus ex eo
ut in deliciis sunt contenti alimento
corporis non gule irritamenta aut
incentiva libidinis et quibus te
gantur non quibus ornentur accipe
Sane qui non fideliter ministrat neque

per cristum quod infideliter agat et con
tristum manifestatur sine dubio faciet
arborem fructus radicem palmes opus
intencioni faciet ad quod venit ut ma
neret utique et dispendat Renatus enim al
tario serviet qui eiusmodi est sinat ante
spiritu et veritate tales namque adora
tores pater querit Alioquin adoracio mortis
est in iudicium et condempnacionem Aut quid
poterit necessarius clerus esse qui eo
animo intravit ut stipendia cleri in
usus voluptatis curiositatis et vani
tatis congreget serviet expendat Ex
ploro ergo fructum qui difficile rumpitur et
hominem miserum in perniciem trahit
qui impune ministrat indigne ministrat
sed et ipso fructu abutitur temporali
Sequitur de virga et baculo c. xviii

Quid enim si hoc mundo flaret
et prosperit in vita sua aresceret
velociter cito decidet flos feni
et vapor ad modicum parens peratur
Virge quid inveniuntur iniquitas eius ad
eundem utique non ad iram Virga mea
tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt
Habet enim virgam habet etiam baculum
et hec consolacio est quia ipse qui virga
cedit baculo sustentet Aut certe parat
pastor virgam et baculum illam ambo
illum lupos Omnia propter electos siquidem
etiam virga eos consolatur a stimulis se
dum hoc modo sibi senciunt peccata dimitti
Domino ego sum qui deleo iniquitates
tuas et baculus innititur ad tolleranciam
virge dum illius comparacioni sit levior
Cessant vos dicat indignacio et sermones in
feccionis meretricis facta est tibi erubescere no
luisti Et adhuc recessit zelus meus a te
Ultra non irascar tibi Quem enim diligit
arguit et flagellat omnem filium quem
recipit Liquet proinde eos qui in labore
hominum non sunt et cum filiis non flagel
lantur nec diligi ab eo nec recipi Aliis for
te diligi putas audi quid super hoc scri
ptura loquatur Sequitur dilectus sit amicus dei c. xix

Quilibet qui voluerit esse amicus
huius mundi inimicus dei con
stituitur Et in alio loco karissimi
Nolite diligere neque ea que in mundo sunt
Si quis enim diligit mundum non est
caritas in eo Verba sunt apostolorum
primus quidem Jacobi posterius eius di
scipuli quem diligit ihesus et qui ipsius
ignorare non posset amicitias Sed vis

nosse quid sit qui diligit mundum, neque
enim creaturas dei iubentis odisse. Sed
que a deo non sunt ea diligere prohibe-
ris. Que vero sunt hec? Johannes ipse lo-
quitur dicens: Omnia que in mundo sunt
concupiscencia est oculorum et ambicio
seculi, que non sunt a patre
sed ex mundo. Videtur hec quisque cuius
sit spiritus, quid enim diligat, quid cupiat,
quid sequatur. Certe enim speculum veritatis
eum ne quis consideratio vultum conscientie
sue pretereat et qualis fuerit oblivi-
scatur. Ambicio curiositas et voluptas
non ex patre sed ex mundo sunt. Sunt
autem certe multi codices qui sunt non
ambicionem seculi sed superbiam vite in
concupiscencia carnis communem accipe
corporalium sensuum delectacionem, qua quid
nec ipsa curiositas caret esse. Denique per
concupiscenciam oculorum quecumque ad
humanum decus queque propheta nunc conten-
pnit et seculares gloriam et extrinsecam
potencie vanitatem; porro in superbia
vite elacionem cordis intelligite. Hec enim ta-
men qui diligit mundum diligit, et dei consti-
tutus est inimicus. Suscipiat nunc qui
cuius neque est reconciliacionis officium
nomine mediatoris et proditoris inimi-
cicias cumulavit, ut merito iam non
hostis sed ut traditor iudicetur, ut Judas
utique, non ut Saulus. Sequitur de impu-
Capitulum 20um dencia

Nam cum impudencia et fronto-
sitas cor obduravit ut non pu-
deat, non horreat, non contre-
miscat, ea iam demum desperatio est.
Quid enim horum sibi conscius homo
tamquam qui iusticiam fecerit, divino sese
vultui sistere non veretur, tamquam domesti-
cus intrat, exit, magistrum salutat, ge-
nua flectit, osculatur ore doloso, agit.
In conspectu dei ut inveniatur iniquitas
ad odium. Odibilis plane deo frontosa te-
meritas et impudencia exercranda. Propter quod
enim irritavit impius deum et exacer-
bavit dominum peccator, ut secundum multitudinem
ire sue non querat. Non propter fornica-
ciones, incestus aut sacrilegia nichil com-
memorat propheta, sed quod in corde
suo dixerit non requiret, non ex parte
sed requisiturum. Hec impietas que eum
secundum multitudinem ire sue misereri
deus nec querit nec arguit nec flagellat
nec ulciscitur admonitiones eorum. Sunt

de Moyse et Aaron et Samuele legimus
quibus minime propicius fuit. Sed expresse
atque signanter cuius sit hec impietas au-
diamus. Sequitur de misericordie crudeli. Capitulum 21

Misereamur impio ait deus velud
in concilio angelorum et cunque
gacione deliberans. Nec eos la-
tuit crudeliorem in omni malignacione
misericordia inveniri meditari qua non
discat homo iusticiam facere sed obdor-
miscens miser et dicens: Oblitus est deus,
avertit faciem suam, dies suos ducat
in bonis, in puncto ad inferos descendat.
Et cum dixerit pax et securitas, tunc subi-
taneus superveniet et interitus nec effu-
giet, et non discet: iniquitatem facere iusti-
ciam in terra sanctorum in qua gessit.
Ait dominus: Acsi dicat nolo discat in-
sticiam facere, inventa est iniquitas eius
ad odium. An adhuc querendum est quis iste
sit impius in terra, in quid sanctorum
in qua gessit in ecclesiasticis possessionibus
que sanctorum usibus fuerant assignate
in domo dei, quam sanctitudo decet.
De qua Paulus discipulum studiose solli-
citans: Ut scias quo te oporteat conver-
sari in domo dei, que est ecclesia dei vi-
vi, columpna et firmamentum veritatis.
In clero quippe tamquam in celo geres
iniquitatis quid inde misterio iudicatur.
Celeste tenet officium angelus domini
exercituum, factus est tamquam angelus. Aut
eligitur aut reprobatur. Inventa quippe
in angelis pravitas districtius iudicatur,
necesse est, et inexorabilius. Hinc humana
age ergo qui iudicium grave hiis qui
presunt, et potentes potenter tormenta
pacientur. Ascendat superbia tua super sidera,
regem tuum omne sublime videant
oculi tui. Confestim multiplicare prebendas,
inde ad archidiaconatum evola, demum
episcopium, ne ibi quidem requiem habiturus.
Sic itur ad astra, et non progrediens
miser, aut ut ab altiori gradu sit casus
gravior. Neque enim sit paulatim deci-
des sed tamquam fulgur in impetu de-
scendens, quasi alter Sathanas subito
deiciens. In labore in quo hominum non
sunt et cum hominibus non flagella-
buntur. Ideo tenuit eos superbia pocius dya-
boli, quo ceciderunt qui operantur iniqui-
tatem. Hic est qui non recipit disciplina
curari, renuit medelam, non sustinet

Voluntas pessimum quod nescimus salte
dignitatis patitur attractari hunus et ipe
indignatorem vereor sup hiis et grave
iudicium quid in truncam morsus spi
alem insaniam et animatam freneticam no
ignoras Sed dei sunt verba que re
plico et eadem ipsi quoque legunt et in
telligunt pariter legem quippe scientes
in terra iniquam sanctorum iniqua gessit
et non videbit gloriam dei qui dicitur
cetera vidisse. Prestatur hec(?) totus mi
sericordissimus hanc ergo misericordia
volo procul fiat miseratio tam crudel
ne veniat in eorum consorcium anima
mea

De gravitate iudicii divini. Capitulum xxii

Quis enim nobis miseri demonstravit
fugere a ventura ira qui putes
tanto ope fugitis iram flagel
lum timetis declinatis virgam et quid
in hac die ira que ad patrem nobis
Sed si cognovissetis et vos/ unitatis uo
effugitis penitencia Iram malam impu
nitum esse non potest Non punitur hic ipsa
voluntate punietur alibi sine fine in
seria sane et extreme plena clemencie
qui initacio humanum declinare laborem
et paratum stridorem dyaboli eligere se
puternum animadvertite siquidem et vi
dete non hominibus sed dyabolo et an
gelis eius illum ignem esse paratum
Ille enim hostis et lupus nos autem populus
eius et oves pascue eius Illi securis
et malleus nobis flagellum et virga
debetur Illius iniquitas in poena ad odium
sunt licet carcerem ubi nulla redemptio
ubi minime liceat respirare michi
sine valore tollerabilior carcer et ipse
tremor assignatur ubi cum iratus
fuerit dominus minime recordetur redemp
tionem suo mittens populo copiosam De
mque michi tempus constituit michi et
dicet ille semper in eternum In sudore
iniquum vultus tui comedes panem tuum
donec in terram de qua sumptus es revertaris
Pessimus ille angelus de terra sumptus
non est nec in terram aliquam reditur
propterea non legitur dictum sed ignis paratus ei
eternus Hunc igitur expedit ut nisi
punita sumus seculi auctoris seculi
non vereamur frustrare iudicium et de
ludere sententiam declinando videlicet
in laborem hominum et sudorem acsi nullo
constringere nos videatur quod Ade delictum
aut non in eo sententiam laboris excepimus

in quo sine exceptione peccavimus omnes
aut non communis culpe vel inobedientie
debeat esse pena communis Sequitur

De iudicio Abrahe. Capitulum xxiii

Verte enim aliqui dicunt quod pet
catum bona est omnis creatura
dei/ unde licite possidemus nostris
utimur facultatibus a rapinis et lat
cinijs abstinentes Cui vero non placet
in crucem tormentis Ergo sane divitem
illum cuius salvator meminit in euvangelio
in nullo horum audi accusari induc
batur bisso et purpura cottidie splendide
epulabatur Si crudelitatis arguitur quod
pauperem mundi huius et videns fratrem suum
egere clauserit viscera sua ab eo quid
hic dicunt deest caritas hic videtis
et ipsi lazaros nudos esurientes egro
tos et plus de iumentis vestris plus
de eorum faleris quam de eorum mi
seriis cogitatis Sed ad tremendum
Abrahe iudicium veniamus Non enim
Abrahe sed dei Abrahe sententia Me
mento inquid fili quia recepisti bona
in vita tua et lazarus similiter mala
Verum utique est non potest enim negari
esse sententia quia paucis expressa
totius summa negocii est magisterii est
Ille bona et iste mala recepit Quid
modo nunc autem inquid consolatur tu
vero cruciaris Expergiscimini ebrii et flete
Terribilis enim deus super filios hominum in
iudicijs est hec tamen cruciatum causa tota
quod in hoc seculo bona recepit ipsa plane
Neque enim ad hoc nos de paradiso vo
luptatis inadvertisio divina eiecisse
videtur ut alterum sibi hic paradisum
adinveniat humana pars/ homo ad
laborem nascitur si laborem refugit non
faciat ad quod natus est ad quod vel
in mundo Quid respondebit ei qui
misit eum qui instituit ut laboret
Memento ait quia recepisti bona in vita
tua et lazarus similiter mala Ille autem
hic consolatur tu vero cruciaris Quid
dicemus ad hec si talis est finis et tale
iudicium ut extrema gaudii luctus occupet
Numquid non preferenda sunt in seculo
mala bonis Quippe nec illa vera bo
na esse iam manifestum est unde pocius
sententiam Salomonis esse melius ire ad
domum luctus quam ad domum convivij
Ceterum si sic cruciandi sunt qui in vita
sua bona receperunt et gentibus consolacionem
penitus vere paratum est sempiternum

cum in superioribus inventi sunt aliqui de sapientia carnis scientes in omnibus et per omnia reprobare malum et eligere bonum, quis nam poterit esse huius si sui multitudinis consolationum suarum dolores apprehendent animas miserorum. Consequens enim videtur et bona omnia et omnem seculi huius respicientes consolationem nihilominus communium. Ve vobis necesse maneat caritatis animam et illud eque ex eadem sinu Abrahe convivia. Videntur eos qui spiritu ducti presentis vite presentis omnia bona respuunt eligunt mala omnia quasi bona donum et omnem seculi eius consolationem. Forte enim hoc erat quod Petrus audire voluit cum tanta dicens fiducia domino tantaque libertate quereret. Ecce enim inquid nos relinquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis.

Sequitur quod relinquet omnia qui nil fere habebat ex dictis C. 25m

Nota questio est quemadmodum Petrum nichil fere ex omnibus habuisse sciatur tam fiducialiter gloriatur sese omnia reliquisse. Unde sanctorum quispiam multum inquid deseruit qui voluntatem habendi dereliquit et post pauca assequentibus desiderare potuerunt, fidelis sermo. Sed forsitan clausus et ipse est. Reliquit enim voluntatem habendi tam multa complecti ut reliquisse illam sic omnia dereliquisse. Sumus hanc omnia affectare possit nec dum piscator ille ille pauper et modicus. Sed quid cuique sufficere possit diligentius investigato et facile est invenire omnia desiderantem. Neque enim pane est concupiscencie modum donec videat impleta donec adepta sit quibus valeat esse contenta. Ceterum nec amator pecunie dicit aliquid sufficit nec libidinosus satiabitur aliqua voluptate, sic et crudelis quisque semper sanguinem sitit, et ambiciosus aut cupidus laudis humane adeptis dignitatum titulis se favoribus nullum omnino capit animo remedium donum sed desiderio estuat amplius, minus ante invenit requiem qui sibi placere cupit et sui, et fatui cuiusdam de semetipso testimonijs glorietur dicens Chamus meus excelsa et putans se aliquid esse cum nichil fuit.

Sequitur de insatiabili et inexplebili fame C. 27m

Vidi aliquando quemque virum quem in freneticos arbitrarer primus quia cum inmentibus maximam

masticabat arenam. Secundus sulphureo astans lacui exalantem teterrimum fastidiosissimum quem egestiebat haurire vaporem. Porro tercius fornaci incubans vehementer accense micantes scintillas hyantibus excipere faucibus letabatur. Quartus supra pinnaculum templi residens levioris aurature spiritum aperto attrahebat ore et si quo minus nisu videretur flabello sibi ventum ipse aciebat acsi totum sepraret aerem deglutire. Cunctis seorsum positus ridebat ceteros ipse quoque irridendus et maxime presbas eum carnes incredibili quodam studio fugere laborat. Nunc manum, nunc brachium nunc alias partes applicans ori. Misericors homines talique misere scisitatis, a singulis una omnibus esse reperio validissimam utique famem. Tu vero macilentissimas eorum facies contemplatus recordabar prophete gementis miserabilis et dicentis. Aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. Quid enim presumunt nos inquiro non sunt tales cibi. Famem magis pronotant cum contingunt. Panis namque anime iusticia et solidi qui esuriunt illam quem ipsi saturabunt. Nimirum ad ymaginem facta anima racionalis ceteris omnibus occupari potest repleri omnino non potest capacem dei quicquid deo minus est non implebit.

Sequitur de circuitu impiorum C. 26m

Inde est quod naturali quodam desiderio summum quiddam omnis probatur appetere bonum nulla nisi adepto eo requiem habitura. Ceterum errat miseri non invenientes viam, et ut scriptum est ambulant impij in circuitu dum interea queque bona querentes illud semper desideraverunt quod sibi vicinius nunc dum videtur adepti atque utinam si fieri posset cetera omnia obtinuisse verius procul dubio et ipsum quod sibi solum deesse videretur summum utique bonum desiderio queritur quo cetera quoque semper postponit non adepta sed inimica sunt hec et a ceteris quoque parant requirunt. Quaedam quoque habet in pectore suavisque aliqua patent hic circuitus pagan... per veniunt principe consilio. Aliquin properes miser in desiderio tenuerois a summo et eo languens invenies quo te amplius sedere sit caducis rebus et transitorijs appetendi. In circuitu siquidem ambulas et quod ipse erit in corde et in ore tuo si corde credas et ore confitearis tergiversatus declinas et elongaris ab eo

clamat est quod vociferatur dominus Canti-
cum filiis hominum. Et item Revertere revertere
Sunamitis, revertere revertere ut intueamur
te. Anfractuosa siquidem via est et inam-
bulabilis facilius quam prevenies spretis omnibus
quam adeptis. De acceleranda conversione

C 21m

Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus
te quid ergo erit nobis Dignum plane
apostolica fide et devocione verbum
Jam reliquisti omnia jam dominum petre
secutus es et nunc demum quid sis accepturus
interrogas Ve simus ve obediens in au-
dicione auris sive pacti coniunctione ad
primus missionis vocem pe 2 an relictis
omnibus secuti sunt eum quia homini
carnali stulticia forte videtur Audiat
quod stultum est dei sapientius esse homini-
bus et quia placuit deo per stulticiam
predicacionis salvare credentes quippe
cum mundus eum in sapiencia minime
cognovisset Quantos enim sapiencia ma-
ledicta supplantat et tanquam pruina in eis
extinguit spiritum quem volueat dominus
vehementer attendi Noli inquid precipitanter
agere sine consideracione Diligenter intuere que
quid est quod probacionis amicos consule
ne et post factum penitere contingat
hec sapiencia mundi terrena animalis
denter expressam ut ait: Reddet deus
mercedem laborum sanctorum suorum
et deducet eos in via mirabili. Propheta
via testimoniorum david in qua alius
sicut in omnibus diviciis delectatum
se esse testatur ut quid eum in incredu
litate morienti filii hominum

De centuplo et vita eterna capitulum xiiij

Et forte ad secularis ad hec quis
piam dicit ostende michi centu
plum quod promittis et libens
universa relinquo / et quod ostendam
fidelis cum non sit meritum / cui humana
racio prebet experimentum. An homo o
stenderet quem veritati credens promit
tenti deficis. Sentitas sentinio nisi
credideris non invenies manna ab
sconditum est / quod in apokalipsi
iohannis victori promittitur / nomen
novum est quod nemo scit nisi qui ac
cepit. Videtur enim nonnullis putem
sanctorum communionem facultatem
pariter et voluptatem hoc loco centu
pli nomine designari. et magna quidem
hec centupli consolacio sed non ad
eo generalis ut possit omnibus con
venire. Quantos enim sanctorum aut
voluntarie eam deseruisse ut ana
choritas aut violencia persecutionis
ut martires exilio relegatos huius
consolacione novimus caruisse
datum optimum est centuplum hoc
desursum est descendit a patre lu
minum.

Exponitur centuplum hoc spirituale est Capitulum 16

Anima deinceps omnia possidet
cum cooperante in bonum omnium
centuplum habet omnem qui impletur
spiritu sancto qui cristum habet in pectore

nisi quod longe plus quam centuplum
est. Visitacio paracliti spiritus et presencia
cristi quam magna utique multitu-
do dulcedinis tue domine quam ab-
scondisti timentibus te. perfecisti eis qui
sperant in te videns quomodo memo-
riam habundancie suavitatis tue
eructuet anima sancta quomodo ex-
inde gestiens verba multiplicet quam
magna utique est multitudo hec ergo
centuplum adopcio filiorum est libertas
et primicie spiritus delicie caritatis glo-
ria consciencie regnum dei quod intra
nos est non utique esca vel potus sed
iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto
gaudium sane non modo in spe sed
etiam in tribulacionibus. hic est ignis
quem voluit cristus vehementer
accendi. hec virtus ex alto que an-
dream fecit desiderare crucem. lauren-
cium ridere carnificem. stephanum in
morte pro lapidantibus flectere genua
ad oracionem hec illa pax quam cristus
reliquit suis quando dedit suam
siquidem donum et pax est electis dei pax
utique presens et donum future. Illa su-
perat omnem sensum. et hic quidem sub
sole placet quicquid in mundo con-
cupiscitur non potest comparari hec
gracia devocionis et unctio de omni-
bus quam expertus novit. inexpertus
ignorat quam nemo scit nisi qui ac-
cepit

Utinam hic filiorum concupiscencia
vigilet utinam curiositas excitetur
ut dicant in cordibus suis non
verbum hoc videtur ad impeticionis huma-
ne cum sit consonant uno ore testi-
monia scripturarum quod si ita est sine
dubio vehementer erramus. pro-
bare licet an hec ita debeant gu-
stare quid hoc absconditum manna
sapiat experiri quid hoc sit centuplum
quale gaudium in spiritu sancto cuius
profecto respondebit ei iusticia sua
quicumque vel studiose quesierit confe-
stim ut gustaverit videbit quam
suavis est dominus quam bonus
non modo tenenti sed et querenti se
omnique speranti in se. Alioquin ve-
nite et arguite me dicit dominus

Sed non omnis qui reliquerit
patrem aut matrem aut domos aut
agros propter nomen meum centuplum
utique nunc in tempore isto

Pro est et vitam eternam pos-
sidebit verum si in presentis
commendacione centupli ser-
mo deficit. et ex habundancia cordis
angustioris obstruitur quid ut ad
promissionem eterne vite defectum
spiritum ipsa etiam cogitacio fatetur
si illud quod ex parte est non
valet eloqui nec expertus quid
inexpertus de perfectione balbuci-
enter. Oculus non vidit absque
te que parasti diligentibus te pax
enim est que superat omnem sensum
pax super pacem indeficiens exhor-
tacio altitudo torrens voluptatis
divicie flumen leticie gaudium ple-
num cogita quicquid vis quicquid
potes excogita excedit cogitatum
omne desiderium omne exsuperat illa
felicitas eternitatis illa illa beati-
tudo ad quam nos sua miseracione
perducat preveniens in benediccionibus
dulcedinis et indeficienter nobis in-
terim tribuens promissam centupli
graciam ad solacium utique et remedium
laboris huius ne deficiamus in
via et ut de exhibicione presencium
verum firma sit expectacio futu-
rorum qui venit ut vitam habe-
amus et habundancius habundanciam
Ihesus cristus filius tuus dominus
noster Amen Explicit

Augustinus episcopus servus servorum dei christi. Religiose famule dei Probe in domino salutem. Petisse te et promisisse me recolens ut de orando deo ad te aliquid scriberem ubi tribuente ipso quem oramus tempus facultasque concessa est. oportuit ut debitum meum iam quoque persolverem. et pro studio tuo in christi caritate servirem. Quam me autem letificaverit ipsa peticio tua in qua cognovi quantam rei tante curam geras. verbis explicare non possumus. Quid enim magis oportuit esse negotium viduitatis tue quam persistere in oracionibus die ac nocte secundum apostoli admonicionem. Ille quippe ait. Que autem vere vidua est et desolata speret in domino et persistat in oracionibus die ac nocte. Unde mirum videri potest cum sis secundum hoc seculum nobilis. tante familie mater. et ideo licet vidua. non tamen desolata quomodo occupaverit cor tuum precipue quod sibi vendicaverit orandi cura. nisi quia prudenter intelligis quod in hoc mundo et in hac vita nulla anima possit esse secura. Proinde qui tibi hanc cogitacionem dedit profecto facit quod discipulis suis non pro se ipsis sed pro humano genere contristatis et desperantibus quemquam posse salvari. postea quam ab illo audierunt facilius posse camelum intrare per foramen acus quam divitem in regnum celorum. mirifica et misericordissima pollicitacione respondit. Deo facile esse quod hominibus impossibile est. Cui ergo facile est ut etiam dives intret in regnum celorum inspiravit tibi piam sollicitudinem de qua me consulendum putasti. quonam modo tibi esset orandum. Ille namque cum etiam adhuc hic esset in carne in regnum celorum Zacheum divitem misit et resurrectione atque ascensione glorificatus multos postea divites in presto spiritu sancto fecit huius seculi contemptores. et finita divitiarum cupiditate ditiores. Quomodo enim tu studeres orare dominum nisi sperares in deum. Non autem sperares in eo si sperares in incerto divitiarum et contempneres preceptum saluberrimum quod apostolus ait. Precipe divitibus huius seculi non superbe sapere neque sperare in incerto divitiarum. sed in deo vivo qui prestabit nobis omnia habundanter ad fruendum. Divites sint in operibus bonis. facile tribuant. communicent. thezaurizent sibi fundamentum bonum in futurum. ut apprehendant veram vitam. Debes itaque pro amore huius vite etiam desolatam te reputare in hoc seculo in qualibet eius felicitate verseris. Nam sicut illa est vera vita cuius comparacione utique ista que multum amatur quamlibet iocunda atque producta sit nec vita dicenda est. sic est etiam solacium verum quod per prophetam dominus promittit dicens Dabo illis solacium verum. pacem super pacem sine quo solacio quecunque sunt terrena solacia magis in eis desolacio quam consolacio reperitur.

Divicie quippe atque fastigia dignitatum ceteraque huiusmodi quibus se felices putant esse mortales vere illius felicitatis expertes quid afferunt consolacionis cum sit eis non indigere quam imminere possessionibus hiis plus excruciant adepta timore amissionis quam cupiditate adipiscendi ardore. Talibus bonis non fiunt homines boni sed aliunde boni facti bene utendo faciunt ut ista sint bona. Nam sunt ergo in hiis vera solacia. sed ibi potius ubi vera vita. Nam inde necesse est fiat ~~bonus~~ homo beatus unde fit bonus. Homines autem boni etiam in hac videntur prestare non parva solacia parenthesis. Nam si paupertas angit. si luctus mestificat. si dolor corporis inquietat. si contristat exilium si ulla alia calamitas vexat. assint boni homines qui non solum gaudere cum gaudentibus verum etiam flere cum flentibus norunt et salubriter loqui et colloqui sciunt. plurima illa aspera leniuntur. relevantur gravia. superantur adversa. sed ille hoc in eis et per eos agit qui spiritu sancto bonos facit. E contra si divicie affluant nulla orbitas accidat. assit sanitas corporis incolumi habent presencia et cohabitent mali homines in quibus nemo sit cui fides habeatur a quo non dolus fraus ne discordie improbe sustineantur atque timeantur. nonne illa omnia fiunt amara et dura nec aliquid letum et dulce est in eis. Ita in quibuslibet rebus licet rebus humanis nichil est homini amicum sine homine amico. Si quoque ubi talis invenitur de cuius animo et moribus sit in hac vita securitas certa. Nam preter sibi quisque nemo alteri alterius notus est. et tamen nec sibi quisque ita notus est ut sit de sua crastina conversacione securus. Proinde quamvis ex fructibus suis multi cognoscantur. et alii quibusdam proximos bene vivendo letificent. alii male vivendo contristent. tamen propter humanorum animorum ignota et incerta rectissime apostolus ait. ut non ante tempus quicquam iudicemus donec veniat dominus. et illuminet abscondita tenebrarum. et manifestet cogitaciones cordis. et tunc laus erit unicuique a deo. In tenebris huius ergo vite in quibus peregrinamur a domino quamdiu per fidem ambulamus et non per speciem desolatam se debet anima christiana deputare ne desistat orare. et scripturarum divinarum sanctarum quasi sermoni tamquam lucerne in obscuro loco posite fidei oculum intendere. donec dies lucescat et lucifer oriatur in cordibus nostris.

Huius enim lucerne quiddam sonis ineffabilibus lumen
illud est. quod sic lucet in tenebris. ut non
non comprehendatur a tenebris. cui videndo si-
de corda mundanda sunt. Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. Et scimus cum apparuerit
similes ei erimus. quoniam videbimus eum sicuti est.
Tunc erit vera vita post mortem. verumque
solacium post desolacionem. Illa vita eruet
animam meam de morte. et illud solacium oculos
meos a lacrimis. quoniam ibi erit nulla temptacio.
Sequitur in eodem psalmo. Pedes meos a lap-
su. Porro si nulla temptacio. iam nulla o-
racio. Non enim adhuc promissi boni expe-
ctacio. sed redditi contemplacio. Unde inquit
placebo domino in regione vivorum. Ubi tunc
erimus. non in deserto mortuorum ubi nunc sumus.
Mortui enim estis ait apostolus. et vita vestra
abscondita est cum Christo in deo. Cum enim Christus
et cetera. Hec est vita vera qua iubentur
bonis operibus apprehendere divites. et ibi est
verum solacium. quo solacio nunc vidua desola-
ta. etiam que filios et nepotes habet. et do-
mum suam pie tractat. agens cum omnibus suis
ut ponant in deo spem suam. dicat tamen
in oracione. Sitivit in te anima mea quam mul-
tipliciter tibi caro mea. in terra deserta. et
sine via. et sine aqua. quod est moribunda
vita. quibuslibet mortalibus solaciis frequen-
tetur. quibuslibet comitantibus comitetur. quanta-
libet rerum copia cumuletur. Nosti quippe
ista omnia quam incerta sint et in illius pro-
misse felicitatis comparacione quid essent. etiam
si incerta non essent. Hec dixi. quoniam sermonem
meum vidua dives et nobilis. et tante fa-
milie mater. a me de oracione quesisti. ut
etiam tecum in hac vita permanentibus et prosperi-
tatibus tuis te senciens desolatam. nondum
utique apprehensa illa vita. ubi est verum certum-
que solacium. ubi implebitur quod in prophecia
dictum est. Saciati sumus mane misericordia tua et exul-
tavimus et iocundati sumus in omnibus diebus
nostris. Iocundati sumus pro diebus quibus nos
humiliasti. annis quibus vidimus mala. Ante-
quam ergo huius consolacio veniat. quantacumque
temporalium bonorum felicitate circumfluas. persistas
in oracione nocte et die. desolatam te esse me-
mineris. Non enim apostolus qualicumque vidue tri-
buit hoc munus. sed que vere inquit vidua
est. et desolata. speret in domino. et persistat
in oracione nocte ac die. Quod vero sequitur
vigilantissime cave. Que autem in deliciis
agit. vivens mortua est. Agit enim homo
in hiis que diligit que pro magno appetit
quibus beatum se esse credit. Quapropter quod scrip-
tura dixit de divitiis. Divitie si affluant
nolite cor apponere. hoc etiam de deliciis
tibi dico. Divitie si affluant ne apponas
cor. Non ideo te magnipendas. quod non
desunt. quod affatim suppetunt. quod velut ex fon-
te largissimo fluant. terrene felicitatis.

Omnino hec inde despice atque contempne.
nec hiis quicquam preter integram corporis vali-
tudinem requiras. Hec enim contempnenda
non est propter necessarios usus. vite huius donec
mortale hoc induatur immortalitate. hoc est.
vera et perfecta sanitate que non terrena in-
firmitate deficiat. nec corruptibili voluptate
reficiatur. sed celesti firmitate persistens. eterna
incorruptibilitate vegetatur. Nam ipse
apostolus. carnis inquit providenciam ne feceritis
in desideriis. quia gerimus curam carnis.
sed ad necessitatem salutis. Nemo enim umquam
carnem suam odio habuit. sicut ipse idem
dicit. Unde quod ad Thymotheum nimium
sicut apparet corporis castigatorem admonet
ut modico vino utatur propter stomachum
et frequentes infirmitates suas. Has ergo de-
licias in quibus vidua sic agit. hoc est si de-
lectacione cordis heret atque habitat. vivens
mortua est. multi sancti et sancte omni mo-
do caventes ipsas velut matres deliciarum divi-
cias dispergendo pauperibus abiecerunt. et alio
modo in celestibus thezauris posuerunt condiderunt.
Quod si tu devincta aliquo pietatis officio non
facis. quam debeas racionem reddas deo. Nemo
scit quid agatur in homine. nisi spiritus hominis
qui in ipso est. Nos non debemus ante tempus
quicquam iudicare. donec veniat dominus et illuminet
abscondita tenebrarum. et manifestabit cogi-
taciones cordis. et tunc laus erit unicuique
a deo. Pertinet tamen ad vidualem curam
tuam deliciis si affluant. ne apponas cor.
ne in eas putrescendo moriatur. quod sursum
debet esse ut vivat. Te in eo numero deputa
de quibus scriptum est. Vivent corda eorum in se-
culum seculi. Audisti qualis ores. audi quid
ores unde consulendum putasti. quoniam te permo-
vit quod ait apostolus. quod enim oremus sicut decet
nescimus. et timuisti magis tibi obesse. non
sicut oportet orare. quam non orare. Quod si-
tque breviter dici potest. Ora beatam vitam
hanc enim habere omnes volunt. Nam et qui
pessime et perdite vivunt. nullo modo ita viverent
nisi eo modo se vel esse beatos putarent. Quid
igitur te aliud oportet orare. nisi id quod cu-
piunt et mali et boni. sed quo perveniunt non
nisi beati. ¶ Hanc fortasse iam queras. quid
sit ista beata vita. In qua questione multa
philosophorum ingenia ocia que contrita sunt
qui tamen eam tanto minus invenire potuerunt
quanto minus eius fontem honoraverunt. ei que
gratias egerunt. Primus itaque attende. utrum
acquiescendum sit eis. qui dicunt esse beatum
eum qui secundum suam vivit voluntatem.
Sed absit ut hoc verum esse credamus. Quid si enim
nequiter vivere voluerit velit. nonne tanto
miserior esse convincitur. quanto magis facilius
voluntas eius mala impletur. Merito hanc
sentenciam etiam ipsi qui sine dei cultu philoso-
phati sunt. respuerunt. Nam quidam eorum

vir eloquentissimus ait. Ecce autem alii non philoso-
phi quidem sed prompti tamen ad disputandum
omnes aiunt esse beatos qui vivunt ut ipsi volunt.
Falsum id quidem. Velle enim quod non deceat id
ipsum miserrimum. Nec tam miserum est non adipisci
quod velis quam adipisci velle quod non oporteat.
Quid tibi videntur hec verba nonne ab ipsa ve-
ritate per quemlibet hominem dicta sunt. Possumus
ergo hinc dicere quod apostolus ait de quodam propha-
cretensi cum eius sententie placuisset testimonium
hoc verum est. Ille igitur beatus est qui omnia que vult
habet nec aliquid vult quod non decet. Quod si ita
est vide iam que homines non decenter velint.
Alius vult coniugari, alius a coniugio viduatus
deinceps continenter eligit vivere, alius nullo
connubio nec in ipsis imperiis experiri. Et si aliud
hinc alio melius reperitur, nullum tamen istorum
possumus dicere aliquid indecenter velle. Sic et
optare filios nupciarum scilicet et fructum et de
hiis qui suscepti fuerint vitam ac salutem
quo plerumque occupatur continentia vidualis. Ita
et si experto coniugio iam non optant filios procreare
optant tamen quos procreaverunt incolumes vivere.
Ab omni hac cura immunis est virginalis integri-
tas. Habent tamen omnes caros et caras qui-
bus non indecenter optant etiam temporalem salutem.
Sed cum istam salutem in se ipsis et in eis quos
diligunt adepti homines fuerint numquid possumus
eos dicere iam beatos. Habent enim aliquid quod
decet velle sed alia non habent maiora atque meli-
ora et utilitatis decorisque pleniora. Adhuc
a beata vita longe absunt. Placet ne igitur
super salutem istam temporalem optent sibi ac suis
honores ac potestates. Sane si propter hec consulendum
eis qui vivunt sub eis, non propter hec ipsa sed
propter aliud quod inde fit bonum, decet ea velle.
Si autem propter inanem fastum elationis pompam
que superfluam vel etiam noxiam vanitatis non decet.
Quocirca si optant sibi ac suis etiam sufficientiam
sed optent sufficientiam rerum necessariarum. De qua
hic apostolus ait. Est autem questus magnus pietas
cum sufficientia. Nichil enim intulimus in hunc
mundum sed nec hinc auferre quid possumus. Vi-
ctum et tegumentum habentes hiis contenti simus.
Nam qui volunt divites fieri incidunt in tem-
tacionem et desideria multa et noxia que mer-
gunt homines in interitum et perditionem. Radix enim
est omnium malorum avaritia. Quam quidam appe-
tentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus
multis. Hanc ergo sufficientiam non indecenter vult
quisquis vult, nec amplius vult. Alioquin non
ipsam vult et ideo non decenter vult. Hoc op-
tabat et pro hoc orabat qui dicebat: Divitias
et paupertatem ne dederis michi. Constitue autem
michi que necessaria sunt sufficienter ut ne for-
san saciatus mendax efficiar et dicam: quis me videt.

aut pauper factus furer et periurem nomen
dei mei. Vides certe et istam sufficientiam non
appeti propter se ipsam sed propter salutem corporis
et congruentem habitum persone hominis quo sine
non sit inconveniens eis cum quibus honeste
officioseque vivendum est. In hiis itaque omnibus
incolumitas hominis et amicitia propter se ipsas
appetuntur. Sufficientia vero necessariarum rerum non
propter se ipsam sed propter duo superiora queri
solet. Et cum decenter queritur incolumitas
porro in ipsa vita ac salute atque integri-
tate anime atque corporis constituta est. Item-
que amicitia non angustis finibus terminanda
est. Omnes enim quibus amor et dilectio de-
betur amplectitur. Quamvis in alios propensius
in alios suspensius inclinetur. Pervenit autem
usque ad inimicos pro quibus etiam orare
precipimur. Ita nemo est in genere humano cui
non dilectio et si non pro mutua caritate
pro ipsa tamen communis nature societate
debeatur. Sed hii nos multum iuste atque dele-
ctant a quibus vicissim caste sancteque
diligimur. Ista cum habentur ut teneantur,
cum autem non habentur ut habeantur oran-
dum est. Hoc ne totum et hec sunt omnia
quibus beate vite summa colligitur an ali-
ud aliquid veritas docet quod hiis omnibus
preferatur. Nam et illa sufficientia et
ista incolumitas vel propria vel amicorum quam-
diu temporalis est pro eterne vite adepti-
one abicienda est. Quamquam fortasse corporis
animus vero nullo modo sanus estimandus est
qui non temporalibus eterna preponit. Neque enim uti-
liter in tempore vivitur. Cetera que que utiliter
et decenter optantur sine dubio referenda
sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus
et ex alio precepto proximos nostros sicut nos-
metipsos. Ita vere diligimus si eos ad dei simile
~~tudinem~~ dilectionem quantum in nobis est perducamus.
Deum igitur diligimus propter se ipsum ac nos et pro-
ximos nostros propter ipsum. Nec cum ita vivimus
iam nos in ipsa beata vita constitutos ex-
istimemus quasi nichil sit amplius quod oremus.
Quo enim iam beate vivimus cum adhuc illud
desit propter quod unum bene vivimus? Ut
quid ergo multa discurrimus et querimus quid
oremus, timentes ne forte sicut non oportet
oremus, ac non potius cum psalmo dicimus:
Unam petii a domino, hanc requiram ut inhabi-
tem in domo domini omnibus diebus vite mee
ut contempler delectationem domini et visitem
templum sanctum eius. Ubi namque non omnes
dies non veniendo et transeundo fiunt omnes,
nec initium alterius est finis alterius. Omnes
sine fine simul sunt ubi nec ipsa vita habet
finem cuius illi dies sunt. Propter hanc adi-
piscendam vitam beatam ipsa vera vita orare
nos docuit non in multiloquio tamquam eo fiat
ut exaudiamur quo loquaciores simus,
cum eum oremus qui novit sicut ipse dominus ait.

Quid nobis necessarium sit antequam petamus ab eo. Unde mirum videri potest cur qui multiloquium prohibuit cum nobis sit adhortatus potest qui novit quid nobis necessarium sit antequam petamus ab eo. ut diceret. oportet semper orare et non deficere. vidue cuiusdam proposito exemplo. que de suo adversario cupiens vindicari iudicem iniquum sepe interpellando flexit ad audiendum non iusticia vel misericordia permotum sed tedio superatum. ut hinc admoneremur quam certius nos exaudiat misericors et iustus dominus sine intermissione orantes. quando illa nec ab iniquo et impio iudice potuit assidua interpellacione contempni et quam libens atque placatus bona desideria impleat eorum a quibus aliena peccata novit ignosci. si quo cupiebat illa pervenit que voluit vindicari. Ille quoque cui amicus de via venerat. nec quod ei apponeret habebat. ab amico sibi cupiens commodari tres panes. quibus fortasse ipsa trinitas unius substantie significata est. iam cum suis famulis dormientem petitor instantissime et ~~dato~~ molestissime excitavit ut daret ei quantum volebat. magis et ipse vitando tedium quam benivolentiam cogitando. ut hinc intelligeremus si dare cogitur qui cum dormiat a petente excitatur invitus. quanto det benignius qui nec dormire novit et dormientes nos excitat. ut petamus. Hinc est et illud. Petite et accipietis. querite et invenietis. pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui querit invenit. et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo a quo filius suus panem petit. numquid lapidem porriget illi. Aut si ovum pecierit numquid porriget illi scorpionem. Aut piscem numquid serpentem dabit illi. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris quanto magis pater vester celestis dabit bona petentibus se. Cum ergo sint tria illa que commendat apostolus. fides significatur in pisce vel propter aquam baptismi. et quod in huius seculi fluctibus integra est. cui contrarius est ille serpens. qui ut non ~~peteretur~~ crederetur deo venenosa fraude persuasit. Spes in ovo. quia vita pulli nondum est. sed futura est. nec iam videtur. sed adhuc speratur. Spes enim que videtur non est spes. cuius contrarius est scorpius. quia qui sperat eternam vitam. que retro sunt obliviscitur. et in anteriora se extendit. cui noxium est respicere retro. Scorpius autem ex ea parte cavendus est quam venenatam et aculeatam retrorsum habet. Caritas in pane. maior enim horum caritas. et in cibis utique vincit cetera panis utilitas. cui contrarius est lapis.

Nota

quia dura corda respuunt caritatem. sive aliquid aliud convenientius ista significent. tamen qui bona data novit dare filiis suis petere nos et querere et pulsare compellit. Quod quare faciat qui novit quid nobis necessarium sit antequam petamus ab eo movere animum potest. nisi intelligamus quod ~~deum~~ dominus et deus noster non voluntatem nostram sibi velit innotescere. quam non potest ignorare. sed exerceri in oracionibus desiderium nostrum quo possimus capere quod preparat dare. Illud enim valde magnum est. sed nos ad accipiendum parvi et angusti sumus. Ideo nobis dicitur. Dilatamini nec sitis iugum ducentes cum infidelibus. Tanto quippe illud quod valde magnum est. quod nec oculus vidit. quia non est color nec auris audivit. quia non est sonus. nec in cor hominis ascendit. quia cor hominis illuc debet ascendere. sumimus capacius. quanto id et fidelius credimus. et speramus firmius et desideramus ardencius. In ipsa ergo fide et spe et caritate continuato desiderio ~~proferimus~~ semper oramus sed ideo per certa intervalla horarum et temporum eciam verbis rogamus deum. ut illis rerum signis nosipsos admoneamus. Quantumque in hoc desiderio profecerimus nobisipsis innotescamus. et ad hoc ipsum augendum nosipsos acrius excitemus. Dignior enim sequitur effectus. quem ferventior precedit affectus. Ac per hoc quod ait apostolus. Sine intermissione orate quid est aliud quam beatam vitam. que nulla est nisi eterna ab illo qui solus eam dare potest. sine intermissione desiderate. Semper ergo hanc a domino deo desideremus. et semper oremus. Ideo ab aliis curis atque negociis quibus ipsum desiderium quodammodo tepescit. certis horis ad negocium orandi mentem revocamus verbis orationis nos admonentes. in id quod desideramus intendere. ne quod tepescere ceperat omnino frigescat et penitus extinguatur. nisi crebrius inflammetur. Unde et illud quod idem apostolus ait. Postulaciones vestre innotescant apud deum. non sic accipiendum est. tamquam deo innotescant quas et antequam essent utique noverat. sed nobis innotescant apud deum per tolleranciam. non apud homines per iactanciam. Aut forte eciam innotescant angelis qui sunt apud deum. ut quodammodo eas offerant deo. et de his consulant id quod eo iubente implendum esse cognoverint sicut oportere ibi cognoverint. hoc nobis vel evidenter vel latenter aperient. Dixit angelus homini Cum orares ego obtuli oracionem tuam in conspectu claritatis dei. Que cum ita sint eciam diu orare cum vacat. idem cum alia bonarum et necessariarum actionum non impediunt officia. quamvis et in eis ut dixi desiderio illo orandum sit. non improbum est. nec inutile. Nec enim ut nonnulli putant. hoc est orare in multiloquio si diucius oretur. Aliud est sermo multus. aliud diuturnus affectus. Nam et de ipso domino scriptum est. quod pernoctaverit in orando. et quod prolixius oraverit. Ubi quid aliud quam nobis preberet exemplum in tempore precator oportunus. cum

pro eo exaudietur etiam. Dicuntur fratres in egipto crebras quidem habere oraciones, sed eas tamen brevissimas et raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, que oranti plurimum necessaria est, per productiores moras evanescat atque hebetetur intencio. Ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hanc intencionem, sicut non est obtundenda si perdurare non potest, ita si perduraverit, non cito esse rumpendam. Absit enim ab oratione multa locucio, sed non desit multa precatio, si fervens perseverat intencio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multum autem precari est ad eum quem precamur diuturna et copiosa cordis excitatione pulsare. Nam plerumque hoc negocium plus gemitibus quam sermonibus agitur, plus fletu quam affatu. Ponit autem lacrimas in conspectu suo, et gemitus noster non est absconditus ab eo, qui omnia per verbum condidit, et humana verba non querit. Nobis necessaria sunt verba quibus commoneamur et inspiciamus quid petamus, non quibus dominum seu docendum seu flectendum esse credamus. Cum ergo dicimus: Sanctificetur nomen tuum, admonemur desiderare ut nomen eius, quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non contempnatur; quod non deo sed hominibus sed deo prodest. Et cum dicimus: Adveniat regnum tuum, quod sive velimus sive nolimus utique adveniet, desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis veniat atque in eo regnare mereamur. Cum dicimus: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, nobis ab illo precamur ipsam obedienciam, ut sic in nobis fiat voluntas eius, quemadmodum fit in celestibus angelis eius. Cum dicimus: Panem nostrum cottidianum da nobis hodie, per id quod dicimus hodie significamus hoc tempore, ubi vel sufficienciam illam petimus a parte que excellit nomine panis significantes, vel sacramentum fidelium quod in hoc tempore necessarium est, non tamen ad huius temporis sed ad illam eternam felicitatem assequendam. Cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, nos admonemus et quid petamus et quid faciamus ut accipere mereamur. Cum dicimus: Ne nos inferas in temptacionem, nos admonemus hoc petere, ne deserti eius adiutorio alicui temptacioni vel consentiamus decepti vel cedamus afflicti. Cum dicimus: Libera nos a malo, nos admonemus cogitare nondum nos esse in eo bono ubi nullum paciemur malum. Et hoc quidem ultimum quod in oracione dominica positum est, tam late patet, ut homo christianus in qualibet tribulacione constitutus in hoc gemitus edat, in hoc lacrimas fundat, hinc exordiatur, in hoc

nō

immoretur, ad hoc terminet oracionem. Nam quelibet alia verba dicamus, que affectus orantis vel precedendo format ut clareat vel consequendo attendit ut crescat, nichil aliud dicimus quam quod in ista dominica oracione positum est, si recte et congruenter oramus. Quisquis autem id dicit quod ad istam evangelicam precem pertinere non possit, etiam si non illicite orat, carnaliter orat; quod nescio quemadmodum non dicatur illicite, quando quidem spiritu renatos non nisi spiritualiter decet orare. Qui enim dicit: Sicut clarificatus es in omnibus gentibus, sic clarificatus es in nobis; et: Prophete tui fideles inveniantur, quid aliud dicit quam: Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit: Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mei omnis iniusticia, quid aliud dicit quam: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra? Qui dicit: Divicias et paupertatem ne dederis michi, quid aliud dicit quam: Panem nostrum cottidianum da nobis hodie? Qui dicit: Memento domine David et omnis mansuetudinis eius; aut: Domine, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus michi mala, quid aliud dicit quam: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris? Qui dicit: Aufer a me concupiscencias carnis, et desiderium concubitus ne apprehendat me, quid aliud dicit quam: Ne nos inferas in temptacionem? Qui dicit: Eripe me ab inimicis meis deus, et ab insurgentibus in me libera me, qui aliud dicit quam: Libera nos a malo? Et si per omnia precacionum sanctarum verba discurras, quantum existimo nichil invenies quod non ~~[struck]~~ ista dominica contineat et concludat oracio. Unde liberum est aliis atque aliis verbis eadem tamen in orando dicere, sed non esse debet liberum alia dicere. Hec et pro nobis et pro nostris et pro alienis atque inimicis ipsis sine fluctu dubitacionis oranda sunt, quamvis alius pro isto alius pro illo, sicut se habent propinquitates et longinquitates necessitudinum, in corde orantis oriatur aut extollat affectus. Qui autem dicit in oracione verbi gratia: Domine, multiplica divicias meas; aut: Da michi tantas quantas illi vel isti dedisti; aut: Honores meos auge, fac me in hoc seculo prepotentem atque clarentem, vel aliquid quod huiusmodi est, et hec dicit eorum concupiscencia, non attendens ut ex hiis secundum deum prosit hominibus, puto eum non invenire in oracione dominica quo possit hec vota coaptare. Quapropter pudeat saltem petere que non pudet cupere. Aut si de hac pudet, sed cupiditas vincit, quanto melius petitur ut etiam ab isto cupiditatis malo liberet cui dicimus: Libera nos a malo. Habes quantum arbitror non solum qualis ores, verumeciam quos ores, non me docente sed illo.

qui omnes nos docere dignatus est. Beata vita querenda est, hec a domino deo petenda. Quod sit beatum esse a multis multa sunt disputata. Sed nos a multis multa ut quid dicimus. Breviter a scriptura dei veraciter dictum est: Beatus populus cuius dominus deus eius. In ipso populo ut simus atque ad eum contemplandum et cum eo sine fine vivendum pervenire possimus, finis precepti est caritas de corde puro et consciencia bona et fide non ficta. In eisdem tribus pro consciencia bona spes posita est. Fides ergo et spes et caritas ad deum perducunt orantem, hoc est credentem, sperantem, desiderantem, et que petat a domino in dominica oracione considerantem. A vino et ab aliis voluptatibus sine salutis neglectu carnalis concupiscencie refrenacio maxime que elemosine multum adiuvant oracionem, ut possimus dicere: In die tribulacionis deum exquisivi manibus meis nocte coram eo et non sum deceptus. Quomodo enim deus incorporalis et impassibilis manibus exquiritur nisi operibus exquiratur. Adhuc fortasse est quod queras cur apostolus dixerit: Quid enim oremus sicut oportet nescimus. Neque enim ullo modo credendum est vel istum vel eos quibus ista dicebat dominicam nescisse oracionem. Cur ergo putamus eum hoc dixisse, quod nec temere potuit nec mendaciter dicere, nisi quia molestie tribulaciones que temporales plerumque prosunt, vel ad sanandum tumorem superbie, vel ad probandam exercendamque pacienciam, cui probate et exercitate clarior merces uberiorque servatur, vel ad quecumque flagellanda et abolenda peccata. Tamen nos nescientes quid ista prosint ab omni optamus tribulacione liberari. Ab hac ignorancia nec seipsum apostolus ostendit alienum, quando ne magnitudine revelacionum extolleretur datus est illi stimulus carnis angelus sathane qui eum colaphizaret. Propter quod ter dominum rogavit ut eum auferret ab eo, utique sicut oportet nesciens quid oraret. Denique responsum dei cur non fieret quod vir tantus orabat et quare fieri non expediret audivit: Sufficit tibi gracia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulacionibus que possunt et prodesse et nocere, quid oremus sicut oportet nescimus, et tamen quia dura quia molesta, quia contra sensum nostre infirmitatis sunt, universali humana voluntate a nobis ut auferantur oramus. Sed hoc devocionis debemus domino deo nostro ut si ea non abstulerit non ideo nos neglegi existimemus, sed potius pia paciencia malorum bona speremus ampliora. Sic enim virtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe inpacientibus dominus deus quod petebant concessit iratus, sicut e contra apostolo negavit propicius. Nam legimus israhelite quid et quomodo rogaverint et

acceperint, sed expleta concupiscencia inpaciencia eorum graviter castigata. Dedit et regem petentibus secundum cor eorum. Dedit eciam quod dyabolus postulavit ut probandus eius famulus temptaretur. Exaudivit et rogantes immundos spiritus ut in multos sues legio demonum mitteretur. Hec scripta sunt ne forte quisque magnipendat si fuerit exauditus cum aliquid inpaciencius petit quod ei non impetrare plus prodesset, aut se abiciat et divina erga se misericordie desperet si non exaudiatur, cum forte aliquid petit quo accipiente affligatur atrocius vel a prosperitate corruptus penitus exaudiatur. In talibus ergo quid oremus sicut oportet nescimus. Unde si aliquid contra quam oramus acciderit, paciencer ferendo et in omnibus gracias agendo hoc potius oportuisse quod voluntas dei non quod nostra voluntas habuit minime dubitare debemus. Nam et huiusmodi exemplum prebuit nobis ille mediator, qui cum dixisset: Pater si fieri potest transeat a me calix iste, humanam in se voluntatem ex hominis suscepcione transformans continuo subiecit: Verum non quod ego volo sed quod tu vis pater. Unde merito per unius obedienciam iusti constituuntur multi. Quisquis autem unam illam petit a domino et hanc requirit, certus ac securus petit, nec timet ne forte obsit cum acceperit, sine qua nichil prodest quicquid aliud petit oportet acceperit. Ipsa est enim vita vera et sola vita beata, ut contemplemur dei delectacionem in eternum. Istam quisquis habuerit omnia que vult habebit, nec ibi aliquid velle quia nec habere poterit quod non decebit. Ibi est quippe fons vite, quem sitire nunc oportet in oracione quamdiu in spe vivimus, et quod speramus nondum videmus in proteccione alarum eius, ante quem est omne desiderium nostrum, ut inebriemur ab ubertate domus eius et torrente voluptatis eius potemur, quoniam apud eum est fons vite et in lumine eius videbimus lumen, quando saciabitur in bonis desiderium nostrum, et nichil erit ultra quod gemendo queramus sed quod gaudendo teneamus. Verumtamen quia ipsa est pax que precellit omnem intellectum, eciam ipsam in oracione poscendo quid oremus sicut oportet nescimus. Quod enim sicuti est cogitare non possumus utique nescimus, sed quicquid cogitanti occurrerit abicimus, respuimus, improbamus. Non hoc esse quod querimus novimus, quamvis illud nondum quale sit noverimus. Est ergo in nobis quedam, ut ita dicam, docta ignorancia, sed docta spiritu dei qui adiuvat infirmitatem nostram. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit quid spiritus sapiat, quia secundum deum interpellat

pro sanctis. Dictum est quippe pro sanctis quia interpellare sanctos facit sicut dictum est temptat vos dominus deus vester ut sciat si diligatis eum. hoc est ut scire faciat. Interpellare itaque sanctos facit gemitibus inenarrabilibus inspirans eis desiderium eius adhuc incognite tante rei quam per patientiam expectamus. quomodo enim narratur quod desideratur quod ignoratur. Nam utique si omnino ignoraretur non desideraretur nec gemitibus quereretur. Hec omnia considerans et si quid aliud de hac re tibi dominus insinuaverit quod vel michi non occurrerit vel dici a me longum fuit qua certa ignoratione vince hoc seculum ora in spe. ora fideliter et amanter. ora instanter atque patienter. ora sicut vidua Christi. Quamvis enim ad omnia membra eius hoc est ad omnes qui in eum credunt et eius corpori sociantur sicut docuit orare pertineat. specialiter tamen diligentior cura orationis in scriptura eius viduis invenitur iniuncta. Nam due fuerunt Anne honorabiliter nominate. Una coniugata que sanctum Samuelem peperit. alia vidua que sanctum sanctorum cum adhuc esset infans agnovit. Oravit et coniugata in dolore animi et afflictione cordis. quia filios non habebat. Tunc ipsum Samuhelem impetravit. et acceptum deo reddidit. quia cum posceret novit. Sed oratio eius quomodo ad illam orationem dominicam pertineat non facile invenitur nisi quia in eo quod ibi positum est libera nos a malo. Non parvum malum videtur et nuptam esse et a fructu carere nuptiarum. cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa vero Anna vidua vide quid scriptum sit. quia non discedebat de templo. ieiuniis et obsecrationibus serviens nocte et die. Nec aliud de apostolo. quod et supra commemoravi. Que autem vera vidua est et desolata speret in domino et persistat in orationibus nocte et die. Et dominus cum semper orandum et non deficiendum nos hortaretur viduam commemoravit que licet iniquum et impium iudicem ac dei et hominum contemptorem ad audiendam causam suam assidue interpellando commovit. Quam ergo pre ceteris vidue debeant vacare orationibus satis hinc intelligi potest. quod omnibus ad suscipiendum orandi studium propositum est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc opere congruentius viduis electum est nisi destitutio et desolatio. quapropter si se omnis anima intelligat in hoc seculo destitutam et desolatam quamdiu peregrinatur a domino profecto quandam viduitatem suam deo defensori assidua et impensissima oratione commendat. Ora ergo ut vidua Christum nondum habens eius conspectum cuius precaris auxilium Et licet sis ditissima. sicut pauper ora. Nondum enim veras futuri seculi divitias habes. ubi nulla dampna formides. licet habeas filios et nepotes numerosamque familiam quod et supra dictum est. sicut desolata ora. Incerta enim sunt omnia temporalia. etiam usque in finem vite huius in nostram consolationem mansura. Tu tamen si ea que sursum sunt queris et sapis. eterna et certa desideras. Nunc quamdiu ~~nondum habes~~ nondum habes ea. et salvis omnibus atque obsequentibus tuis tamquam desolatam putare te debes. et ~~sicut~~ si tu profecto etiam tuo exemplo religiosissima nurus tua et alie sancte vidue virgines quia sub vestra cura securius constitute. Quanto enim magis domum vestram pie tractatis tanto impensius orationibus insistere debetis. rerum presentium non occupate negociis. nisi que flagitat causa pietatis. Sane memineritis et pro nobis non negligenter orare. Nolumus enim sic nobis honorem quem periculosum gerimus deferatis ut adiutorium quod necessarium novimus auferatis. A familia Christi oratum est pro petro. oratum est pro paulo. Et nos in eius familia esse gaudemus et incomparabiliter plus quam petrus et paulus orationum fraternarum auxiliis indigemus. Orate certatim concordi sanctoque certamine non enim adversus alterutrum certatis. sed adversus dyabolum sanctis omnibus inimicum. Ieiuniis et vigiliis et omni castigatione corporis quam plurimum adiuvatur oratio. Faciat quisque vestrum quod potest. Quod alter minus potest facit si in altero diligit. quod ideo quia non potest ipse non facit. Proinde que minus valet non impediat plus valentem et que plus valet non urgeat minus valentem. Conscientiam quippe vestram deo debetis. Nemini autem vestrum aliquid debeatis nisi ut invicem diligatis. Exaudiat te dominus qui potens est facere super quam petimus aut intelligimus.

III

